PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXLI.

JOANNES VECCUS CP. PATRIARCHA. CONSTANTINUS MELITENIOTA. GEORGIUS METOCHITA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII. ANNUS 1275.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΒΕΚΚΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΌΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS VECCI

CP. PATRIARCHÆ

OPERA OMNIA

QUIBUS NUNC PRIMUM ACCENSETUR

REFUTATIO LIBRI PHOTII DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

EDITORE ET INTERPRETE

Dre **J. HERGENROETHER, WIRCEBURGENSI;**

ACCEDUNT

CONSTANTINI MELITENIOTÆ, GEORGII METOCHITÆ, VECCI SYMMYSTARUM,

LIBRI PRO TUENDA ORTHODOXIA EDITI;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

ALMA COLLEGE
208.1
LIBRARY
M588
Alma, California

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

8226

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII. ANNUS 1275.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXLI CONTINENTUR.

JOANNES VECCUS CP. PATRIARCHA.

Notitia ex Bibliotheca Fabricii. col. 9

De unione Ecclesiarum veteris et novæ Romæ, ex Leonis Allatii *Græcia orthodoxa*, ut et sequentia, iis exceptis quæ nunc primum prodeunt. 15

De processione Spiritus sancti. 157

Epistola ad Agallianum Magnæ Ecclesiæ diaconum. 275

Sententia synodalis. 281

Ad Theodorum Sugdeæ episcopum libri tres 289

Ad Constantinum libri quatuor. 337

Adversus Andronicum Camaterum. 395

Epigraphæ sive præscriptiones in dicta ac sententias sanctorum Patrum de processione Spiritus sancti. 613

Refutatio libri Photii de processione Spiritus sancti, ex ms. bibliothecæ Laurentianæ, editore et interprete D. J. Hergenrœther, theologiæ in Universitate Wirceburgensi professore. 725

Refutatio libri Georgii Cyprii, de qua omnino videndus Jos. Ant. de Rubeis in Georgii Cyprii Vita, tom. CXLII initio. 863

De pace ecclesiastica. 925

Epistola ad Joannem Papam cum professione fidei et recognitione primatus. 943

De depositione sua orationes. 949

Apologia. 1009

De libris suis. 1019

Testamentum. 1020

CONSTANTINUS MELITENIOTA, MAGNÆ ECCLESIÆ CHARTOPHYLAX.

De ecclesiastica unione Latinorum et Græcorum et de processione Spiritus sancti per Filium orationes duæ. 1031

GEORGIUS METOCHITA MAGNÆ ECCLESIÆ DIACONUS.

Contra Maximum Planudem. 1275

Contra Manuelem Cretensem. 1307

Fragmentum ex libris de processione Spiritus sancti. 1405

De unione Ecclesiarum. 1419

De dissidio Ecclesiarum fragmenta duo historica. 1421

1.252

M 588

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

NOTITIA

IN JOANNEM VECCUM.

(Fabric. Biblioth. Græc., ed. Harles., tom. XI, p. 344.)

—

Joannes Beccus sive Veccus, Græcis Βέκκος, Βέκος vel Βέκων (1) ex Magnæ ecclesiæ chartophylace *patriarcha CPol.* ab a. 1274, in locum exauctorati Josephi, Galesii abbatis, usque ad obitum Mich. Palæologi imp., post quem a. 1282 defunctum, Josephus sub Andronico iterum restitutus est, Joannes vero post id tempus iterum iterumque relegatus (2) in carcere a. 1298 obiit. Photianus primum, deinde lectis Nicephori Blemmydæ scriptis (3) Λατινόφρων, plurima scripsit, quibus Latinæ Ecclesiæ dogmata sive tueri sive cum Græca conciliare adnisus est omni studio, idem propter ingenium, eloquentiam atque doctrinam et imperatori Michaeli acceptissimus, et aliis admirandus. Ejus scripta multa interciderunt, certe non sunt edita : nam quæ sigillatim scripsit *adversus Methonensem*, *adversus Joannem Phurnem*, *adversus archiepiscopum Bulgariæ*, *adversus Georgium Moschomparem*, atque iterum adversus eumdem compositæ ἀντιῤῥήσεις, lucem necdum viderunt. Horum quidem meminit ipse apud Allatium, tom. II *Græciæ orthodoxæ*, p. 8 sq. Vide infra, p. 678. Eorum tamen omnium epitome vel nervus continetur, ut est credibile, in scriptis, quæ typis exscripta habemus. Sunt autem hæc :

1. Περὶ τῆς ἑνώσεως καὶ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης Ἐκκλησιῶν, *De unione Ecclesiarum veteris et novæ Romæ liber*. Incipit : Τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀψευδὲς τοῦ Σωτῆρος. Græce cum Leonis Allatii versione in hujus *Græcia orthod.* Rom. 1652. 4, tomo I, pag. 16-224. Sigillatim in hoc scripto Photium oppugnat Veccus p. 154 sq.

2. Ex Vecci λόγῳ sive libro Περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης τὸ τοῦ σκανδάλου ἀλόγιστον καὶ ἐκ μόνης ἱστορίας ἀποδεικνύντος, *De pace ecclesiastica, ad absurditatem scandali ex sola historia demonstratam*, ampla excerpta dat Allatius de ætatibus ordinum pag. 165-169 ; et de purgatorio p. 591-626 ; et Guil. Beveregius tom. II *Magni Synodici*, pag. 273-292, ubi multa de Synodo Photiana. Incip. Ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς. (Fabric.) V. supra, vol. X, p. 674, init. et infra, vol. XI, p. 59. n. 18, ed. vet. — In cat. mss. bibl. Reg. Paris. tom. II, p. 279 inesse dicitur in cod. 1295, n. 22. *Becci tomus dogmaticus*. (Harl.)

3. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *De processione Spiritus* sancti, capita 12, tom. I Græciæ orthodoxæ, p. 223-259. Incip. Καὶ ἐπεὶ πρὸ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγη τις ἀνέκυψε ζήτησις. (Fabr.) Jo. Vecci et aliorum scripta quædam circa processionem Spiritus S. in Arcudii Opuscul. aureis theologicis, Romæ 1630, 4 et 1670, 4. (In Cat. bibl. *Nic. Rossii* p. 82 et in bibl. *Bodlei*, inter libros Rob. Huntington n. 6114 cat. mss. Angliæ, etc. vol. I, pag. 283, ab aliis ipsoque Fabric. citatur ed. a. 1671.) — MS. Paris, in cod. Radulph. in bibl. publ. Becci *De processione Spiritus sancti*. — Ibid. *De process. Spirit. sancti* contra Photium. *V.* Montfauc. *Bibl. biblioth. Mss.* p. 769 E, n. 15 et p. 775 A, n. 29. (Harl.)

(1) Vide Jo. Boivini notas ad Nicephorum Gregoram, p. 752 et 728.

(2) Pachymeres, lib. IX ; Allatius, De consensu, lib. II, c. 15, § 8, et de Georgiis infra pag. 673, seq. Vide etiam Lambecium lib. V, pag. 186 seq. (Fabr.) S. pag. 391, ed. Kollar. Ibi Lambec. scribit, Jo. Beccum sub Michaele Palæologo imp. esse a. C. 1275 d. 29 Maii patriarcham CPolit. electum ; idem provocat de Becco ad Georgii Pachymeris ; *Historiam imperii Michael, Palæologi*, lib. V, c. 24, et ejusd. *Historiam imperii Andronici Sen.* lib. III, c. 29, cum observatt. Petri Possini part. I, lib. III, c. 6, § 4, et part. II, lib. III, cap. 2, § 8, ac. 9. — In tomo synodico Georgii Cyprii adversus Latinorum hæresin a. C. 1292, in cod. Matrit. Regio 68, n. 290. (*V.* Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 283.) Et in cod. Mosquensi synod. 554, n. 10. (*V.* Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 253.) Beccus sede patriarchali deturbatur et condemnatur cum iis, qui isti assentiunt. Iriart. admotat, illum tomum, sed diverso multoque breviore titulo Græce prodiisse ex regis Franco Gallici bibl. codice 3442 descriptum, in Anselmi Banduri *Imperio orientali*, vol. II, p. 942. — Refutatio Becci et Acindyni, *quod quæ datur nobis, non sit gratia divina, sed ipsa natura et hypostasis Spiritus S.* a Georgio Cyprio edita, laudatur in Marci monachi Dogmatica Collectione dictorum s. locorum, adornata contra Barlaam et Acindynum, et edita a Montfauc. in *Bibl. Coislin.* e cod. Coislin. 288, p. 405 sq. — De Joanne Becco, viro sui temporis et ingenio et eruditione celeberrimo, ejusque scriptis conf. supra, vol. III, pag. 497. *G. Cavei Histor. litt. SS. ecci.* tom. II, p. 319 sq. ad a. 1276. Jo. Fabric. in *Historia bibl. Fabric.* tom. II, p. 338 ; Sax. in *Onom. lit.* part. II, p. 318 et Schrœkh. in *Hist. eccles. Christiana*, Germanice scripta, tom. XXIX, pag. 433 sq., 446 sqq., 451 sqq., et 455 sq. (Harl.)

(3) Nic. Comnenus *Prænot. mystagog.* pag. 232.

Epistola de professione fidei ad Joannem XXI, papam, Latine apud Allatium *De consensu*, lib. II, cap. 15, § 5, pag. 746-752. Incipit : *Principis boni optimum esse finem.* [Add. infra, vol. XI, p. 643, edvet. HARL.]

5. Σημείωμα sive *Synodalis sententia* a. 1280, de loco Gregorii Nysseni (pro Spiritus sancti processione ex Patre et Filio), petita ex ejus homilia in *Pater noster*, quæ incipit : Ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωσῆς. Græce et Latine tom. I *Græciæ orthodoxæ*, pag. 366-374. Hujus σημειώματος initium : Καὶ θρὶξ ἐμπεσοῦσα τῷ ὀφθαλμῷ. (Fabr.) *Paris.*, in bibl. publ. cod. 1258, n. 3. *Becci scholia tria in totidem Basilii M. Gregorii Nysseni et Cyrilli Alexandrini.* (HARL.)

6. Διαθήκη. *Testamentum* ab exsule scriptum. Græce et Latine tom. I Græciæ orthodoxæ p. 375-378, et lib. II *De consensu*, cap. 15, § 8, p. 763. Incipit : Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς. Exstat etiam in notis *Petri Possini* ad Pachymerem tom. I, p. 541 sq. (FABR.) MS. Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 31, n. 4, plut. 7. *V.* Bandin. Catal. codd. Gr. Laur. I, p. 292. (HARL.)

7. *Ad Alexium Agallianum*, Magnæ ecclesiæ CPol. diaconum, *De processione Spiritus S. epistola.* Incipit : Ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτε ἀκοῦσαι ᾠήθην τοιαῦτα. Tom. I *Græciæ orthod.* p. 360, 365.

8. Ἐπισημείωσις τῶν αὐτοῦ ἁπασῶν βίβλων καὶ γραφῶν συμφωνίας, *De omnibus suis libris et scriptionum suarum consensione, animadversio* ad Theodorum Sugdææ episcopum. Hunc enim malo intelligere quam Theodorum Xiphilinum, magnum ecclesiæ œconomum, cui promiserat, se de dogmatibus non scripturum neque contradicturum, quidquid alii dicerent, ὡς οὐ γράφοι, ὡς οὐκ ἀντείποι περὶ δογμάτων, κἂν ὅ τι λέγοιεν ἄλλοι, quod deinde servare non potuit, ut refert Pachymeres, lib. VI. Incipit : Καὶ τὴν παροῦσαν δέξαι τὴν βίβλον, φίλον μοι ψυχῆς ἐνδιαίτημα, κύριε Θεόδωρε. Tom. II *Græciæ orthodoxæ*, pag. 1-10, Rom. 1659. 4.

9. Περὶ ἀδικίας ἧς ὑπέστη, τοῦ οἰκείου θρόνου ἀπελαθείς. *De injustitia, qua affectus est, a proprio throno ejectus.* Id pag. 11-36. Incip. Ἐσιώπησα, μὴ καὶ εἰσέτι σιωπήσωμαι.

10. Λόγος ἀπολογητικὸς καὶ ἀντιῤῥητικός, *Oratio partim apologetica de injustitia, qua affectus est, partim antirrhetica ad pravas expositiones nonnullarum scripto traditarum auctoritatum.* Id. pag. 36-83. Incipit : Τὰ μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἀδίκως τοῦ οἰκείου ἡμεῖς ἀπηλάθημεν θρόνου.

11. Ἀπολογία. *Apologia, nullo modo nostras consuetudines destrui, si Ecclesiarum unionem accepiamus, sed ad conciliandam in Christo pacem multum conducere, quod inter se in assgrendo dogmate conveniunt.* Id. pag. 84-94. Incipit : Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω. [In bibl. Bodlei. codd. *Borocc.* 71 et 111. HARL.]

12. Τῶν πρὸς τὸν Σουγδαίας Θεόδωρον α', β', γ'. *Ad Theodorum, quem ipse Sugdææ episcopum ordinaverat, libri III, De processione Spiritus sancti ex Patre et Filio.* Primi initium : Ἐπειδὴ τὸν εὐαγγελικὸν ζυγόν, id. p. 95. Secundi : Σὺ μὲν, ἀγαπητὲ ἀδελφέ, pag. 117. Tertii, quo Photius speciatim oppugnatur : Πάλιν σου τὰ γράμματα πρὸς ἡμᾶς, pag. 133-148. Hos libros ex Allatii versione Bartholdus Nihusius subjunxit Latinæ epistolæ ejusdem Allatii ad Boineburgium de consensione utriusque Ecclesiæ, Mogunt. 1655, 8. Tertium Græce et Latine dederat Allatius ipse ad calcem libri De purgatorio p. 827-856. Rom. 1652, 8.

13. Τῶν πρὸς Κωνσταντῖνον α', β', γ', δ'. *Ad Constantinum* (Meliteniotam, de quo dixi volum. IX, p. 198. — Vol. X, p. 490. not. n. nov. edit.) *libri IV* de eodem argumento. Primi initium : Φθάνω μὲν τάξας καὶ οἷον διορισάμενος, p. 149. Secundi : Οὐδὲ τὴν δευτέραν σὴν ἀποπέμπομεν αἴτησιν, pag. 169. Tertii : Ναὶ, ναὶ, τὰ ἐπηγγελμένα σοι, p. 287. Quarti : Ἀπορεῖ καὶ πάλιν, καὶ οὐκ ἀποροῦμεν ἡμεῖς, p. 202-214.

14. Εἰς τὸν τόμον τοῦ Κυπρίου κατὰ τῶν νεοφανῶν αἱρέσεων αὐτοσχεδιασθείς, λόγος α', β'. *In tomum* Georgii *Cyprii* Patriarchæ CPol. Spiritum sanct. e Patre per Filium procedere negantis, *et novas ejusdem hæreses, libri duo extemporales* ad Theodorum Sugdææ episcopum, quem alloquitur p. 252 : Σὺ δὲ, γνήσιε υἱὲ, φίλτατέ μοι Θεόδωρε. Primi initium : Ἔμελλεν ἄρα πολλὰς κατὰ καιρόν, pag. 215. Secundi : Δεύτερο, ἡμῖν οὗτος ὁ κατὰ τοῦ Κυπρίου ἀγών, pag. 252-286. Λόγον tertium contra Cyprium citat Nicolaus Comnenus, p. 356 *Præmot. mystagogic.* et tertium suum τῶν τοῦ Κυπρίου αἱρέσεων ἔλεγχον memorat Veccus ipse in Animadversione de libris suis, tom. II *Græciæ orthod.* pag. 7.

15. Ἀντιῤῥητικά. *Refutationes adversus D. Andronici Camateri* sub Manuele Comneno pridem *Drungarii Viglæ* sive præfecti vigilum (de quo supra in cap. anteced. § 7) *super [scripto traditis testimoniis de Spiritu sancto animadversiones.* Incipit : Βουλόμενος ἡμᾶς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀεὶ προάγειν ἐπὶ τὸ βεβαιότερον, p. 287-321.

16. Ἐπιγραφαί. *Epigraphæ* sive *præscriptiones XIII, in dicta ac sententias sanctorum Patrum a se collectas de processione Spiritus sancti.* Incip. Ῥήσεις διάφοροι γραφικαὶ συλλεγεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, pag. 322-641. Has epigraphas Græce et Latine ediderat Petrus Arcudius, Corcyræus, in Opusculis aureis, Rom. 1630, 4 ; 1671, 4 [al. 1670], una cum scriptis quibusdam Gregorii Palamæ et adversus Palamam Bessarionis, nec non Demetrii Cydonii, et Maximi Planudæ. Habentur et mss. in bibl. Cæsarea. Vide Lambecium V, pag. 186. (FABR.) Sive p. 317 seq. ed. Kollar. in

cod. 150, n. 14. — It. ibid. p. 390 sqq. in cod. 262. — Venetiis in cod. Naniano 303, n. 13 Κεφάλαια· οὗ ἡ ἐπιγραφή, etc. Atque (Mingarellius) in Cat. codd. Gr. Nanian. pag. 508, contendit, id opus, quod ab Allatio dividitur in epigraphas, dividendum esse in capita, et inscribendum : *Capitula de processione Spiritus sancti.* Idem docet, illam Collectionem esse apud Allatium in fine mutilam, et quæ apud ipsum postrema sint verba, ea in hoc codice legi pag. 357, opus vero totum absolvi, p. 359, tum post illa verba sequi in codice testimonia desumpta ex Clemente Alexandrino, et aliud sancti Maximi Epistola ad Marinum. — In eod. cod. n. 14, *Auctoritates Patrum*, quibus *Purgatorium* esse confirmatur. Tum alia plura ad confirmandam processionem Spiritus sancti ex Filio. Ac demum aliud caput additur, quasi supplementum operis Becci, et inscribitur, p. 367, Ἀποδείξεις καὶ ἐκ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων συνόδων ; plura dedit ex eo Mingarell. Afferuntur postea auctoritates aliarum synodorum generalium II, III, IV, V, VI et VII. — Ibid. in bibl. Marc. codd. 160 et 161, *Auctoritates Patrum de processione Spiritus sancti ;* capita numerantur in margine XIX, sine nomine quidem auctoris, qui tamen in posteriore cod. per notam Bessarionis indicatur Veccus. V. Cat. codd. Gr. Marc. pag. 90. — Florent. in bibl. Medic. Laurent. cod. 14, 4, plut. 10, sunt XII capp. J. Becci ἐπιγραφῶν, cum totidem Gregorii Palamæ, confutationibus, et card. Bessarionis Apologiis. — In cod. 12, n. 20, plut. 4. *Collectio mirabilis*, s. Jo. Vecci *Epigraphæ*, etc. in hoc etiam cod. in fine operis alia afferuntur excerpta, quæ desunt in Allatii *Græcia orthodoxa*, tom. II, post pag. 641. Vid. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 483 et 535. — Idem ibid. p. 546, conjicit, ea quæ exstant in cod. 22, n. 4, plut. 4. Περὶ Τριαδικῆς καὶ ἀσυγχύτου τάξεως, *De ordine Trinitatis personarum distincto*, ex Vecco esse desumpta, qui simile quoddam opus confecit, editum a Petro Arcudio, Romæ 1630. — Eadem ἐπιγραφῶν collectio, Paris. in bibl. publ. cod. 1270, n. 4. — Matriti, in cod. regio 77 insunt Gregorii Palamæ de processione Spiritus sancti Sermones ; Joan. Becci *Epigraphæ*, et Palamæ *Antiepigraphæ ;* Barlaami monachi de eodem argumento, etc. V. Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 279. sqq. singula copiosius persecutum. — In cod. Coislin. C. Gregorii, archiep. Thessalonicæ contra Beccum et alia de eodem argumento. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 171 sq. add. ibid. p. 405 sq. — Conf. Oudin. in Comment. de scriptorr. eccles. III, pag. 510 sq., ad a. 1270, qui præterea adnotat, illas sententias a Vecco collectas, reperiri apud Bzovium in *Annalibus*, tom. XIV, ad a. 1339, item *Epistolam* Joan. Vecci *ad Romanum pontificem* an. 1277 missam esse Gr. et Lat. in conciliis, ed. Labbeanæ tom. XI, col. 1033. Idem a pag. 506, historiam fataque Vecci et controversias inde enatas fusius enarrat, provocatque ad Henr. Spondanum in continuatione *Annal.* Baronii ad a. 1274, n. 15 ; ad a. 1283, n. 9 et 10 ; atque ad Anton. Arnoldum, doctorem Sorbonic. *De perpetua Ecclesiæ catholicæ fide circa Eucharistiæ sacramentum*, lib. III, capp. 3 et 4, pag. 299 sqq. Harl.

Memorat etiam Allatius, p. 767, *De consensu*, Κεφάλαιά τινα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *capita quædam de Spiritu sancto.* Incip. Εἶτα καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ καθ' ἑξῆς. Necnon *Titulos de recens natis hæresibus.* Incipit : Ἔμελλεν ἄρ' ἀντ' ἐπισκόπου κατὰ λύκου καὶ αἱρεσιάρχου.

Nic. Comnenus, pag. 14 *Prænot. mystagog.* citat Jo. Vecci *Orationem I de inauguratione sua*, quæ incipit : Ἀκούσατε ἱερὸν συνέδριον, φίλοι συμπράκτορες, ἀρχιερεῖς ἀδελφοί.

Orationem quartam de unione ecclesiarum, pag. 164, 207.

Synodicon de clericorum ordinatione, apud Canonarcham, Christophorum Campanam pag. 292. *Synodicon de officio parochi*, pag. 310. *Synodicum III*, pag. 145. *Synodicon* an. 1275 promulgatum *de capite corpori S. Mamantis abscisso*, pag. 242.

Epistolam encyclicam pag. 203 *paræneticam ad unionem*, p. 346. (Fabr.)

[Mosquæ, in cod. synod. 324, de synodo œcumenica, Ἤ τις ἀποκατέστησε Φώτιον... εἰ ; τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως· ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βέκκου. Inc. Ἦν ἂν μακάριον. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. pag. 212. Pertinet ad n. 2. Idem forsan opus, in Cat. mss. Angliæ, etc. vol. I, p. 55, n. 691, in cod. Guil. Laudi 39 sic citatur : *Acta synodi œcumenicæ*, quæ Photium, patriarcham, in thronum CPolit. restituit, et scandala novæ et antiquæ Romæ sustulit, *ex relatione Becci scribæ.* Harl.]

[In cat. mss. Gr. bibl. Escorial., in ed. Clarke Briefe von dem gegenwärt. Zustande des Kœnigr. Spanien, ex versione Germ. Jo. Tob. Kœhler, Lemgo 1765, 8, pag. 406 citatur Jo. Bechii (vel potius, arbitror, Beccii) patr. CPol. de unione ecclesiarum. (V. supra, n. 1.) In Plueri autem Cat. mss. Escor. pag. 173 mentio illius op. nulla fit ; sed male tribuuntur J. Bechio (*sic*) patr. CPolit. Paraphrasis in Aristot. libros ethicorum ad Nicomachum, item adversus legem Saracenorum apologiæ IV, et adversus Mahometem, libri IV, quæ a Clarkio l. c. ascribuntur Joann. Cantacuzeno, imper. Byzant. (Harl.)

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝΩΣΕΩΣ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗΣ ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ ΚΑΙ ΝΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ.

JOANNIS

HUMILIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

DE UNIONE ECCLESIARUM VETERIS ET NOVÆ ROMÆ.

(Apud Leonem Allatium, *Græciæ orthodoxæ* tom. I, p. 61.

—

1. Rebus in omnibus verum, et mentiri nescium Servatoris permittit et nunc mihi in ipso orationis exordio dicere : Recte in Evangeliis Dominus pronuntiavit, *Scrutamini Scripturas* [1]. Namque a Deo hoc effatum oraculum a plerisque aliis, certis suisque temporibus peraccommodum usurpatum, nunquam vero atque nunc visum est aptius. Et cum præsenti argumento, de quo nunc verba facturus sum, decentissime præ aliis cohærere, quam ego ex evangelico textu præcentionem mutuatus sum, res ipsa declarabit, cum de eo sermones præsens oratio aggressa fuerit, quodcunque sibi nomen vindicat, pro quo jam orationem instituimus, Ecclesiarum unio. Ecclesiarum, quarum ? Romæ veteris, et junioris hujusce nostræque, quarum in separatione antea facta indolens atque ingemiscens, in unione hoc temporis acta subsulto gaudioque exsilio. Sed hujus separationis mentione inducta hæsitans clamo : Unde mihi dabuntur lacrymarum fontes, ut lugeam, etsi non pro dignitate, et calamitatum magnitudini modo compare, lugeam nihilominus, quæ inde orbem terrarum a nobis habitatum oppressit, caliginem, noxamque, quæ ob eam in late patentes Romanorum campos nostræ sortis irrupit, non corporei tantum principatus refectione, multas urbes et oppida, necnon insulas longe lateque hinc atque inde diffusas, et integras nationes abripiens : sed ipsam etiam pietatem vulnerans, si modo Mohametus et Muchumetus pietatis noxa dicenda est, qui cum suis inter sacra fana orgia sua celebrando debacchantur, ibique, heu rem abominandam ! indicunt thiasos, ubi antea admirandum Christianorum mysteriorum absolvebatur mysterium. Et plane hujus dissidii impro-

α'. Τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀψευδὲς τοῦ Σωτῆρος δίδωσι καμοὶ νῦν προοιμιαζομένῳ εἰπεῖν· Καλῶς ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος ἔφη· *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς*. Τὸ γὰρ θεόλεκτον λόγιον τοῦτο παρὰ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἴσως ἐρρέθη, καιροῖς ἰδίοις ἐφαρμοζόμενον, οὐδὲν δὲ οἷον καὶ νῦν. Καὶ ὅτι τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο τῷ παρόντι πράγματι ἐφαρμόζει, περὶ οὗ νῦν ὡρμημένος λέγειν ἐγὼ τῆς Εὐαγγελικῆς πυξίδος ἐδανεισάμην τὸ πρόσμα, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα φανεῖ, ὁπηνίκα πρὸς τοὺς περὶ αὐτοῦ λόγους ὁ παρὼν οὗτος λόγος ἐπαποδύσεται, ὃ δὴ καὶ λέγεται τὸ πρᾶγμα τοῦτο, περὶ οὗ καὶ λέγειν ἤδη ὡρμήμεθα, ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐστιν ἕνωσις. Ἐκκλησιῶν, τίνων ; Τῆς παλαιτέρας Ῥώμης, καὶ τῆς νέας τε καὶ ἡμετέρας· ὧν ἐπὶ τῷ πρὶν χωρισμῷ σπαραττόμενος, ἐπὶ τῇ νῦν ἑνώσει γέγηθα καὶ ἀγάλλομαι. Ἀλλὰ τοῦ χωρισμοῦ τούτου μνησθεὶς, διαπορούμενος κράζω· Ὼ πόθεν μοι δοθήσονται δακρύων πηγαὶ, ὡς ἂν ἀποκλαύσωμαι, εἰ καὶ μὴ ἀξίως, καὶ τῷ τοῦ πάθους μεγέθει ἀνάλογον, ἀποκλαύσωμαι δ' οὖν ὅμως τὴν ἐντεῦθεν καταλαβοῦσαν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην σκοτόμαιναν, τὴν ἐντεῦθεν ἐπελθοῦσαν τῷ πλάτει τῶν Ῥωμαϊκῶν σχοινισμάτων ζημίαν τοῦ ἡμετέρου λάχους, οὐ μόνον ἐπὶ τῷ τῆς σωματικῆς ἀρχῆς ἀκρωτηριασμῷ, πολλῶν πόλεων καὶ χωρῶν, νήσων τε μακροδιαστάτων, καὶ ἐθνῶν ὁλοκλήρων ἀφαιρέσει κολοβωθέντος, ἀλλά τε δὴ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν εὐσέβειαν ζημιωθέντος, εἴ γε τῆς εὐσεβείας ἐστὶ ζημία Μωάμεθ καὶ Μουχούμετ, ἔνδον τῶν ἱερῶν σηκῶν ὀργιάζοντες, κἀκεῖσε, βαβαὶ τοῦ μύσους ! ἐνθιασεύοντες, ὅπου πρὶν τὸ μέγα τῶν Χριστιανικῶν μυστηρίων ἀπετελεῖτο μυστήριον. Ὅτι γὰρ καὶ μέχρι τοσούτου ἡ τοῦ σχίσματος τούτου κακία, τὰ καθ' ἡμᾶς ἐλυμήνατο ὁ πολὺς τῆς κακώσεως χρόνος, οὐ μόνοις ἡμῖν τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ

[1] Joan. v, 39.

καὶ πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς ἔθνεσι δῆλον κατέστησεν. Εἰ δέ τις τὴν ἰσχὺν τοῦ ἀμάχου τούτου κακοῦ καὶ ἄλλως ἐθέλει σκοπεῖν, ἔχει διανοήσασθαι ταύτην, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐγὼ ἐκ μόνης μνήμης πάσχω τὰ νῦν. Ἄλλον γὰρ τοῦ προκειμένου λόγου ἔχων σκοπὸν, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης εἰπεῖν δηλαδὴ, καὶ ἀπολογήσασθαι τοῖς τε νῦν τῶν ἀνθρώπων, τοῖς τε ἐσύστερον, ὡς καλῶς παρ' ἡμῶν ἡ τοῦ ὁλεθρίου τῶν Ἐκκλησιῶν σχίσματος ἠθετήθη διάστασις, καὶ ἀντηλλάγη αὐτῆς ἡ θεοφιλὴς εἰρήνη καὶ ἕνωσις, ἐγὼ δὲ τούτων ἀφέμενος, ἐπεὶ τῶν ἐκ τῆς διαστάσεως καταλαβόντων ἡμᾶς ἐμνήσθην κακῶν, συμφορὰς καὶ θρήνους πλέκειν ἠρξάμην. Καὶ εἰ μὴ τὸ τῆς προθέσεως κατεπεῖγον ἡμᾶς ἀνθεῖλκεν ἐτέρωθεν, τάχ' ἂν ἅπασαν ἀρτίως τὴν κτίσιν πρὸς πένθος συνεκινήσαμεν, τὰ ἐπισυμβάντα τῷ Χριστιανισμῷ κακὰ διηγούμενοι, ἐκ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν διαστάσεως. Ἀλλ' ὅτι μὲν καὶ ἐντεῦθεν ἡ ἄμαχος τοῦ κακοῦ τούτου ἰσχὺς ἀναφαίνεται, δῆλον ἐξ ὧν οὕπω καὶ συγχωρούμεθα πρὸς τὰ κατὰ σκοπὸν εἰσβαλεῖν.

A bitatem nostra hunc in modum devastasse, prolixum infortunii tempus, non nobis tantummodo, qui ea perpessi sumus, sed et omnibus quaquaversum dispersis nationibus manifestavit. Quod si quis immensæ calamitatis pondus et alia ratione conjicere voluerit, ex his, quæ ipse nunc vel sola illius memoria patior, animo concipiet. Etenim cum præsentis orationis alius sit scopus propositus, de ecclesiastica scilicet pace verba facere, et hominibus tum hac ætate viventibus, tum postmodum futuris respondere, probe a nobis noxii Ecclesiarum schismatis dissidium sublatum, locoque illius Deo amicam pacem et unionem introductam esse, ego ab illis absistens, malorum, quæ nos ob dissidium B afflixerunt, mentione inducta, infortunia et lessus cœpi concinnare. Et nisi propositum argumentum alio nos compelleret traheretque, fortasse universam rerum naturam mala, quæ Christianis ex Ecclesiarum dissidio evenere, prænarrantes, ad luctum concitassemus. Sed et hinc quoque immensa noxæ magnitudo satis aperta remanet, quod ad ea, quæ proposuimus manum immittere nondum nobis concedatur.

β'. Ἐπεὶ δὲ πᾶσα ἀνάγκη ἄφασθαι ὧν ἅπαξ καὶ προεθέμεθα, καὶ δή φαμεν ὡς τὸ τοῦ λόγου ἡμῖν σκοπιμώτατον πρὸς ἀπόδειξιν ἀφορᾷ τοῦ κακῶς παρεισφθαρῆναι ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ σχίσμα, καὶ μὴ κατὰ λόγους ἐκκλησιαστικοὺς, μηδ' ἐπ' αἰτίαις εὐλόγως, διιστώσης λαοὺς καὶ κλήρους, ποιμένας καὶ ἱερεῖς, ἀλλὰ διά τινα συκοφαντίαν ἦχου, οὐδὲν μέντοι λυμαίνοντος τὴν εὐσέβειαν, εἰς διαφορὰν δὲ πίστεως ὅμως ἑκατέροις τοῖς μέρεσι δόξαντος. Πρὸς C γοῦν τὸν τοιοῦτον τοῦ λόγου σκοπὸν εἰς δύο ταῦτα συγκεφαλαιῶσαι τὴν ὅλην πραγματείαν τοῦ λόγου βούλομαι νῦν· ἓν μὲν ἐγκατασκευῶς ἐκθεῖναι τῷ λόγῳ τὰ γραφικὰ πάντα ῥητὰ, δι' ὧν οἱ κατὰ καιροὺς περὶ τῆς Τριάδος θεολογήσαντες φαίνονται διαῤῥήδην διατρανοῦντες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅπερ ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία πρεσβεύει, ἐξ ἀμφοῖν αὐτὸ λέγουσα ἐκπορεύεσθαι· ἕτερον δὲ δι' ἐπιχειρήσεων, ὧν ἂν καὶ δοίη Θεὸς ἀποδεῖξαι ὡς ἡ τῶν ἀρχηγῶν τοῦ σχίσματος ἔνστασις, καὶ ἔτι ἡ τῶν κατακολουθησάντων ἐκείνοις ῥοπὴ πρὸς τὰ ὅμοια, οὐ δικαίας εἶχον τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπὶ τοσοῦτον ἔκτασιν τοῦ ὀλεθρίου τῶν Ἐκκλησιῶν σχίσματος. Εἰ γὰρ καὶ ἦν ἡμᾶς, D ἀποδείξαντας ἀπὸ ῥήσεων γραφικῶν μηδέν τι σφαλομένην ἐπὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης, συστῆσαι ὡς οὐ καλῶς εἶπον οἱ ἀντεπόντες· καὶ τὸ ἀνάπαλιν, εἰ καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ ἀποδεῖξαι τοὺς τοῦ σχίσματος σπουδαστὰς οὐκ ὀρθῶς χρησαμένους ταῖς ἐπὶ τῷ σχίσματι ἀντιῤῥήσεσι, γνωρίσαι ἦν τὸ μηδέν τι σφάλλεσθαι ἐπὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης. Ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ πολλὴν τὴν περιουσίαν τῆς ἀληθείας ἡμεῖς τὸν τοῦ ψεύδους ἔλεγχον ποιήσασθαι προθυμούμεθα, πρὸς τὸ διπλοῦν τοῦ ἀγῶνος ἀποδυσόμεθα· καὶ τὸ ἓν εἶδος τοῦ λόγου διελθόντες πρότερον, ὅπως ἂν καὶ δοίη Θεὸς, τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν δηλονότι μεταχειρισάμενοι μαρτυρίαν ἐπὶ συστάσει τοῦ πρὸς τὴν εὐ-

2. Cum vero prorsus necessarium sit, tandem aliquando ad propositum argumentum sermonem convertere, dicimus, orationis nostræ scopum primarium esse, demonstrare, prave dissidium hoc in Ecclesiis irrepsisse, et non ecclesiasticis rationibus, neque causis, jure populos et cleros, pastores et sacerdotes separantibus, sed soni cujusdam inopportuna varietate, qui nihil pietatem læderet, sed qui nihilominus fidei, ut utrisque partibus videbatur, differentiam induceret. Ut itaque propositum exsequamur, duobus commentationem hanc nostram concludemus: altero dicta omnia scripto tradita, in quibus, qui pro tempore de Trinitate aliquid commenti sunt, videntur palam confiteri, Spiritum sanctum ex essentia esse Patris et Filii, quod Romana Ecclesia, ex utroque eum procedere asseverans, affirmat, digeremus: altero argumentis, Deo illa nobis suppeditante, auctorum dissidii conatus, necnon eorum, qui eos subsecuti sunt, ad similia propensionem, nullas rationales habuisse causas, ad exitiosum Ecclesiarum dissidium tantumdem promovendum, ostendemus. Licet enim satis esset, si dictis scripto traditis demonstraverimus] Romanam Ecclesiam bene sentire in omnibus, nec in ullo falli, comprobari, non recte adversarios opposuisse: et contra, vel sola illius demonstratione, probatores schismatis illis, quas ad fovendum schisma contradictiones usurparunt, non recte usos fuisse, manifestum remanere, Ecclesiam Romanam nullo modo falli in pietate. Verumtamen nos veritatis ipsius lumine maximopere suffulti, cum mendacium deprehendere exoptemus, duplex hoc certamen aggrediemur, et una orationis parte prius absoluta, ut Deus concesserit, ex scriptis testimonia assumentes, ad corroborandum sanam Romanæ Ecclesiæ doctrinam, in altera reliquum exponemus; redarguemus scilicet, quæ dixere et

quæ conscripsere, qui pro tempore adversus Romanam Ecclesiam dissertationis certamen inierunt.

3. Sed enim cum non ad præsentes tantum homines, sed ad eos etiam, qui post nos nascentur et venient, verba facimus, nescio quid agendum nobis sit. Etenim si cum præsentibus sermo haberetur, tum si quispiam nobis contradiceret, nostris auribus illius oppositionibus auditis, forsan respondendi ansam Deus concederet, ex quo omne donum perfectum, animum suum ad illum applicantibus : et licet illos persuadere non valeremus, gratum tamen nobis accideret, intuentibus eos temeraria quadam pervicacia ductos contradicere, et hoc ipsum victoriam existimaremus, contradictionibus mente ac ratione vacuis vinci. Sed cum ad posteros erit, et ad eos, quos tempus futurum ad Commentariorum horum nostrorum lectionem compellet, quando non novimus quam illi sententiam et consilium sequentur, sive rectum et discernendi vi pollens, atque, ut verbo expediam, pacatum, quales multos probosque ætas hæc nostra tulit, sive pertinax, quales etiam nunc iique non pauci reperti sunt, nihil disceptationibus et rationalibus judiciis tribuentes, sed utcunque temere insulseque, qui eos præiverunt, sequentes, hoc unum sursum deorsumque, ut proverbio fertur, asserentes dissidium non esse deponendum, quod nostri majores, sive probe, sive male, suscitarunt. Illi itaque, si secundæ conditionis fuerint, nostris hisce sermonibus, pro corroboranda ecclesiastica pace confectis, nullo modo consuadebuntur. Sed non propterea nobis silendum est, sed ad unum solum omnia intuentem oculum, et ad judicium illud, quod nemo fallit, et apud quod nobis insulse sese opponentium criminatio damnum nullum inferet, neque enim ibi criminantium opus; quemadmodum neque præter rationem indulgentium commendatio, emolumentum, neque enim ibi advocatorum opus, animus dirigendus.

4. Ad illud itaque judicium falli nescium respicientes, actutum rem ipsam aggrediamur, exorantes singulos, qui nostra hæc scripta in posterum legent, recta conscientia, et neutram in partem propensa, in illis contenta examinare, et si lectori placuerit, a nobis error eorum, qui ante nos fuere, correctus, gratia Deo bonorum omnium datori et largitori : quod si de hac pace male nos consultos judicat, quicunque ille fuerit, tantum hoc de nobis sciat, quidquid a nobis aut excogitatum, aut dictum, aut factum, vel scripto consignatum fuit, ad stabiliendam Ecclesiæ pacem, non ad refellendum aliquod vel ex nostris ritibus, vel dogmatibus, a nobis pertentatum fuisse. Quicunque enim ad ecclesiasticam hanc pacem accessit, nostras consuetudines et dogmata contemnens, dijudicansque Romanam Ecclesiam nostra magis pie sentire aut

A σέβειαν ὑγιοῦς τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας, ἐν δευτέρῳ ἐκθήσομεν τὸ λοιπὸν, τὸν ἔλεγχον δηλαδὴ, ὧν τε εἶπον, καὶ ὧν συνεγράψαντο οἱ κατὰ καιροὺς πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν τὸν τῆς διαλέξεως ἀγῶνα ἀναδεξάμενοι.

γ'. Ἐπεὶ δὲ οὐ πρὸς μόνους τοὺς παρόντας τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ὀψιγόνους καὶ μέλλοντας τοὺς λόγους ποιούμεθα, οὐκ οἶδ' ὅ τι ἂν καὶ διαπραξαίμεθα. Εἰ γὰρ πρὸς μόνους τοὺς παρόντας ἦν ὁ λόγος ἡμῖν, εἰ καί τινες τῶν ἡμῖν ἐντυγχανόντων ἀντέλεγον, ἀλλά γε τέως τὸ ἐπὶ ταῖς ἀντιθέσεσιν, αὐτήκοον ἡμῶν παρεῖχεν ἂν ἀπολογίας ἡμῖν εὕρεσιν πρὸς Θεὸν, ἐξ οὗ πᾶν δώρημα τέλειον, τὸν νοῦν ἡμῶν ἀνατείνουσι· καὶ εἰ μή γε πεῖσαι αὐτοὺς εἴχομεν, ἀλλ' ἀγαπητὸν ἂν ἡμῖν συνορῶσιν αὐτοὺς, ἐξ ἀλόγου B πεισμονῆς ἐρχομένους πρὸς τὴν ἀντίῤῥησιν, νίκην αὐτὸ τοῦτο ἡγεῖσθαι, τὸ μὴ ἐξ ἀλλόγων νικᾶσθαι τῶν ἀντιῤῥήσεων. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὀψιγόνους ἐσεῖται, καὶ οὓς ὁ μέλλων χρόνος εἰς ἐντυχίαν τῶν παρόντων ἡμετέρων λόγων καλέσει, ἐπεὶ μὴ οἴδαμεν, ὁποίας ἂν γνώμης καὶ προαιρέσεως ἔσοιντο, εἴτε τῆς εὐσυνειδήτου καὶ διακριτικῆς, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν εἰρηνικῆς, ὁποίους πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ὁ νῦν ἀνέδειξε χρόνος, εἴτε τῆς πεισματικῆς τε, ὁποῖοι καὶ αὐτοὶ οὐκ ὀλίγοι νῦν ἀνεφάνησαν, οὐ λόγοις καὶ λογικαῖς διαγνώσεσι προσνέμοντες ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτω τὴν ἀλόγιστον τοῖς προηγησαμένοις κατακολούθησιν προαιρούμενοι, ἓν τοῦτο καὶ μόνον ἄνω καὶ κάτω τοῦ λόγου προφέροντες, τὸ μὴ δεῖν ἀθετῆσαι σχίσμα, ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν, εἴτε C καλῶς εἴτε κακῶς ἀπειργάσαντο. Πρὸς γοῦν τούτους, εἰ τῆς δευτέρας εἶεν προαιρέσεως, οὐδὲν μὲν τὸ πεῖθον ἕξουσιν ἴσως τὰ παρ' ἡμῶν ἐκτεθειμένα ἐπὶ συστάσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ καὶ σιωπητέον ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς ἓν μόνον ὁρῶντας τὸν παντεπίσκοπον ὀφθαλμὸν, καὶ πρὸς τὸ ἀλάθητον ἐνατενίζοντας ἐκεῖνο δικαιωτήριον, πρὸς ὃ οὐδὲν ἡμᾶς ἡ τῶν ἀλόγως ἀνθισταμένων βλάψει κατηγορία· οὐ χρεία γὰρ κατηγόρων ἐκεῖ· ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἡ τῶν παραλόγως χαριζομένων ὀνήσειε σύστασις· οὐ χρεία γὰρ συνηγόρων ἐκεῖ.

δ'. Πρὸς γοῦν τὸ ἀλάθητον ἐκεῖνο δικαιωτήριον ἀφορῶντας, εὐθὺ τοῦ σκοποῦ γίνεσθαι χρὴ, ἕκαστον D ἀξιοῦντας τῶν τοῖς παροῦσιν ἡμετέροις γράμμασιν ἐντευξομένων ἐσύστερον, εὐθεῖ συνειδότι καὶ ἀῤῥεπεῖ βασανίζειν τὰ ἐμπεριειλημμένα· καὶ εἰ μὲν ἀρέσκει τῷ ἐντυγχάνοντι τὸ διορθωθὲν παρ' ἡμῶν σφάλμα τῶν πρὸ ἡμῶν, χάρις Θεῷ, τῷ παντὸς καλοῦ δοτῆρι καὶ χορηγῷ· εἰ δέ γε περὶ τῆς εἰρήνης ταύτης οὐ καλῶς βουλευσαμένους διανοεῖται ἡμᾶς, ὅστις ἂν καὶ εἴη οὗτος, ἓν τοῦτο μόνον ἐθέλω αὐτὸν εἰδέναι περὶ ἡμῶν, ὡς πᾶν εἴ τι παρ' ἡμῶν καὶ διενοήθη, καὶ ἐλαλήθη, ἐπράχθη τε καὶ ἐγράφη ἐπὶ συστάσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει οὐδενὸς τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ δογμάτων τοῦτο γέγονε παρ' ἡμῶν. Πᾶς γάρ τις, ὃς ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ταύτην ἦλθεν εἰρήνην, ὡς τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ δογμάτων κατεγνωκὼς, καὶ ὡς τὴν Ῥωμαϊκὴν

Ἐκκλησίαν πρεσβεύειν διεγνωκὼς εὐσεβέστερόν τι τῆς ἡμετέρας, ἔκπτωτος εἴη τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας, καὶ τῷ προδότῃ Ἰούδᾳ, καὶ τοῖς κοινωνοῖς αὐτοῦ, καὶ σταυρωταῖς τοῦ Σωτῆρος συντεταγμένος. Τοῦτο δὴ τὸ φοβερὸν ὅρκιον ὥσπερ τι τοῦ λόγου θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι, τοῦ λέγειν ἐρχόμεθα.

ε'. Ὅπερ δὲ καὶ ἔτι μοι τοῦ λόγου προαναταχθῆναι δοκεῖ, οὐδὲ τοῦτο παραδραμοῦμαι, τῷ προσήκοντι τόπῳ μὴ ἐφαρμόσαι· οἱ πολλοῖς πολλάκις, ὡς εἴρηται, τῶν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀνδρῶν γραφῇ καὶ μέλανι μαχεσάμενοι, δι' οὓς καὶ πρὸς τὸν ἐσύστερον ἀγῶνα ὁ παρὼν ἡμέτερος ἐπαποδύσεται λόγος, ὑπὸ τῆς δίκης ὥσπερ συνελαυνόμενοι, εἰς τὸ θριαμβεύειν ἑαυτοὺς γνώμης ἡττωμένους ἰδιορρύθμου, καὶ τοῦτο μόνον νίκην ἡγουμένης, τὸ πεισμονῇ χαίρειν ἁπλῶς, καὶ πρὸς πᾶν τὸ πρὸς εἰρήνην αὐτοὺς ἐκκαλούμενον ἀντιβαίνειν εὐκαίρως, ἀκαίρως, τὸν ὅλον τῆς αὐτῶν διαλέξεως λόγον, ὥσπερ τινὶ ἐγκαλλωπίζουσι κόσμῳ, ταῖς κατὰ τῶν προσδιαλεγομένων αὐτοῖς ὕβρεσι. Καὶ εἴθε κἂν ὕβρεσιν· ἴσως γὰρ ἂν ἔλαττον ἦν τὸ κακὸν, εἰς μόνους τοὺς ὑβρισμένους προϊσταμένης τῆς ἀλόγου τούτων φορᾶς. Νῦν δὲ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ παντόλμους τὰς κατ' αὐτῶν, καὶ τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας ἀπερεύγονται βλασφημίας, ὧν ἡ ἀτοπία εἰς αὐτὴν τὴν τῶν Χριστιανῶν διαβαίνει εὐσέβειαν. Καὶ οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἔσχον, ὡς αὐτὸ τοῦτο μόνον, τὸ μεθ' ὕβρεών τε καὶ βλασφημιῶν διαλέγεσθαι πρὸς αὐτοὺς, παρὰ τοῖς εὐγνώμοσι τῶν διαγνωμόνων δόξαν ἥττης ἐδίδου αὐτοῖς. Τίς γὰρ ἂν καὶ νικᾷν ἔχων εἰρηνικῶς, καὶ μάλιστ' ὅπου περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων οἱ λόγοι, ὕβρεσι τῷ προσδιαλεγομένῳ ἀντεπιφύεται, ὥσπερ οὐκ ἀδελφοὺς ζητῶν κτήσασθαι, ἀλλ' ἀδελφοὺς ἀποβάλλεσθαι φιλονεικῶν. Ἔγωγε τέως τοῖς τοιούτοις ἐντυγχάνων λόγοις αὐτῶν, καὶ τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰρηνικῶς αὐτοῖς κατανοῶν ἐντυγχάνοντας, οἷς καὶ μᾶλλον τὸ πρὸς θυμοὺς ἐπιῤῥεπέστερον ὁμολόγηται, τοὺς δ' ἡμετέρους οὐ λογικῶς μαχομένοις ἐοικότας, ἀλλ' ὥσπερ μαχαίρᾳ, καὶ σπάθῃ, καὶ δόρατι τὴν κατ' αὐτῶν ὁρμὴν ποιουμένους, ἐρυθριῶ, καὶ ὥσπερ εἰς ἑαυτὸν λογιζόμενος τὴν αἰσχύνην, μικροῦ καὶ ἐκκαλύπτεσθαι θέλω.

ς'. Διά τοι τοῦτο καὶ ἀντιλέγειν τοῖς ἀντιλογικοῖς τούτοις ἐσύστερόν βουλόμενος ἔγωγε, πρὸς μηδὲν τοιοῦτον παρασυρῆναι καθικετεύω Θεὸν, καὶ τοὺς ἐντευξομένοις δὲ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τούτοις, τὴν αὐτὴν αἰτῶ χάριν, μηδέν τι τῶν ἡμετέρων πρὸς ἔριν ἀφορῶντας διαβαλεῖν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐ πρὸς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν ὁρῶντες, τὴν εἰρήνην ταύτην δεῖν ὠήθημεν ἐνστερνίσασθαι· εἰ δέ τισι μὴ δοκεῖ, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὰ κοσμικὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἴδοιμεν, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὡς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Εἰ μὲν γὰρ δικαίως καὶ ἐπί τινι πρὸς τὴν ἡμῶν εὐσέβειαν συντελοῦντι ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας μάχη, ἐξ ἧς ὁποῖα καὶ ὅσα καθ' ἡμῶν ἐπεισέφρησε τὰ δεινὰ, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν ἐστὶν, ἴσως γὰρ ἄλλοις ταῦτα καὶ ἱστορήθη· ἦμεν ἂν καὶ αὐτοὶ συνδιατιθέμενοι τοῖς ἐπιῤῥεπῶς ἔχουσι πρὸς τὸ σκάνδαλον· ἐπεὶ δὲ πάντη ἀδίκως, καὶ ἐκ μόνης ἐπηρείας Σατανικῆς τὸ

A credere, cadat e Christi regno una cum Juda proditore, illius sociis, et Servatoris crucifixoribus connumeratus. Hoc terribili jurejurando tanquam sermonis fundamento antea locato, orationem exordiamur.

5. Alterum dictis quoque nostris præponendum minime præteriero, loco peropportuno adaptare, qui multos et sæpius, ut diximus, Romanæ Ecclesiæ viros scripto et atramento oppugnarunt, et in quos secundo certamine noster hic Commentarius convertetur, a justitia veluti compulsos, ad semetipsos diffamandos, a sententia propria devictos, et hoc solummodo victoriam existimantes, prorsus pertinaciæ indulgere, et ad pacem adhortantibus,
B contra sese tempestive inopportuneque opponere, et universæ suæ dissertationis congeriem veluti aliquo ornatu exornare adversus eos, qui simul cum eis colloquuntur, injuriis, et utinam injuriis, tum enim malum minus foret, in solis injuria affectis, eorum insulso impetu persistente: at nunc non id solum, sed et audacissimas in eos et eorum Ecclesiam contumelias et convicia evomunt, quorum absurda temeritas ipsissimam Christianorum vulnerat pietatem. Neque comprehendere potuerunt, eo vel solo, quod injuriis et contumeliis disputationes et colloquia contulerunt, a benevolis cognitoribus victoria excidisse judicatos fuisse. Quis enim, cum victoriam consequi possit pacifice, et potissimum in iis, in quibus de Deo divinisque rebus pertractatur, injuriis disserentem
C opprimere conatur, æque ac si fratres conquirere non studeat, sed eos subigere perdereque contendat? Ego plane similes eorum sermones percurrens, et Romanos deprehendens, quos ad iram propensiores esse fatemur, pacifica cum illis colloquia serere, nostros vero nulla cum ratione depræliantibus similes, ense, ut ita dicam, gladio et hastis eos impetentes, rubore equidem suffundor, et intra memetipsum infamiam repetens, tantum non faciem tegere delibero.

6. Quapropter his contradictoribus ipse postmodum contradicturus, ne ad similia trahar, supplex Deum exoro, eamdemque prorsus ab illis, qui
D hæc nostra commentaria lecturi sunt, gratiam exposco, nihil ex his nostris contentioni addictos reprehendere. Nos etenim non homines, sed Deum inspicientes, pacem hanc apertis ulnis excipiendam esse arbitrati sumus. Id si aliter nonnullis visum fuerit, nil nostra refert. Quod si ad Romani principatus res sæculares animum advertamus, id vero dicere non possumus, nil nostra referre. Etenim si juste, et propter aliquid nostræ pietati conducens cum Romana Ecclesia pugna suscepta est, cujus causa tot tantaque mala in nos ingruerunt, quæ non est præsentis negotii dicere, et forte ab aliis eorum historia scripto demandata est, nos quoque una cum propensis ad scandalum conveniremus; sed cum nulla justa de causa, sed ex sola Satanæ

improbitate Ecclesiarum scandalum inter nos injectum conspiciamus, tantum abest ut cum scandali curatoribus conveniamus, ut mœrore etiam ingenti afficiamur, et, quo possumus animi fervore, nostros exeremus, ut propriam insaniam deponant, et non ita temere in proprias urbes et oppida novum bellum secundo excusciteut, tantarum calamitatum ac infortuniorum causam. Sin minus, qui cursus scandali auctor fuerit, judicio erit obnoxius. Nos vero tandem orationem aggrediamur.

7. Quid inquitis, viri fratres? Quid in causa est, ut tantumdem Ecclesiarum dissidio plaudatis, et pro eo promovendo etiam bella suscipere non vereamini? Quod, tradunt, longum jam tempus intercessit, ex quo dissidium hoc originem habuit; propterea pro eo etiam depugnandum putamus, quod et diuturnum. An igitur quod scissi sumus, considerandum; an quomodo, quærendum? Quod scissi sumus, inquiunt. Verumtamen mihi, quod et bene sentientibus singulis, non hoc videtur: sed qua ratione scissi sumus; et si invenerimus, qui ante nos schisma conflarunt, Romanam Ecclesiam incusantes, tanquam ingentibus sceleribus ob dogmata obstrictam, considerare et examinare, quæ illi Romanos criminantes opposuere, quæ hi semetipsos liberantes a crimine, responderunt, et cum recto judicii examine, aut eos recte sentientes sequi, et laudare, et beatos prædicare, aut decernere eos in hoc scandalo deliquisse, humano errore deceptos. Oportet autem nos, vel quod ab illis actum est, loco ignominiæ habere, et quod apud nos est laudabile, introducere, vel nullo de illo sermone habito respectu primigeniorum, quod saltem ad nos pertinebat, probe disponere, duplici emolumento, et quod aberrantes secuti non sumus, et quod posteris, et iis qui post nos nascentur, recti formam tradidimus. Mihi itaque, existimo autem et cuicunque pertinaciæ insanientis osori, quod approbatum est, perplacet, et quæstio, qua ratione scissi sumus. Quod si quidam, quod scissi sumus, absque alio examine dissidium continuandum judicant, ego insulsum erga eos, qui ante nos fuere, obsequium modis omnibus detestor.

8. Sed jam aliunde comparet, qui non vesanum temporis sequitur, sed tanquam partis magis rationalis sectator, ratiocinatione magis seria contradicere studet; quid inquitis? nobis dicit. An vobis amplectenda videtur ecclesiastica pax Italorum, qui duas causas et duo principia unius Spiritus in beata Triade constituunt? Non, per Triadem, optimi. Sic enim ante omnia munior, ne de aliquo simili in suspicionem tibi veniam. Non hac ratione dicimus Romanæ Ecclesiæ pacem attendendam. Casum etenim a beata Triade adversus omnes precamur, qui similium hominum pacem, in consubstantiali Triade duo principia ponentium amplecti volunt. Namque hæc sunt eorum, qui semel ad veritatis lumen nictantes, propriæ impro-

A τῶν Ἐκκλησιῶν σκάνδαλον μέσον ἡμῶν συνορῶμεν παρεισφθαρὲν, οὐ μόνον τοῖς σπουδασταῖς τοῦ σκανδάλου οὐκ ἐσμὲν συνδιατιθέμενοι, ἀλλὰ καὶ λύπην ὅσην ἡγούμεθα τοῦτο, καὶ θερμότερον τοὺς καθ' ἡμᾶς ἱκετεύομεν τῆς καθ' ἑαυτῶν ἀποσχέσθαι μανίας, καὶ μὴ οὕτω κατὰ τῶν οἰκείων πόλεων καὶ χωρῶν ἀρχὴν ἄλλην ἐκ δευτέρου ποιήσασθαι πολέμων καὶ συμφορῶν. Εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτὸς βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις καὶ πάλιν ἀρχηγὸς σκανδάλου θελήσει γενέσθαι. Ἡμῖν δὲ καὶ δὴ τοῦ λόγου ἀρκτέον.

ζ'. Τί φατε, ἄνδρες ἀδελφοί; Τί ὅτι περιμάχητον ἡμῖν χρῆμα τὸ τῶν Ἐκκλησιῶν σχίσμα δοκεῖ; Ὅτι, φασὶ, μακρὸς ἤδη χρόνος, ἐξ ὅτου τὸ σχίσμα τοῦτο προέβη· διὰ τοῦτο περιμάχητον τὸ σχίσμα ἡμῖν, ὅτι καὶ χρόνιον. Ἆρ' οὖν ὅτι ἐσχίσθημεν σκοπητέον, ἢ B ὅπως ἐσχίσθημεν ζητητέον; Ὅτι ἐσχίσθημεν, φασίν. Ἀλλ' ἐμοὶ, οἶμαι δ' ὅτι καὶ τῶν εὖ φρονούντων ἑκάστῳ, οὐ τοῦτο, ἀλλ' ὅπως ἐσχίσθημεν· κἂν εὑρήσωμεν τοὺς πρὸ ἡμῶν συστησαμένους τὸ σχίσμα, τὴν τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίαν καταιτιωμένους, ὡς μεγάλα δἠθεν ἡμαρτηκυῖαν ἐπὶ τοῖς δόγμασι διασκοπῆσαι, καὶ διαβασανίσαι, ἅτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐκεῖνοι ἐγκαλοῦντες προέτεινον, καὶ ἅπερ οὗτοι ἀπολύοντες ἑαυτοὺς ἐγκλημάτων ἀπελογοῦντο, καὶ μετὰ τῆς ἐπὶ τῇ διακρίσει εὐθύτητος ἢ ἀκολουθήσαι λέγουσιν ἐκείνοις καλῶς, καὶ ἐπαινέσαι, καὶ μακρίσαι, ἢ διαγνῶναι ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ τῷ σκανδάλῳ τούτῳ πεπλημμελήκασιν, ἀνθρώπινόν τι παθόντες πλημμέλημα· ἡμᾶς δὲ δεῖ ἢ τὸ παρ' ἐκείνων γεγονὸς εἰς μοῖραν ψόγου παραπέμψαι, καὶ τὸ παρ' ἑαυτῶν C ἐπαινετὸν ἀντεισενεγκεῖν, ἢ τέως μηδέν τι περὶ ἐκείνων εἰρηκότας, φειδοῖ τῶν πρεσβυγενείων, τὸ γοῦν εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς καλῶς διαθεῖναι, καὶ διπλῇ κερδᾶναι, ὅτι τε τοῖς πεπλημμεληκόσιν οὐκ ἠκολουθήσαμεν, καὶ ὅτι τοῖς ὀψιγόνοις καὶ μεθ' ἡμᾶς τὸν τοῦ καλοῦ παρεδώκαμεν τύπον. Ἐμοὶ μὲν οὖν, οἶμαι δ' ὅτι καὶ παντὶ τῷ ἄλλῳ πεισμονὴν μισοῦν τὴν ἄλογον, τὸ δεδοκιμασμένον ἀρέσκει, καὶ ἡ τὸ ὅπως ἐσχίσθημεν ζήτησις. Εἰ δέ τινες, ὅτι ἐσχίσθημεν, ἀδοκιμάστως ἐξέχεσθαι τοῦ σχίσματος κρίνουσι ἐγὼ δ' ἀλλὰ τὴν ἄλογον τοῖς προηγησαμένοις κατακολούθησιν ὁλοσχερῶς ἀποστρέφομαι.

D η'. Ἀλλ' ἤδη ἑτέρωθέν ποθεν ἀναφαίνεται ὁ μὴ τῷ ἀλόγῳ τοῦ χρόνου κατακολουθῶν, ἀλλ' ἅτε δὴ τῆς λογιωτέρας ὢν μοίρας καὶ λογικωτέρας ἀντιβαίνειν ὁρμῶν· καὶ τί φατε; πρὸς ἡμᾶς λέγει. Ἆρά γε ὑμῖν δοκεῖ τὴν τῶν Ἰταλῶν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, δύο αἴτια, καὶ ἀρχὰς δύο τοῦ ἑνὸς Πνεύματος ἐπὶ τῆς μακαρίας πρεσβευόντων Τριάδος; Οὔ, νὴ τὴν Τριάδα, ὦ βέλτιστε. Οὕτω γὰρ προεξασφαλίζομαι, ὡς ἂν μηδέν τι καὶ περὶ ἡμῶν ὑποπτευθείη σοι τοιοῦτον. Οὐχ οὕτω φαμὲν τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην προσήκασθαι. Ἔκπτωσιν γὰρ τῆς μακαρίας Τριάδος κατὰ παντὸς ἐπαρώμεθα τοῦ θελήσοντος τοιούτων ἀνδρῶν εἰρήνην προσήκασθαι, δύο ἀρχὰς ἐπὶ τῆς ὁμοουσίου λεγόντων Τριάδος. Ἐκείνων γὰρ ταῦτα, οἱ πρὸ τὸ

τῆς ἀληθείας ἅπαξ μύσαντες φῶς, τῷ τῆς ἑαυτῶν κακίας ἐπορεύθησαν σκότει. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τὸ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδοθὲν ἡμῖν ἀναγινώσκοντες Σύμβολον, οὕτω διαῤῥήδην βοῶμεν· « Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. » Καὶ οὕτω τοῦτο ἀναγινώσκομεν, καὶ οὕτω τοῦτο ἀναγνωσόμεθα μέχρι τελευτίας ἀναπνοῆς, καὶ οὕτω φρονοῦντες τῇ Τριάδι παραστησόμεθα. Ἰταλοὶ δὲ προστιθέντες τῇ ἀναγνώσει τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, οὐχὶ δύο φασὶ τοῦ ἑνὸς Πνεύματος αἴτια, διὰ τὸ κατ' οὐδένα τρόπον τῆς δυαρχίας ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀρχαίων αἱρετικῶν, τοὺς περὶ Μανιχαῖόν φημι καὶ Μαρκίωνα, δυαρχίαν πρεσβεύσαντες ἀρχὴν ἀγαθοῦ, καὶ ἀρχὴν ἑτέραν κακοῦ ἐδόξασαν· οἱ δὲ περὶ Εὐνόμιον μετ' ἐκείνους ἅπαντες, ὥσπερ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐδογμάτισαν. Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία, πάντων τούτων καθάπαξ ὀλιγωρήσασα ὡς γέλωτος καὶ χλεύης ἀξίων, ἐν τοῖς ὅροις τῆς εὐσεβείας ἀσαλεύτως καὶ ἀπεριτρέπτως μεμένηκεν, οὔτε ἀρχὴν ἀγαθοῦ καὶ ἀρχὴν ἑτέραν κακοῦ δογματίσασα πώποτε, οὔτε τοῖς περὶ τὸν Εὐνόμιον προστεθεῖσά ποτε, ὡς εἰπεῖν τολμῆσαι τὸν μὲν Πατέρα ἀρχὴν τοῦ Υἱοῦ μόνου, τὸν δὲ Υἱὸν μόνον ἀρχὴν ἑτέραν τοῦ Πνεύματος, κἀντεῦθεν ἀναφανῆναι δύο δοξάζειν ἀρχάς.

vocibus hisce *procedere*, *progredi*, *effundi*, (namque una omnes essentialiter esse ex Deo Spiritum notant) juniores theologi, et, ut sibi videntur, Patribus dogmatistæ securiores, ex se ipsis differentias confingunt; et fictis hisce differentiis cum Romana Ecclesia contendente, ex Patre et Filio dici Spiritum, quod opinatur, nullum discrimen esse, sive dicas, ex Patre et Filio Spiritum sanctum progredi, sive ex Patre et Filio effundi, et provenire sive ex Patre et Filio illum procedere, cum voces hæ universæ, essentialiter esse Spiritum ex Deo et Patre significent, reconciliationem respuunt. Et unum hoc potissimam dissidii causam statuentes, duas scilicet causas esse Patrem et Filium, si quis ex Patre et Filio dicat Spiritum sanctum procedere, omnibus reliquis sententiam hanc oppugnantes aures substringunt. Itali si quidem non tantum illius, procedere, et progredi, provenire et effundi indifferens quantum ad sententiam, ad significandum, essentialiter esse Spiritum ex Deo, respondentes proponunt, se nempe non duas Spiritus causas asserere, quod apud nos Græcos in confesso sit, duas esse causas Spiritus, dum asseritur ex Patre et Filio Spiritum progredi et provenire. Quinimo et magni Basilii theologicam illam sententiam, in hujus orationis exordio appositam, omnia insinuantem, quæ Filii sunt, ad primam causam Patrem referri, tanquam validum firmamentum propriæ responsionis collocantes, non duas processionis causas dicere contendunt, quod magno Basilio auctore, quidquid a Filio dicitur esse, in primam causam Patrem reducitur. Latini itaque non absque ratione, ita responsionibus comparatis, ecclesiasticam pacem ambiunt : sed sectatores schismatis, ad nullum ex illis, quæ cum ratione proponuntur, animum advertunt. Et tamen divinissimus Athanasius Romanæ Ecclesiæ filios, unam hypostasim asseverantes Patrem et Filium, quod ex essentia Patris Filius esset, et propter unitatem naturæ, et uti pie sentientes complexus, et uti orthodoxos exosculatus est. Quis Jeremias hoc temporis ploraret, et plangeret, non ut ille super turrium et murorum disjectu antiquæ Jerusalem, sed super vastitate atque direptione filiarum nostræ Jerusalem, Ecclesiarum nempe subversione, quas in perditionem rapinamque Agaris nepos exposuit, nullam aliam ob causam quam solum ob hoc Ecclesiarum dissidium. Sed heus tu, qui zelum Athanasii, quod utinam nunquam tibi arrogasses, superas! Athanasius Romanam Ecclesiam, unam hypostasim dicentem, Patrem et Filium, quod ex essentia Patris Filius est, et propter unam naturam in communionem recipit, et in hanc eamdem Ecclesiam rejicis, ex Patre et Filio asserentem Spiritum procedere, quod teneat nullum discrimen esse, sive dicas ex Patre et Filio cum progredi et provenire sive ex Patre et Filio procedere, propter voces unum idemque significantes, quæ universæ in his communiter innuunt, essentialiter ex Deo

A νοίας καταλλαγὴν τῶν Ἐκκλησιῶν θεοφιλῶς ἀπειργάσατο. Ἐνταῦθα δὲ καὶ μηδεμιᾶς ῥηθείσης διαφορᾶς παρά τινος τῶν Πατέρων εἰς τὴν δήλωσιν τοῦ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ, ἐπὶ ταῖς λέξεσι ταύταις, ταῖς τοῦ *ἐκπορεύεσθαι*, δηλαδὴ, καὶ *προέρχεσθαι*, καὶ *προχεῖσθαι* (κοινῶς γὰρ ἅπασαι) τὸ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν δηλοῦσι τὸ Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ, οἱ νέοι θεολόγοι, καὶ κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀσφαλέστεροι τῶν Πατέρων δογματισταὶ, διαφορὰς ἀφ' ἑαυτῶν ἀναπλάττουσιν· κἀπὶ ταῖς πεπλασμέναις ταύταις διαφοραῖς τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας καταλλαγὴν οὐ προσίενται, διισχυριζόμενοι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα, διὰ τὸ ἡγεῖσθαι μηδὲν διαφέρειν εἰπεῖν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προέρχεσθαι, ἐκ B Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προχεῖσθαι, καὶ προΐεναι, καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, ἅτε τῶν λέξεων τούτων ἁπασῶν δηλουσῶν τὸ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ἀλλ' ἐν τοῦτο αἰτιώτατον τῆς διαστάσεως προβαλλόμενοι, τὸ δύο τοῦ Πνεύματος αἰτίας ἀναφαίνεσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ἐάν τις ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, πρὸς πᾶν ἄλλο τῇ ἐννοίᾳ ταύτῃ διαμαχόμενοι βύουσι τὰ ὦτα. Ἰταλοὶ γὰρ οὐ μόνον τὸ τοῦ ἐκπορεύεσθαι πρὸς τὸ προχεῖσθαι, προΐεναί τε, καὶ προέρχεσθαι ἀδιάφορον, ὅσον ἐπὶ τῇ σημασίᾳ τοῦ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ, εἰς ἀπάντησιν προβάλλονται τοῦ μὴ δύο τὰς αἰτίας δοξάζειν τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι ὁμολογεῖσθαι ἡμῖν δύο εἶναι C τὰς αἰτίας τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προΐεναί τε καὶ προέρχεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου θεολογικὴν ἐκείνην ἔννοιαν, ἥτις ἐν ἀρχαῖς τοῦ παρόντος λόγου διείληπται, τὴν πάντα δηλοῦσαν τὰ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν ἀναφέρεσθαι τὸν Πατέρα, ἐν ἰσχυρῷ τῆς αὐτῶν ἀπολογίας τιθέασιν, μὴ δύο τῆς ἐκπορεύσεως αἴτια λέγειν διενιστάμενοι, διὰ τὸ κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, πᾶν εἴ τι παρὰ τοῦ Υἱοῦ λέγεται εἶναι, εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν ἀναφέρισθαι τὸν Πατέρα. Λατῖνοι μὲν οὖν εὐλόγως οὕτω τὰς ἑαυτῶν ἀπολογίας τιθέμενοι, τὴν Ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην μεταδιώκουσιν· οἱ δὲ τοῦ σχίσματος σπουδασταὶ πρὸς οὐδὲν τῶν οὕτως εὐλόγως προτεινομέ- D νων ἀνέχονται ἐπιστρέφεσθαι. Ὁ δὲ θειότατος Ἀθανάσιος οὗτος τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας υἱοὺς μίαν ὑπόστασιν λέγοντας τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, καὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως, καὶ ὡς εὐσεβεῖς ἠγκαλίσατο, καὶ ὡς ὀρθοδόξους περιεπτύξατο. Ὦ τίς Ἱερεμίας ἔσται καὶ νῦν, καὶ θρηνήσει καὶ κόψεται, οὐχ ὡς ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ καταβολῇ τῶν πυργωμάτων, καὶ τῶν βάρεων τῆς παλαιᾶς Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐπὶ προνομῇ τε καὶ ἁρπαγῇ τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἱερουσαλὴμ θυγατέρων, τῇ καταστροφῇ, φημὶ, τῶν Ἐκκλησιῶν, ἃς εἰς φθορὰν καὶ διάρπαγμα ὁ ἀσεβὴς τῆς Ἄγαρ ἀπόγονος ἔθετο ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ αἰτίῳ, ἀλλ' ἢ ἐπὶ μόνῳ τούτῳ τῷ σχίσματι τῶν Ἐκκλησιῶν; Ἀλλ', ὦ σὺ, ὁ τὸν Ἀθανασίου

ζῆλον, ὡς μὴ ὤφελες, ὑπεραναβὰς, Ἀθανάσιος τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν εἰς κοινωνίαν προσίεται, μίαν ὑπόστασιν λέγουσαν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, καὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως, καὶ σὺ τὴν τοιαύτην ἀποῤῥῆξαι Ἐκκλησίαν, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγουσαν ἐκπορεύεσθαι, διὰ τὸ ἡγεῖσθαι μηδὲν διαφέρειν εἰπεῖν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ αὐτὸ προϊέναι τε καὶ προέρχεσθαι, καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι διὰ τὸ τῶν λέξεων ἰσοδύναμον, ἐφ' οἷς ἅπασαι αὗται δηλοῦσι κοινῶς τὸ οὐσιωδῶς ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν. Ἔτι δὲ διὰ τὸ τῷ μεγάλῳ πείθεσθαι Βασιλείῳ, « πᾶν τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ λεγόμενον εἶναι εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν Πατέρα λέγοντι ἀναφέρεσθαι · » ὅπερ εἰς ἀνατροπὴν μὲν τῆς μοναρχίας δυαρχίας, κατασκευὴν δὲ τῆς δυαρχίας ὁ Ἅγιος οὗτος κατὰ τὸ πάντη πρόδηλον εἴρηκεν. Σὺ δ' ἀλλ' εἰ μὴ τὸν μέγαν διαγινώσκεις Βασίλειον, ἐν οἷς λέγει τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λεγόμενον, πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, κατασκευάζοντα τὴν τῆς δυαρχίας ἀνατροπὴν, καὶ τὴν τῆς μιᾶς ἀρχῆς παρεισάγοντα ἔννοιαν, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπιστήσας οἷς ὁ ἅγιος ἐκεῖ λέγει, εἰς τάχος ἐλεύσῃ πρὸς τὴν τούτων διάγνωσιν. Σκόπει γάρ· ὁ μέγας Βασίλειος, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατ' Εὐνομίου τοῦ Πνευματομάχου μαχόμενος, οὐκ ἀντιλέγει αὐτῷ, ἐφ' οἷς ἀκούει λέγοντος αὐτοῦ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα. Καίτοι γε εἰ μὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ὁ ἅγιος παρεδέχετο, τάχ' ἂν ἐντεῦθεν μᾶλλον ἀπέφραξε στόμα Εὐνομίου τὸ ἀπύλωτον, εἰπεῖν ἔχων· Πῶς ὅλως, Εὐνόμιε, τολμᾷς λέγειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὑπάρχον ἅγιον Πνεῦμα; Ἀλλ' ἀντιλέγει τῷ κακίστῳ καὶ θεομάχῳ, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ ἐδογμάτιζεν ἐκεῖνος εἶναι τὸ Πνεῦμα. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ λέγων· « Πῶς οὖν τὴν τοῦ Πνεύματος αἰτίαν τῷ Μονογενεῖ μόνῳ προστίθησιν; » Ὅτι δὲ δυαρχίας ἔμφασιν εἶχε τὸ παρ' ἑνὸς δογματίζοντος εἶναι, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ μόνου, ἐπάγει ὁ ἅγιος παρευθύς· « Εἰ μὲν οὖν δύο ἀρχὰς ἀντιπαρεξάγων ἀλλήλαις, ταῦτά φησιν, » ὁ Εὐνόμιος δηλονότι, « μετὰ Μανιχαίου καὶ Μαρκίωνος συντριβήσεται· εἰ δὲ μιᾶς ἐξάπτει τὰ ὄντα, τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. » Τί τούτου ἀριδηλότερον εἰς τὸ μίαν ἀρχὴν καὶ μίαν αἰτίαν νοεῖσθαι, ὅταν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγῃ τις εἶναι τὸ Πνεῦμα; Ἐπεὶ ὁ ἅγιος εἰς κατασκευὴν τοῦ μιᾶς ἐξάπτεσθαι τὰ ὄντα αἰτίας, τοῦτο λαμβάνει, τὸ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λεγόμενον.

ιβ'. Ἀλλ' ἐπεί τινες κἀνταῦθα, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς ἄλλοις, ἀναιδῶς οὐκ ὀκνοῦσι τὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου διαβάλλειν λέγοντες, Περὶ τῶν ποιημάτων ταῦτα ἐῤῥέθη, καὶ οὐ περὶ τοῦ Πνεύματος, διὰ τὴν γεγενῆσθαι λέξιν· τὸ γὰρ παρὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενημένον πῶς ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα, ἀποίητον ὂν καὶ ἀγένητον; ἀλλ' αἰσχυνέσθωσαν οὗτοι προδήλως οὕτω τὸν τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρα καὶ διδάσκαλον διαβάλλοντες. Μὴ γὰρ, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον ὁ ἅγιος εἶπε περὶ ποιημάτων εἶναι, αὐτῷ τὸν λόγον διαβαλλέτωσαν. Ἀλλὰ συνιέτωσαν περὶ τοῦ Πνεύματος εἶναι τὸν λόγον ἐκ τῆς περικοπῆς ἁπάσης περὶ οὐδενὸς ἑτέρου γεγενημένης, ἀλλ' ἢ περὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. Εἰ δὲ τῆς ἐμφαινούσης τὰ ποιήματα λέξεως πανούργως ῥαττόμενοι πρὸς ἐθελόκακον ἀντιλογίαν χωροῦσιν,

A Spiritum esse : prætereaque quod magno Basilio credunt dicenti : « Quidquid ex Filio dicitur esse, in primam causam Patrem reducitur, » quod ad duo principia evertenda, unumque stabiliendum sanctus iste, ut plane manifestum est, enuntiavit? Tu porro si magnum non dignoscis Basilium in quibus dicit, quod a Filio esse dicitur, ad primam causam relationem habere, astruentem, duorum principiorum amolitionem, et unius considerationem insinuantem, accurate mentem dictis sancti figens, actutum ad eorum dignotionem perveneris. Attento itaque sis animo. Magnus Basilius pro Spiritu sancto adversus Eunomium Spiritus hostem decertans, non illi contradicit asserenti, ex Filio esse Spiritum, et nihilominus si sanctus B ex Filio esse Spiritum non admitteret, forte inde magis ac magis os effrene Eunomii obturasset, cum posset dicere, Quanam ratione, Eunomi, audes dicere, ex Filio esse Spiritum sanctum, qui ex solo Patre est? Sed pessimo Deique hosti contradicit, quod ille ex solo Filio Spiritum esse statueret. Hoc enim innuit dicens, « Quomodo itaque causam Spiritus Unigenito soli vindicat? Quod autem duo principia apertissime inferret, quod ab Eunomio dicebatur, ex Patre solum Filium esse decernente, et Spiritum ex Filio solum, statim sanctus subdit : « Si itaque duo principia sibi contraria inducens hæc ait, » Eunomius scilicet, « cum Manichæo atque Marcione conteretur; si vero ab una, quæ sunt, appendet, quod a Filio factum asC seritur, ad primam causam relationem habet. » Anne est hoc manifestius, unum principium et causam unam inducens, cum quis ex Filio dicit Spiritum esse? Cum sanctus ad stabiliendum illud, quæ sunt, ex uno dependere principio, illud assumat, ad primam causam relationem habere, quod a Filio esse dicitur. Εὐνομίου λεγόμενον ἐκ τοῦ Πατρὸς, μόνον τὸν Υἱὸν D 12. Verumtamen cum nonnulli hic quoque, quemadmodum et in plerisque allis, impudenter satis præsumunt, magni Basilii verba in crimen adducere, dicentes ea de creaturis et non de Spiritu enuntiata esse, propter Verbum *factum;* quod enim a Filio factum est, quomodo Spiritus fuerit, qui neque factus est, neque productus? Sed dedecore suffundantur hi, qui adeo manifeste lumen Ecclesiæ ac doctorem criminantur. Et quidem, si, quod a Filio factum esse dicitur, sanctus de creaturis enuntiavit, orationem accusent. Sed intelligant de Spiritu sermonem esse cum in textu illo universo nullius allus mentio fiat, nisi de ipsa Spiritus hypostasi. Quod si dictionem, quæ creaturas respicit, malitiose arripientes, ad perditam de industria contradictionem veniunt, intelligant Eu-

nomii intentioni sanctum respondentem, dictionem illam usurpasse, quasi diceret : Etiam si creatura Filii esset Spiritus, ut tu inquis, Eunomi, non soli Unigenito causa illius appingenda esset, quod nulla operatio Filii est a Patre abscissa, et quod a Filio fieri dicitur, ad primam causam relationem habet. Et hæc quidem, quod amplissima sit Basilii auctoritas, hunc in modum, quæ ad causam Spiritus attinent, explanantis, abunde dicta esse videntur, ad stabiliendum, non intelligi duas causas Patrem et Filium Spiritus, cum quis ex Patre et Filio Spiritum sanctum esse affirmat.

13. Cum vero pro responsione Italorum oratio proponat dictionis *procedere* compares vires cum illis, *provenire* et *progredi*, digerantur hic a me dicta sanctorum, quibus innotescat, non tantum processionis nomen, sed et alias quasdam dictiones apertissime, et sine ullo velamine de ipsa ex Patre essentiali Spiritus exsistentia assumi. Statim enim magnus Basilius in secundo ad Amphilochium capite inter alias multas dictiones, quibus Spiritus cum Patre et Filio communionem exponit, hæc quoque addit: « Neque hinc solum naturalis communionis demonstratio, sed etiam quod ex Deo esse dicitur, non ut omnia ex Deo, sed veluti ex Patre, egressus, non genitus ut Filius, sed ut Spiritus oris ejus. Hisce familiaritas et connexio aperitur, sed modus exsistentiæ silentio involvitur. » Eritque ne mortalium cuiquam obscurum, in hisce dictionem, « egredi Spiritum ex Deo non genitum ut Filium, sed ut Spiritum oris ejus, » ex Patre essentialem, et naturalem ipsius exsistentiam connotari? Magnus et admirandorum effector Gregorius Neocæsariensis episcopus oratione, cujus principium, « Inimicissimi et alieni ab apostolica confessione sunt, qui Filium ex iis, quæ non exstant, asserunt, *inquit* : Domini Pater principium est, ab æterno eum generans, et Dominus est prototypus Spiritus. » Et post pauca ibidem: « Ingenitus cum sit Pater, genitus vero ex Patre Filius, et Spiritus ex essentia Patris per Filium sempiterne emissus. » Quis in dubium verterit, *emissus* hoc in loco, non tantæ esse virtutis, ad essentialem Spiritus exsistentiam commonstrandam, quantam haberet, si appositum fuisset, *procedens*? Theologus Gregorius nonnullis suarum scriptionum locis, « Audis generationem? modum ne curiosius investigato. Audis Spiritum ex Patre progredi? rationem ne anxie inquirito. Quod si Filii generationem et Spiritus progressum sollicitus exterebras, ego quoque a te pervestigabo animæ et corporis mistionem. » Quis hic audiens, Spiritum *progredi* a Patre, aliud dictionem notare existimabit, quam illud idem, si loco illius substitutum fuisset, *procedere*, ipsam scilicet ex Patre essentialem et naturalem Spiritus exsistentiam? Idem oratione ad Hieronem philosophum ait: « Quin pietatis nostræ

ἀλλ' ἀκουέτωσαν ὡς πρὸς τὴν Εὐνομίου ἔννοιαν ὁ ἅγιος ἁπάντων, τὴν λέξιν εἰρηκε ταύτην, οἱονεὶ λέγων ὡς, Εἰ καὶ ποίημα ἦν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, Εὐνόμιε, κατὰ σὲ, ἀλλ' οὐχὶ μόνῳ τῷ Μονογενεῖ ἔδει προστιθέναι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, διὰ τὸ μηδεμίαν ἐνέργειαν τοῦ Υἱοῦ ἀποτετμημένην τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ διὰ τὸ πᾶν, τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον, πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν. Καὶ ταῦτα μὲν διὰ τὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἀξιόπιστον, οὕτω τὰ περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος αἰτίας ἐξηγουμένου, ἀρκούντως μὲν δοκεῖ ἔχειν εἰς παράστασιν τοῦ μὴ δύο αἰτίας νοεῖσθαι τοῦ Πνεύματος τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ὅταν τις ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

ιγ'. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἀπολογίαν τῶν Ἰταλῶν ὁ λόγος προβάλλεται τὸ τῆς *ἐκπορεύεσθαι* λέξεως ἰσοδύναμον πρὸς τὸ *προϊέναι* τε καὶ *προέρχεσθαι*, καταστρωθήτω μοι ὧδε καὶ τὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ, ἐξ ὧν μοι διαγινώσκειν ἐγγίνεται ὡς οὐχὶ μόνον τὸ τῆς ἐκπορεύσεως ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι τινὲς λέξεις λαμπρῶς καὶ ἀνεπισκιάστως ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιώδους τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως ἐκλαμβάνονται. Αὐτίκα γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων, μετὰ τὸ ἐν ἄλλαις πολλαῖς λέξεσι παρατίθησι τὴν τοῦ Πνεύματος κοινωνίαν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ ταῦτά φησιν· « Καὶ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον τῆς κατὰ τὴν φύσιν κοινωνίας; ἡ ἀπόδειξις, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθὸν, οὐ γεννητῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὡς Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ· τῆς μὲν οἰκειότητος δηλουμένης ἐνταῦθα, τοῦ δὲ τρόπου τῆς ὑπάρξεως ἀῤῥήτου φυλασσομένου. Τίνι τῶν πάντων ἄδηλον ὡς ἐνταῦθα ἡ λέξις ἡ τοῦ « *προελθεῖν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐ γεννητῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὡς Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ*, » αὐτὴν τὴν ἐκ Πατρὸς οὐσιώδη καὶ φυσικὴν δηλοῖ αὐτοῦ ὕπαρξιν; Ὁ μέγας καὶ Θαυματουργὸς Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Ἐχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας οἱ τὸν Υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες, » φησὶν ὅτι, « Τοῦ Κυρίου ὁ Πατὴρ ἀρχὴ, ἀϊδίως αὐτὸν γεννήσας, καὶ πρωτότυπος τοῦ Πνεύματος ὁ Κύριος. » Καὶ μετά τινα ἐν τῷ αὐτῷ· « Ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ Πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς, τοῦ τε Πνεύματος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἀϊδίως ἐκπεμφθέντος. » Τίς ἀμφιβαλεῖ ὅτι τὸ *ἐκπεμφθέντος* ἐνταῦθα τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει εἰς τὴν τῆς οὐσιώδους ὑπάρξεως τοῦ Πνεύματος δήλωσιν, ὅσην ἂν εἶχεν εἰ καὶ τὸ *ἐκπορευθέντος* ἔκειτο; Ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἔν τισι τῶν αὐτοῦ οὕτως ἔφη· « Ἀκούεις γέννησιν; τὸ πῶς μὴ περιεργάζου. Ἀκούεις ὅτι Πνεῦμα προῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρός; τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει. Εἰ δὲ πολυπραγμονεῖς Υἱοῦ γέννησιν, καὶ Πνεύματος πρόοδον, κἀγώ σου πολυπραγμονῶ τὸ κρᾶμα ψυχῆς καὶ σώματος. Τί; ἀκούων ἐνταῦθα προῆλθε τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἄλλο τι δηλοῦν τὴν λέξιν οἰήσεται, ἢ ἐκεῖνο ὅπερ ἂν εἰ καὶ τὸ ἐκπορευόμενον ἔκειτο, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν ἐκ Πατρὸς

οὐσιώδη καὶ φυσικὴν τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν; » Ὁ αὐτὸς αὖθις ἐν τῷ πρὸς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφόν φησιν· « Ὁρίζου δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων ἕνα μὲν εἰδέναι Θεὸν ἀγέννητον τὸν Πατέρα, ἕνα δὲ γεννητὸν τὸν Υἱὸν, ἕνα δὲ Πνεῦμα ἅγιον προελθὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἢ καὶ προϊόν. » Τίς ἐνταῦθα τῆς ἀναφαινομένης ἐντεῦθεν διανοίας καταυθεντήσει, ὡς εἰπεῖν ἄλλο τι σημαίνειν *προελθὸν ἢ προϊὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς*, εἰ μὴ τοῦτ' ἐκεῖνο, ὃ καὶ σημᾶναι ἐμελλεν, εἰ *τὸ ἐκπορευόμενον* ἔκειτο; Ὁ αὐτὸς ἐν ἄλλοις φησίν. « Ἴδιον δὲ Πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, Υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, Πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις. » Τί σοι ἄλλο ἐνταῦθα ἡ ἔκπεμψις δηλοῦν βούλεται ἀλλ' ἢ ὅπερ ἡ ἐκπόρευσις.

A doctrinam præscribe, sic nos instituens, ut unum Deum ingenitum agnoscamus Patrem, unum item genitum Filium, unum denique Spiritum sanctum provenientem ex Patre aut prodeuntem. » Quis hic ex his verbis erutam sententiam in alium sensum detorquebit, ut dicat, aliud innuere, « progredi, et prodire ex Patre, » quam illud ipsum, quod appositum *procedere* significaret? Idem in aliis dicit, « Proprium Patris est, non esse genitum, Filii generatio, Spiritus emissio. » Aliudne hic sibi *emissio* notabit, aliud *processio*?

ιδ'. Ἀλλ' ἐπεὶ τὴν δήλωσιν τῆς ἐκ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος οὐσιώδους ὑπάρξεως, μὴ ἐκ μιᾶς μόνης λέξεως, τῆς ἐκπορεύσεως δηλαδὴ, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων τῶν ῥηθεισῶν κατὰ τὸ πάντη βέβαιον παρεστήσαμεν, τοὺς ἐντευξομένους ἡμᾶς τῷ παρόντι συγγράμματι ἀξιοῦμεν τὴν τῶν ῥηθεισῶν τούτων γραφικῶν ῥήσεων διάνοιαν πρὸς εὐθύτητα ἐκδέξασθαι ἀπαρέγκλιτον, καὶ μὴ πρός ἔριν τινὰ κατὰ πολλοὺς τῶν πρὸ ἡμῶν, οἵπερ, ὡς καλόν τι χρῆμα τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν διάστασιν ἐπισπεύδοντες, τὴν ἐκπόρευσιν μόνην τὴν οὐσιώδη τοῦ Πνεύματος δηλοῦν ἔλεγον ὕπαρξιν, τὰς δ' ἄλλας τῶν λέξεων εἰς δήλωσιν τῆς διανοίας τῶν χαρισμάτων παραλαμβάνεσθαι. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ἵνα μὴ ἐν τῷ παρὰ ταῖς γραφαῖς τῶν ἁγίων εὑρίσκεσθαι τὸ Πνεῦμα προϊὸν, καὶ ἐξ Υἱοῦ προερχόμενόν τε καὶ ἐκπεμπόμενον, νοηθείη οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτὸ καὶ ἐξ Υἱοῦ, κἀντεῦθεν ὥσπερ τις ἐπιγένηται πάροδος εἰς ἀφορμὰς εἰρήνης τοῖς ἐφιεμένοις τὸ τῆς Ἐκκλησίας συνάψαι διερρωγὸς, διαφορὰς τῶν λέξεων οὐκ ἐν ἀληθέσι καὶ οἷς ἔδει νοήμασιν, ἀλλ' ἐν σεσοφισμένοις καὶ οἷς οὐκ ἔδει ἀνέπλαττον. Ἐφ' οἷς προφανῶς τοῖς θεολογήσασι τὰ νῦν ῥηθέντα Πατράσιν ἀντέλεγον, ζημίαν ὥσπερ ἡγούμενοι ἀδελφοὺς κτήσασθαι, οὓς αἱ τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων ὑποθῆκαι πρὸς τὴν ἡμῶν συνάγουσιν ἀδελφότητα, ἐν οἷς ὑποτίθενται τὰς ἐν λέξεσι διαφορὰς παρορᾶσθαι ἡμῖν, ὁπηνίκα εἴη κατὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ ὁμοφροσύνην συμβαίνειν τοὺς ἀδελφούς. Ὑμεῖς δὲ, οὓς ἀξιῶσαι ὁ λόγος ἡμῶν εἴρθη, τὴν τῶν ῥηθεισῶν γραφικῶν ῥήσεων διάνοιαν πρὸς εὐθύτητα δέξασθαι ἀπαρέγκλιτον, κατανοήσαντες, ὅπως μὲν τὸ *προιέναι*, *προέρχεσθαί* τε, καὶ *ἐκπέμπεσθαι* εἰς τὴν τοῦ *ἐκπορεύεσθαι* λαμβάνονται δύναμιν, λεγόμενα ἐπὶ τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρὸς, ὅπως δὲ αὐτὰ ταῦτα, τὸ *προιέναι* δηλαδὴ, *προέρχεσθαι*, καὶ *ἐκπέμπεσθαι* εὑρίσκονται παρὰ ταῖς Γραφαῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος καὶ ἐξ Υἱοῦ ψηφίσασθε ἀῤῥεπῶς, εἴγε τι τῆς τῶν διδασκάλων ἡμῶν ὑποθήκης ἀνάξιον ἐγεγόνει παρὰ τῶν τὴν εἰρήνην τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀσπασαμένων, ἐκπορεύεσθαι λεγούσης τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἀπολογουμένης μὴ δύο νοεῖν αἴτια τοῦ Πνεύματος, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, διὰ τὸ τῷ μεγάλῳ πείθεσθαι Βασιλείῳ, « Πᾶν τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λεγόμενον εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν Πατέρα, λέγοντι, ἀναφέρεσθαι. » Εὔδηλον γὰρ ὡς

B 14. Sed enim cum manifestationem Spiritus ex Patre essentialis exsistentiæ, non una sola voce *processionis*, sed aliis jam adductis significari, veluti certum atque indubitatum probavimus, eos, qui hæc nostra commentaria legent, oramus, allatarum scriptoque traditarum auctoritatum sententiam recta mente sinceraque, et minime contentiosa suscipere, ut plerique nostri progenitores, qui tanquam rem eximiam Ecclesiarum dissensionem procurantes, processionem tantummodo essentialem Spiritus exsistentiam significare tradebant, reliquas alias dictiones ad distributionem donorum denotandam assumptas fuisse. Illi quippe, ne, cum in scriptis sanctorum reperiatur Spiritus proveniens, et ex Filio progrediens, et emissus, C intelligeretur, essentialiter ipsum exsistere et ex Filio, indeque via straretur quædam ad pacem ineundam peroptantibus Ecclesiæ abscissa copulare, differentias dictionum non in veris, et decentibus sententiis, sed callidis et captiosis, et indecentibus confingebant. Quibus aperte Patribus, qui res theologice pertractatas, et jam adductas vulgaverant, contradicebant, detrimenti loco habentes, fratres lucrari, quos doctorum Ecclesiæ monita ad nostram societatem accersunt: dum admonent, differentias in vocibus esse a nobis negligendas, cum secundum sententiam in unum fratres conveniunt. Vos porro, quos supra oratio rogavit, ut recta mente sinceraque dictarum auctoritatum, nobisque in scripto traditarum sententiam accipiatis, percepto, « *progredi*, *provenire*, et *emitti* » D de Spiritu ex Patre asserta, eamdem vim habere atque *procedere*: et hæc eadem, *progredi* nempe, *provenire* et *emitti* in scriptis reperiri de eodem Spiritu ex Filio, sententiam ferte neutram in partem propensi, an aliquid vestrorum doctorum monitis indignum peractum est ab iis, qui Romanæ Ecclesiæ pacem complexi sunt, procedere asseverantis Spiritum ex Patre et Filio, et respondentis non probare duas Spiritus causas, Patrem et Filium; quod fidem adhibeat magno Basilio tradenti, « Quidquid a Filio esse dicitur, ad primam causam Patrem referri. » Clarum etenim est, si dicens ex Patre et Filio illum procedere, duas Spiritus causas dicit Patrem et Filium, dicentem etiam ex Patre et Filio provenire, progredi, aut emitti illum,

ex duabus causis illum et progredi, et provenire, et emitti dicere. Sed nemo, dummodo pietatem in pectore gerit, ex duabus causis aut provenire, aut progredi, aut emitti dicet. Et quidem a Romanis in fidei Symbolo dictionis additionem, cum jam facta sit, non bene factam esse dixero? bonum haud dicendum est, quidquid fratribus dissidium affert. Mihi quoque tecum hæc dicenti convenit. Verumtamen cum dictionis hujusce additio suo sensu pietatem nobis traditam nullatenus vulneret, (neque enim unum essentiæ, neque trinum hypostaseon lædit), fratribus veniam do, et dictionis additionem præteriens, consentientem sententiam arripio, discipulusque efficior eorum doctorum, qui in dictionibus discordantias negligentes, ob consensionem sententiæ pacem amplectebantur.

15. Sat scio te rursum contradictionibus studentem, ingerere, et quomodo proprietatem confusionem non introducet, qui asserit, procedere Spiritum et ex Filio? Ego tibi scripto traditis auctoritatibus, Triadis propriissimas proprietates tria hæc nomina esse, (Patrem, Filium, et Spiritum commonstrans, tuam hanc contradictionem convellam. Etenim si vera proprietas Spiritus, hoc ipsum est, non esse eum Patrem, neque Filium, sed tantummodo Spiritum, et Spiritum Patris et Filii, poteris hinc accurate dignoscere, ea ratione quâ Spiritus Patris, et Spiritus Filii sanctus Spiritus dicitur, et hypostaseon proprietates non confunduntur, eadem cum a nobis ex Patre procedere dicitur, et a Romanis ex Patre et Filio, inconfusum proprietatum conservari. At quænam sunt hujusce proprietatis scripta testimonia? Nyssenus, secunda adversus Eunomium oratione : « Hypostaseon, ait, proprietas apertam et inconfusam efficit personarum distinctionem, Patris, inquam, et Filii, et Spiritus sancti : his enim compellationibus non naturarum discrimen edocemur, sed solas hypostaseon exploratas proprietates. Chrysostomus in uno suorum sermonum hæc inquit : « Proprietatem enim cum dixero, Patrem Patrem intelligito, et Filium Filium, et Spiritum sanctum Spiritum sanctum. Hæ enim proprietates non convertuntur. Nam non potest Pater Filius esse, aut Filius Pater, aut Spiritus sanctus Pater, aut Filius. » Et abbas Theodorus philosophus, « Hæc tria nihilo inter sese discordant, nisi solummodo proprietate, hunc scilicet esse Patrem, hunc Filium, illum Spiritum sanctum. »

16. Visne et aliud nunc in examen proponere? Ait, *effundi*, *progredi*, *emanare*, et similia, etsi in nonnullis locis reperiuntur de Spiritu asserta ex Patre, essentialem indicant et naturalem illius ex Patre exsistentiam : non æque vero, cum ea dicuntur ex Filio, inferunt, naturaliter et essentialiter Spiritum esse ex Filio, sed ex eo spiritalium mu-

A ἐὰν ὁ λέγων ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δύο τοῦ Πνεύματος αἴτια λέγῃ, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, καὶ ὁ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ προέρχεσθαι, ἢ προϊέναι, ἢ ἐκπέμπεσθαι λέγων αὐτὸ, ἐκ δύο αἰτίων καὶ προϊέναι, καὶ προέρχεσθαι, καὶ ἐκπέμπεσθαι λέγει αὐτό. Ἀλλὰ μὴν οὐδεὶς, βουλόμενος εὐσεβεῖν ὡς ἐκ δύο αἰτίων ἢ προϊέναι, ἢ προέρχεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐρεῖ. Καὶ ὅτι μὲν ἡ παρὰ τῶν Ῥωμαίων γεγονυῖα ἐπὶ τῷ τῆς πίστεως Συμβόλῳ προσθήκη τῆς λέξεως, ὅτι καὶ ὅλως γέγονεν, οὐ καλῶς γέγονεν εἶπω; καλὸν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν πᾶν τὸ διάστασιν τοῖς ἀδελφοῖς προξενοῦν· σύμφημί σοι τῷ λέγοντι καὶ αὐτός· ὅτι δὲ ἡ τῆς λέξεων ταύτης προσθήκη οὐδέν τι παρατιτρώσκει πρὸς ἔννοιαν τὴν ἡμῖν παραδοθεῖσαν εὐσέβειαν· οὔτε γὰρ τὸ μοναδικὸν

B τῆς οὐσίας λυμαίνεται οὔτε τὸ τῶν ὑποστάσεων τριαδικόν· συγγινώσκω τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ προσθήκην λέξεως παρατρέχων, τὸ σύμφωνον τῆς ἐννοίας ἁρπάζω, καὶ μαθητὴς διδασκάλων ἐκείνων, οἳ τὸ ἐν λέξεσι παρορῶντες ἀσύμφωνον τὴν ἐπὶ τῷ συμφώνῳ ἐννοίας εἰρήνην ἠσπάζοντο.

ιε'. Οἶδα ὅτι πάλιν βουλόμενός ἀντιλέγειν μοι, καὶ πῶς, φήσεις, οὐ σύγχυσις τῶν ἰδιοτήτων ἔσται τὸ λέγειν ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ; Ἐγὼ δέ σοι διὰ γραφικῶν παραστήσας μαρτυριῶν ὡς αἱ τῆς Τριάδος κυρίως ἰδιότητες τὰ τρία ταῦτα ὀνόματά εἰσι, τὸ Πατὴρ, Υἱός τε, καὶ Πνεῦμα, τὴν σὴν ταύτην ἀντίρρησιν ἀποτρέψομαι· εἰ γὰρ ἡ κυρίως ἰδιότης τοῦ Πνεύματος αὐτὸ τοῦτό ἐστι, τὸ μήτε Πατέρα εἶναι αὐτὸ, μήτε Υἱόν, ἀλλὰ μόνον Πνεῦμα, καὶ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἔχεις ἐντεῦθεν ἀκριβῶς διαγνῶναι ὅτι, ὥσπερ Πνεῦμα Πατρὸς,

C καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ τὸ ἅγιον λέγεται Πνεῦμα, καὶ αἱ τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητες οὐ συγκέχυνται, οὕτω καὶ ὅταν καθ' ἡμᾶς μὲν ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγηται, κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίους ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τὸ ἀσύγχυτον τῶν ἰδιοτήτων τετήρηται. Τίνες δὲ αἱ γραφικαὶ τῆς τοιαύτης ἰδιότητος μαρτυρίαι; Ὁ Νύσσης ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου δευτέρῳ λόγῳ αὐτοῦ, « Ἡ τῶν ὑποστάσεων, » φησὶν, « ἰδιότης τρανὴν καὶ ἀσύγχυτον ποιεῖται τὴν τῶν προσώπων διαστολὴν, Πατρὸς λέγω καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ γὰρ τῶν κλήσεων τούτων οὐ φύσεων διαφορὰν διδασκόμεθα, ἀλλὰ μόνας τὰς τῶν ὑποστάσεων γνωριστικὰς ἰδιότητας. » Ὁ Χρυσόστομος ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων οὕτω φησὶν· « Ἰδιότητα γὰρ ὅταν εἴπω,

D τὸν Πατέρα Πατέρα νόησον, τὸν Υἱὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον. Αὗται γὰρ αἱ ἰδιότητες οὐκ ἀντιστρέφονται· οὐ δύναται γὰρ ὁ Πατὴρ Υἱὸς εἶναι, ἢ ὁ Υἱὸς Πατὴρ, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι Πατὴρ, ἢ Υἱός. » Καὶ ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ φιλόσοφος, « Ταῦτα, φησὶ, τὰ τρία οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν εἰ μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα, καὶ τὸ τὸν μὲν εἶναι Πατέρα, τὸν δὲ Υἱὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα. »

ις'. Τί βούλει ἀπάρτι καὶ ἕτερον προσθεῖναι εἰς σκέψιν; ὅτι, φησὶ, τὸ *προχεῖσθαι*, *προϊέναι*, καὶ *ἀναβλύζειν*, καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰ καὶ ἔστιν οὗ λεγόμενα περὶ τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρὸς, οὐσιωδῶς δηλοῦσι καὶ φυσικῶς, ὑπάρχειν αὐτὸ ἐκ Πατρός· ἀλλ' οὐκ ἐπὰν λέγωνται ταῦτα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, δηλοῦσι τὸ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα καὶ

ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων διανομήν. Ἀλλ', ὦ ἀγαπητέ, πρῶτα μὲν τίς τῶν ἁγίων εἴρηκε τοῦτο; Ἐρωτῶντί μοι ἀποκρίθητι. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐκλαμβάνειν τὰ πρὸς τὸν λόγον τοῦ δόγματος συμβαλλόμενα ἑκάστῳ ἐφεῖται, ἀλλ' ὡς οἱ θεολόγοι τῶν Πατέρων παρέδοσαν· καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς ἐστι καὶ ὀλίγην ἔχων διαφοράν, εἴγε τὸ μὲν ἐκ Πατρὸς προχεῖσθαι τὸ Πνεῦμα καὶ προϊέναι καὶ ἀναβλύζειν εἰς ἄλλην τινὰ παραλαμβάνονται ἔννοιαν. Εἴπερ γάρ τις ἦν ἐν τούτοις διαφορά, πῶς ἂν καὶ ἀπεσιωπήθη παρὰ τῶν τὴν ἀκρίβειαν ἐπισκεψαμένων, μή τοί γε εἰς αὐτά, ἅπερ εἰς αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ὁρῶσι τοῦ δόγματος, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄλλα πολλῷ τούτων μετριώτερα ἐν τῷ παροράσθαι βλάπτειν δοκοῦντα; Πρῶτα μὲν οὖν ἐρωτῶντί μοι ἀποκρίθητι, εἰ τοιοῦτον ἔχεις εἰπεῖν· ἔπειτα δὲ ὑποτιθεμένῳ πείσθητι ἐν ταῖς δογματικαῖς λέξεσιν, ἐφ' ὧν οἱ Πατέρες διαφορὰν οὐ δεδώκασι, μὴ οὕτως ἀπερισκέπτως ἐξ ἑαυτοῦ διδόναι διαφοράν. Ὅτι δὲ καὶ οὐκ εὔστοχος ἡ τῆς τοιαύτης ἐπίνοια διαφορᾶς, γνωσθήσεταί σοι ἀπροσπαθῶς ἐπιόντι, ἅπερ νῦν γραφικὰ ἐκθήσομαί σοι ῥητά, ἃ καὶ ἔχουσιν οὕτως· Ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, ἐν οἷς εἶπον οἱ Πατέρες πρὸς τὸν Φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου, ὧν ῥητῶν ἡ ἀρχή, « Κἀκεῖνο δὲ νοητέον, ὦ φίλε, λοιπὸν τῆς ἀληθείας Φιλόσοφε, εὕρηται. Τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ Πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον; » Τί σοι ἐνταῦθα τὸ, « ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀναβλύζειν, » δοκεῖ; οὐσιωδῶς δοκεῖ ἀναβλύζειν, ἢ ἀνουσίως; Οὐκ οἶδα τίς τολμήσει ἀνουσίως ἐρεῖν· εἰ δὲ ἐνουσίως, καὶ ἐνυποστάτως, πάντως. Τὸ δὲ οὐσιωδῶς καὶ ἐνυποστάτως ἀναβλύζειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ τί ἂν ἄλλο ἔσται ἢ τὸ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν ἐξ αὐτοῦ; Εἰ δὲ καὶ μαρτυρίας δεῖ σοί τινος, ὅπως ἡ τοῦ Πνεύματος ἀνάβλυσις, εἴτουν ὁ πηγασμὸς οὐσιώδης ἐστὶ καὶ ἐνυπόστατος, ἡ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἀναγνωσθήτω σοι ῥῆσις, ἣν ἐν τῷ περὶ Πνεύματος λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή, « Ἐνθυμηθῶμεν, πᾶσα ψυχὴ ζητοῦσα περὶ τῶν θείων, » φησί. Τὰ γὰρ ἐκεῖ οὕτω δηλοῦσι τὸν τοῦ Πνεύματος πηγασμόν. « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ ἐπίκτητον ἔχον ἐστὶν, ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχον ὡς Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὸς, αἴτιον αὐτὸν ἔχον, ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ, κἀκεῖθεν πηγάζον, πηγὴ δὲ αὐτὸ τῶν προειρημένων ἀγαθῶν· ἀλλ' αὐτὸ μὲν ἐκ Θεοῦ πηγάζον ἐνυπόστατόν ἐστι· τὰ δὲ ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα ἐνέργειαι αὐτοῦ εἰσιν. » Ὁρᾷς ὅπως ὁ τοῦ Πνεύματος πηγασμὸς ἐνυπόστατος εἴρηται; Καὶ ὅτι μὲν ἐνυπόστατος ὁ τοῦ Πνεύματος πηγασμὸς, εἴτε ἀνάβλυσις (οὐδὲν γὰρ διοίσει πηγασμὸν εἰπεῖν καὶ ἀνάβλυσιν), ἐκ τῆς οὕτως ἀξιολόγου γραφικῆς μαρτυρίας συνίσταται. Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος ἐναργῶς, Ὁ φιλῶν Πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος, » φησίν· « Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ Πνεῦμα

[a] Matth. x, 37.

nerum distributionem. Dic sodes, quis ex Patribus id asseruit? Interroganti mihi responde: neque enim simpliciter ea, quæ ad rationem dogmatis conferunt, assumere cuicunque, ut allubescit, conceditur, sed ut theologi Patres tradiderunt. Et hoc neque simpliciter prolatum est neque exiguum continet discrimen, si ex Patre effundi Spiritum, et provenire, et emanare, ex ipso, esse essentialiter Spiritum significant manifesto, ex Filio vero effundi, et provenire, et emanare in aliam quamdam sententiam trahas. Etenim si quæ erat in his differentia, quomodo silentio involuta est ab iis, qui quam exactissime examinarunt, non tantum ea, quæ summam dogmatis respiciunt, sed et alia multo his minutiora, quæ utcunque neglecta' lædere negotium videbantur? Primum itaque respondeto mihi quærenti, si quid simile tibi suppetit dicendum: postea suadenti monentique credito, in dogmaticis dictionibus, de quibus Patres discrimen nullum tradiderunt, non esse adeo temere et sine examine a temetipso discrimen tradendum. Hujus vero discriminis commentum præter rem esse cognoscetur a te, dummodo affertu vacuus percurreris, quæ in medium afferam dicta, et ita se habent. In actis Nicænæ primæ synodi, quibus Patres philosopho per Leontium episcopum responderunt, dictorum principium est, «Illud etiam, amice philosophe, considerandum est, quod superest, hujus veritatis.» In illis, inquam, reperitur, «Spiritus sanctus procedens quidem ex Patre, proprius vero Filii, et ex ipso exsiliens.» Quid tibi hoc in loco illud, « ex Filio exsilire, » videtur? essentialiterne videtur exsilire, vel sine essentia? Nescio an aliquis tantum ausus fuerit, ut absque essentia dicat. Quod si cum essentia, utique et in hypostasi, cum quod essentialiter, omnino et in hypostasi emanat. Essentialiter vero et in hypostasi exsilire ex Filio, quid aliud fuerit, quam essentialiter esse ex ipso? Quod si testimonio indiges, quomodo Spiritus emanatio, sive effluxus essentialis est, et in hypostasi, percurre magni Basilii dictum, quod ille oratione de Spiritu, cujus principium est, « Recordemur omnis anima de divinis quærens, » digessit. Quæ enim ibi ponuntur, non alia ratione Spiritus effluxum significant. « Spiritus sanctus nihil in se ipso adscititium habet, sed ab æterno omnia possidet, ut Spiritus Dei, et ex ipso apparens, sui causam eum habens, ut sui ipsius fontem, indeque emanans, fons vero ipse prædictorum bonorum. Sed ipse quidem ex Deo effluens in hypostasi, quæ vero ex eo effluunt, operationes ipsius sunt?» Vides quo pacto Spiritus effluxus enhypostatus dictus est? Et Spiritus in hypostasi effluxus, sive emanatio (nihil enim refert, sive effluxum sive emanationem dixeris), hoc adeo æstimabili scripto testimonio constabilitur. Sanctus Cyrillus, oratione ad Nestorium, cujus principium, « Servatore nostro palam edicente, Qui amat patrem et matrem super me, non est me dignus, » inquit [a]: « Licet sit in hypostasi Spiritus

propria, et jam intelligatur secundum se ipsum, qua Spiritus est, et non Filius, verumtamen non est alienus ab eo; Spiritus enim veritatis appellatus est, et est Christus veritas, et effunditur ab ipso eadem, qua et a Patre ratione. » Quid hic ais? Videturne tibi, de essentiali exsistentia Spiritus ex Filio sermonem haberi, cum sanctus dicit, effundi Spiritum a Filio æque atque effunditur ab ipso Patre? an vero de donorum dispensatione? Idem libro secundo Thesaurorum, sermone cujus illa epigraphe est, « Ex essentia Patris et Filii Spiritum sanctum esse, » ait: « Cum itaque Spiritus sanctus ad nos accedens, conformes nos efficit Deo, progreditur vero et ex Patre et Filio, manifestum est illum divinæ essentiæ esse, essentialiter in ipsa et ex ipsa progredientem, quemadmodum nempe ex humano ore flatus excurrens, licet pusillum, nec tantæ dignitatis exemplum sit. Super enim omnia Deus est. » Considera hic quoque quomodo scribat sanctissimus Cyrillus, « Progreditur Spiritus ex Patre et Filio, » et intelligis, essentialiter eum progredi et ex Filio, cum et essentialiter prodeat etiam ex Patre. Et profundi quidem, progredi, et emanare, atque similia essentialem Spiritus ex Patre et Filio exsistentiam denotare, jam dictis, ut puto, testimoniis satis abunde que demonstratum est.

17. Quod vero consideratione dignum duco, id nunc tradam orationi. « Progreditur, dixit sanctus, Spiritus ex Patre et Filio, » et duarum harum hypostaseon Patris et Filii mentionem fecit; tum ne quis per has duas hypostases, duas Spiritus causas inferri suspicaretur, statim subjunxit, « illum divinæ esse essentiæ, essentialiter in ipsa, et ex ipsa provenientem; » in singulari numero efferens, nihil aliud prorsus ostendit, quam, cum ex Patre et Filio diceret Spiritum, non tanquam ex duabus causis eum asserere. Adhuc etiam manifestius rursus demonstravit, non esse duas Spiritus causas, cum ille ex Patre et Filio progeditur, dum subdit, « quemadmodum nempe et ex humano ore flatus excurrens. » Cum enim antea dixisset, « ex Patre et Filio progredi Spiritum, » non adnexuit inductioni, quemadmodum ex humanis oribus, « sed ex humano ore, » numero singulari, et ejusdem unionis speciem exhibens, dum ex Patre et Filio Spiritus progreditur. Hoc idem aliud magni Basilii dictum scriptum tibi confirmabit. Hic namque in uno capite, cujus inscriptio, «Divinam naturam esse Spiritum,» tradit: Spiritus enim cum viventi Verbo in eodum ordine collocatur ad creandum, viva virtus, et natura divina, ineffabilis, ex ineffabili ore exsistens ineffabili modo, et per inflatum in hominem missa, quæ secundum corporeum a Christo typum, ostensum, rursus ab eo per inflatum restituta. Concurrere enim debet cum prima novitate, ea quæ nunc fit innovatio. Et concursum expressit sufflans, idem ille exsistens, qui a principio insufflavit, idemque, per quem Deus

A ἰδικῇ, καὶ δὴ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθ' ὃ Πνεῦμα καὶ οὐχ Υἱὸς, ἀλλ' οὗν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Πατρός. » Τί φῄς ἐνταῦθα περὶ τοῦ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ; Δοκεῖ σοι ποιεῖσθαι τὸν λόγον ὁ ἅγιος, προχεῖσθαι λέγων τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, ἢ περὶ χαρισμάτων διανομῆς; Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Θησαυρῶν, ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, « Ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, » φησίν· « Ὅτε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γινόμενον συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδεικνύει Θεοῦ, πρόεισι δὲ καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐ-
B σίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν· ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τὸ ἐξ ἀνθρωπείου στόματος ἐκτρέχον ἐμφύσημα, εἰ καὶ μικρὸν καὶ οὐκ ἄξιον τοῦ λόγου τὸ ὑπόδειγμα· πάντα γὰρ ὑπερέχει Θεός. » Ὅρα κἀνταῦθα πῶς φησιν ὁ μέγας ἐν ἁγίοις Κύριλλος, « Πρόεισι τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, » καὶ σύνες οὐσιωδῶς αὐτὸ προϊέναι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐπειδήπερ οὐσιωδῶς πρόεισι καὶ ἐκ Πατρός. Ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ *προχεῖσθαι*, καὶ *προΐεναι*, καὶ *ἀναβλύζειν*, καὶ τὰ τοιαῦτα, τὸ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα δηλοῦσιν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, διὰ τῶν ῥηθεισῶν, ὡς οἶμαι, μαρτυριῶν ἱκανῶς ἀποδέδεικται.

ιζ'. Ὃ δέ μοι ἐνταῦθα ἐπιστασίας ἠξίωται, τοῦτο δώσω τῷ λόγῳ. « Πρόεισιν εἶπεν ὁ ἅγιος τὸ Πνεῦμα
C ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, » καὶ δύο τούτων ὑποστάσεων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐμνημόνευσεν· εἶτα μή τις διὰ τὸ δυϊκὸν τῶν ὑποστάσεων ὡς ἐκ δύο αἰτίων εἶναι τὸ Πνεῦμα οἰήσαιτο, ἐπήγαγε παρευθὺς ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊὸν, ἐνικῶς τοῦτο εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο πάντως ἐντεῦθεν ἐμφαίνων, ἢ ὅτι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγει αὐτό. Καὶ ἔτι δὲ ἀριδηλότερον πάλιν ἐνέφηνε μὴ δύο εἶναι τὰς αἰτίας τοῦ Πνεύματος, κατὰ τὸ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προΐέναι αὐτὸ, ἐν τῷ ἐπαγαγεῖν, « Ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τὸ ἐξ ἀνθρωπείου στόματος ἐκτρέχον ἐμφύσημα. » Εἰπὼν γὰρ πρότερον « ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προΐέναι τὸ Πνεῦμα, » οὐ προσέθηκε τῇ ἐπαγωγῇ, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἐξ ἀνθρωπείων στομάτων,
D ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀνθρωπείου στόματος » ἑνικῶς. Τὴν τοιαύτην τῆς ἑνότητος ἔμφασιν, ἐν τῷ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προΐέναι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἑτέρα τις γραφικὴ ῥῆσις τοῦ μεγάλου Βασιλείου βεβαιώσει σοι· οὗτος καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, « Ὅτι θεία φύσις τὸ Πνεῦμα, » φησί· « Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι Λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις, καὶ θεία φύσις, ἄῤῥητος ἐξ ἀῤῥήτου στόματος πεφηνυῖα, ἀῤῥήτως, καὶ κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη, καὶ κατὰ τὸν σωματικῶς ὑπὸ τοῦ Κυρίου δειχθέντα τύπον, αὖθις ὑπ' αὐτοῦ δι' ἐμφυσήσεως ἀποκαθισταμένη (συντρέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατὰ ἀρχὴν καινότητι τὴν νῦν ἀνακαίνισιν) καὶ τὴν συνδρομὴν ἐξετύπωσεν ἐμφυσήσας, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ'

αὐτὸς δι' οὗ Θεὸς δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν, τότε μὲν μετὰ ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχήν. » Ἀλλ' ὅπως μὲν ἡ παροῦσα τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥῆσις τὴν ῥηθεῖσαν τῆς ἑνότητος συνίστησιν ἔμφασιν, ἐροῦμεν ἐν τοῖς ἑξῆς. Νῦν δὲ ἔχεις πάντως, ἀγαπητέ, διαγνῶναι ὑπὸ τοῦ ἀρτίως ἐκτεθέντος ῥητοῦ, ὅπερ ὁ πολὺς οὗτος καὶ μέγας Βασίλειος περὶ τῆς ἐμφυσήσεως εἴρηκεν, ὅπως οἱ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σχίσματος ἀντικαθιστάμενοι τοῖς Ῥωμαίοις ἡμέτεροι ἀδελφοὶ ἐριστικῶς τὰ πολλὰ, καὶ οὐ πρὸς ἀλήθειαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐποιοῦντο ἀντίῤῥησιν· ἤδη γὰρ ὁ μέγας οὗτος, καὶ πολὺς τὴν θεολογίαν Βασίλειος ἐμφυσᾶσθαι λέγει τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Σωτῆρος τοῖς μαθηταῖς, οὐχ ὥστε χάρισμά τι διωρισμένον τούτους λαβεῖν, ὥσπερ οἱ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σχίσματος ἅπαντες ἐξηγήσαντο, ἀλλ' ὥστε ὅλον αὐτὸ τὸ Πνεῦμα σχετικῶς αὐτοῖς ἐνοικῆσαι, ὥσπερ ἐσύστερον καὶ παντὶ πιστεύοντι τὴν τοιαύτην σχετικὴν ἐνοίκησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγγίνεσθαι πιστεύομεν, εἴπερ ἀῤῥήτως καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ὅλην τὴν Τριάδα παντὶ πιστῷ δοξάζομεν ἐνοικεῖν.

ιη'. Εἰ δὲ προσίσταταί πρὸς τοῦτό τισιν ἡ πρὸς τὸ μέλλον ἐπηγγελμένη τοῖς μαθηταῖς τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐν σωματικῷ εἴδει τῶν πυρίνων γλωσσῶν τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, ἡ ἐν Εὐαγγελίοις ἐτελεῖτο παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελία. « Ἔδει γὰρ, » φησὶν ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, « καὶ αὐτὸ φανῆναι σωματικῶς. » Καὶ ὅτι μὴ διωρισμένον τι Πνευματικὸν χάρισμα ἡ τοιαύτη ἐμφύσησις ἦν, ἀλλ' ἡ σχετικὴ ἐνοίκησις ὅλου τοῦ Πνεύματος, σκόπει τὸ τοῦ ῥητοῦ χωρίον, καὶ ἐν τῇ ἐκθέσει αὐτοῦ εὑρήσεις ὅτι λέγει ὁ ἅγιος τὴν ἐμφύσησιν ταύτην ἐκείνου τοῦ Πνεύματος εἶναι, ὅπερ ἐστὶ τῷ ζῶντι Λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, οὗ γὰρ ὃν καὶ χάριν πνευματικὴν ἐρεῖ τις συντεταγμένην εἶναι τῷ Λόγῳ εἰς τὸ δημιουργεῖν· ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς ἐμφυσήσεως λόγος διὰ μέσου μοι παρεισωδιάσθη εἰς ἀπόδειξιν τῶν ἄλλως μὲν τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους παρὰ τῶν θεολόγων Πατέρων ἐξηγηθῆναι, ἄλλως δὲ παρὰ τῶν οὐ καλῶς διατεθέντων ἐσύστερον πρὸς τὴν εἰρήνην τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας.

ιθ'. Ἦν δὲ ὁ τοῦ λόγου εἱρμὸς ἀποδειχθῆναι νῦν ἀπαιτεῖ ἔμφασιν τῆς ἑνότητος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐν τῷ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προϊέναι τὸ Πνεῦμα, καὶ δή μοι αὕτη ῥηθήσεται. Ὁ μέγας Βασίλειος νῦν μὲν τὸ Πνεῦμα τοῦτο θείαν ὀνομάζει φύσιν, ἄῤῥητον, ἐξ ἀῤῥήτου στόματος πεφηνυῖαν, ἓν εἶναι λέγων τὸ στόμα, ἐξ οὗ τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐχὶ δύο· νῦν δὲ παρακατιὼν οὐκ ἄλλον εἶναι λέγει τὸν τοῖς μαθηταῖς ἐκφυσήσαντα, ἀλλ' αὐτὸν δι' οὗ Θεὸς καὶ πάλαι τῷ πρωτοπλάστῳ δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν. Καὶ ἐν τῷ λέγειν οὐκ ἄλλον εἶναι τὸν τοῖς μαθηταῖς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ' αὐτὸν, δι' οὗ τῷ πρωτοπλάστῳ Θεὸς ἐνεφύσησεν, ὁμολογουμένην ποιεῖται τῶν θείων προσώπων τὴν ἔμφασιν, τοῦ τε Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐξ οὗ ἡ ἐμφύσησις, καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱοῦ, δι' οὗ ἡ ἐμφύσησις· καὶ τὸ ἐντεῦθεν δηλούμενόν ἐστιν ὡς, τὸ εἴ τι περὶ τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ λέγεται, οὐχ ὡς ἐκ δύο αἰτίων αὐτὸ λέγεται. Τοῦτο γὰρ

A inflatum elargitus est, sunt quidem cum anima, nunc vero in animam. » Sed quomodo præsens magni Basilii dictum expositam unionis speciem constabiliat, infra dicemus. Nunc vero prorsus dignoscere poteris, dilectissime, ex jam adductis verbis quæ multus hic magnusque Basilius de inflatu enuntiavit, qui tempore schismatis Romanis adversabantur, fratres nostros contentiose, ut plurimum, nec veritati attendentes, adversus eos contradictionem molitos fuisse. Jam enim magnus hic multusque in rebus theologicis Basilius inflari dicit Spiritum a Servatore discipulis, non ut donum illi aliquod determinatum acciperent, quemadmodum omnes qui tempore schismatis erant, exposuere, sed ut totus ipse Spiritus in illis habi-
B tualiter inhabitaret, veluti postmodum omni credenti eadem habitualis sancti Spiritus inhabitatio ingeritur, si ineffabiliter et supra rationem omnem universam Triadem in singulis fidelibus credimus inhabitare.

18. Quod si nonnullorum aures offendit tempore futuro promissus apostolis Spiritus adventus, sciant propter adventum Spiritus in corporea specie ignitarum linguarum, in Evangeliis factam Servatoris promissionem : «Namque oportebat, » inquit cui a theologia cognomen est, « et ipsum corpore apparere. » Et nullum determinatum donum simi-
C lem inflatum fuisse, sed tantum totius Spiritus habitualem inhabitationem, si attente dictum consideres, etiam ex illius expositione comperies, sanctum dicere, inflatum illum illius Spiritus esse qui est cum viventi Verbo in eodem ordine collocatus ad creandum : namque nemo dicet donum spiritale in eodem cum Verbo ordine collocatum ad creandum. Sed de inflatu oratio hic interea interposita est, ad demonstrandum, aliter a Patribus theologis sententiam illius expositam fuisse, et aliter ab iis qui postmodum non bene affecti fuerunt unioni cum Romana Ecclesia.

19. Series vero orationis expostulat, ut notitia unionis Patris et Filii, dum ex Patre et Filio Spi-
D ritus progreditur, contradatur. Et jamjam ea commemorabitur. Magnus Basilius nunc vocat Spiritum hunc divinam naturam, ineffabilem, ex ineffabili ore comparentem, unum, inquiens, os esse, ex quo Spiritus, et non duo, nunc vero paululum progressus, non alium esse dicit eum qui discipulis inflaverat, sed eum ipsum, per quem Deus antiquitus homini primum creato inflatum contradidit. Et cum dicit, non alium esse, qui inflavit apostolis, sed eum ipsum, per quem primum homini Deus inflavit, divinarum personarum notitiam certam atque indubitatam expressit, et Dei et Patris, ex quo inflatus, et Dei et Filii per quem inflatus ; et quod inde indicatur est, non quidquid ex Patre per Filium dicitur de Spiritu, tanquam ex duabus causis dici. Hoc enim in fine octavi ad

Amphilochium capitis sanctus innuit illis, « Per Filium vox primariæ causæ confessionem continet. » Sed auctoritatem illam iisdem verbis rursus hic recensere non gravabor, ad confirmandum, satis patere unionem Patris et Filii, quod ex Patre datur per Filium, quam magnus Athanasius oratione quarta adversus Arianos, cujus principium, « Ariani statuentes defectores sese prævaricatoresque veritatis exhibere, » expressit in hunc modum : « Elargiente Patre gratiam et pacem, eam et Filius elargitur : una enim eademque gratia est, ex Patre in Filio, uti est unum lumen solis et radii, et illuminatio solis per radium est. Propterea et Paulus ad Thessalonicenses scribens, — Ipse Deus et Pater noster, et Dominus Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos, — unitatem Patris et Filii conservavit : neque enim dixit, Dirigant, quasi a duobus id concederetur, ab hoc et ab hoc, sed Dirigat, ut ostenderet eam a Patre per Filium tradi. Hac ratione itaque dictis horum præcipuorum Patrum, Athanasii et Basilii, unitate palam illucescente Patris et Filii, ut nulli concedatur ex expositione tradita opinari, ex duabus causis esse, quidquid ex Patre per Filium, sive de creatione sermo sit per Filium ex Patre, sive de rerum creatarum providentia per Filium ex Patre, sive de donorum traditione per Filium ex Patre. Quid reponeret quispiam, cum innumeris Scripturarum locis invenit, Spiritum sanctum ex Patre per Filium habere esse, et ex Patre per Filium exsistere, et ex Patre per Filium effundi, et ex Patre per Filium procedere? Et dictas sanctorum auctoritates in voce, *per Filium*, abunde confirmasse unitatem illius cum Patre, cum vox ea primariæ causæ confessionem contineat, nemo, ut opinor, dubitabit, nisi ille talis sit qui prorsus nullo timore percellitur, et pudore deposito inverecunde apertissimis Scripturis adversatur.

A σημαίνειν βουλόμενος καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ ὑγιοῦς πρὸς τὸν Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων ὁ ἅγιος ἔφη· « Ἡ δι' Υἱοῦ φωνὴ τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει. » Ἀλλ' οὐδὲ τὴν ῥῆσιν ἐκείνην ὀκνήσω αὐτολεξεὶ καὶ πάλιν ἐκθεῖναι εἰς παράστασιν τοῦ δήλωσιν ἑνότητος ἐμφαίνειν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἣν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τετάρτῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, « Οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες ἄπαξ ἀποστάται γενέσθαι καὶ παραβάται τῆς ἀληθείας, » εἴρηκεν οὕτως εἰπών· « Διδόντος τοῦ Πατρὸς χάριν καὶ εἰρήνην, αὐτὴν καὶ ὁ Υἱὸς δίδωσι. Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ χάρις ἐστὶ παρὰ Πατρὸς ἐν Υἱῷ, ὡς ἔστιν ἓν τὸ φῶς τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος, καὶ τὸ φωτίζειν τοῦ ἡλίου διὰ τοῦ ἀπαυγάσματος γίνεται. Διὸ τοῦτο καὶ Παῦλος B πρὸς Θεσσαλονικεῖς λέγων, — Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, — τὴν ἑνότητα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐφύλαξεν. Οὐ γὰρ εἶπε, Κατευθύνειεν ὡς παρὰ δύο διδομένης παρὰ τούτου καὶ τούτου, ἀλλὰ Κατευθύναι, ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ δίδωσι ταύτην. Οὕτω γοῦν ἀπὸ τῶν ῥήσεων τῶν ἁγίων τούτων, Ἀθανασίου καὶ Βασιλείου, φημὶ, τῶν μεγάλων, τῆς ἑνότητος ἀναφαινομένης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὡς μηδενὶ τῶν ἁπάντων παραχωρεῖσθαι ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης οἴεσθαι, ὡς ἐκ δύο εἶναι αἰτίων πᾶν εἴ τι περ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, εἴτε δημιουργίαν εἴποις δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς, εἴτε πρόνοιαν τῶν δημιουργηθέντων δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς, εἴτε δόσιν χαρισμάτων πνευματικῶν δι' Υἱοῦ C ἐκ Πατρός. Τί ἂν τις εἰπεῖν ἔχῃ, ὅταν μυριαχοῦ τῆς Γραφῆς εὑρίσκῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἔχον τὸ εἶναι, καὶ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὑπάρχον, καὶ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον οὐσιωδῶς, καὶ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορευόμενον; Ἀλλ' ὅτι μὲν αἱ ῥηθεῖσαι τῶν ἁγίων χρήσεις εἰς τὴν *δι' Υἱοῦ* φωνὴν ἱκανῶς παρέστησαν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἑνότητα τούτου, ἅτε τῆς λέξεως, ταύτης τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἐχούσης, ὁ ἀμφιβάλλων, οἶμαι, οὐδεὶς, εἰ μή γε τοιοῦτος ἀναφανείη τις, ὃς μηδεμίαν τὸ παράπαν ἡγεῖται δειλίαν καταπροδήλως ἀναισχύντου ταῖς Γραφαῖς ἀντιβαίνειν.

20. Verum enim vero et ipsam communem pietatis nostræ notionem hoc idem nobis suggerere, non erit comprehensu difficile. Ubicunque enim *per Filium* accipitur, nisi pro naturali et essentiali cum Patre unione Filii secundum apparentem ex *Per* præpositione confessionem primariæ causæ, intelligere quis velit, erit prorsus necessarium, in usum ministerialis cogitationis assumere. Sed quando communis nostræ pietatis notio in similem sententiam accipi illud *per Filium* ut impium prohibet, ac proscribit, clarum remanet, essentialem unitatem vocem *per Filium* indicare, cum dicimus ex Patre per Filium Spiritum esse, et procedere. Ut ubi in confessis fuerit, indicare nempe vocem *per Filium* essentialem unitatem, facillime postmodum deprehendetur, nullum discrimen esse, ex Filio esse dicere, quod ex Patre per Filium est. Quodsi quibusdam incertum videtur has præpositiones alteram alterius locum occupare, magnus

D βριὴλ παρὰ Πατρὸς, ὡς ἀπεσταλμένον παρὰ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ τὸν Μωϋσῆν δὲ, ὡς ἀπεσταλμένον παρὰ Θεοῦ. » Περὶ τοιούτων γοῦν οὔσης τῆς τῶν ἐφεξῆς λόγων ἐκθέσεως, ὁ ἐπιμελῶς τὰ προδιειλημένα τῷ λόγῳ ἡμῶν ἐπελθὼν οὐκ ἑτέρων δεήσεται πρὸς ἀντίῤῥησιν. Καὶ διὰ ταῦτα περιττὸν ἡμεῖς καὶ ἄκαιρον ἡγησάμεθα εἰπεῖν τι καὶ πάλιν περὶ αὐτῶν.

νς'. Τὴν δὲ περικοπὴν ἐκείνην τῶν τοῦ Μεθώνης ῥητῶν, ἐν ᾗ τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » ἐξηγούμενος οὗτος, « μηδὲν δηλοῦν λέγει τὸ εὐαγγελικὸν τοῦτο ῥητὸν, τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς, » τίς ἂν οὐ διαγνοίη διαμαρτάνειν τῆς ἀληθείας, ὁπηνίκα ταῖς περὶ τοῦ ῥητοῦ τούτου ἐξηγήσεσι τῶν Πατέρων ἐντύχῃ, ὧν μία καὶ ἡ ἐν τῷ

Ἀγκύρῳ τῷ τοῦ μεγάλου Ἐπιφανίου λόγῳ ἐστὶν, ἣν καὶ ὡς ἀντὶ πάντων ἀρκοῦσαν ἐκθήσομαι καὶ πάλιν ἐν τῷ παρόντι, εἰς ἔλεγχον τῆς διαστρόφου ἐξηγήσεως, τῶν μὴ ἐκλαμβανόντων τὸ ῥητὸν εἰς δήλωσιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Υἱοῦ; Ὁ γὰρ πολὺς οὗτος τὰ θεῖα Ἐπιφάνιος ἔν τινι μέρει τοῦ εἰρημένου Ἀγκυρωτοῦ λόγου οὕτω φησίν· « Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησιν ὁ Χριστὸς, ὃ παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ Υἱοῦ λήψεται· » τίς τῶν τῇ τοιαύτῃ ἐντυγχανόντων γραφῇ οὐ διαγνοίη ἂν ὡς, ὁ ἅγιος οὗτος τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν, εἰς τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν αὐτὸ, ἡ λέγουσα λέξις, παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι

A cum præ omnibus aliis esse possit, apponam hic iterum, ad refellendam perversam explicationem eorum qui dictum illud non intelligunt, neque volunt, eo indicari Spiritum esse ex Filio? Magnus itaque hic Epiphanius rerum divinarum cognitione hæc habet : « Si vero Christus ex Patre creditur, Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo, aut ex utroque, ut Christus dicit, *Qui a Patre procedit*, et, *Hic et meo accipiet*, » quis scriptum hoc percurrens non discernet æque atque hic sanctus, ex Filio accipere, non aliud esse, quam ex Filio eum esse, dictionem illam indicare, ex Patre eum procedere?

νζ'. Ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν περὶ τῆς ἐμφυσήσεως λόγον πολυστίχους ὁ Μεθώνης οὗτος ἐξυφαίνει τοὺς λόγους, εἰς τὸ ἀποδεῖξαι τάχα πνευματικὸν εἶναι χάρισμα τὸ ἐμφυσηθὲν, καὶ μὴ τὴν σχετικὴν αὐτὴν τοῦ ὅλου ἐνοίκησιν Πνεύματος. Καὶ οὐκ ἐρυθριᾷ ἀντιλέγων εἰς τοῦτο Ἀθανασίῳ τῷ πάνυ, Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ τῷ θαυμασίῳ Κυρίλλῳ· ἀλλὰ τὸ πολυσήμαντον τοῦ Πνεύματος μεταχειριζόμενος, ὡς ἕν τι τῶν εἰς διαφόρους ἐννοίας εὑρισκομένων παρὰ τῇ Γραφῇ ὀνομάτων τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ ἐμφυσώμενον παρὰ τοῦ Υἱοῦ Πνεῦμα λαμβάνειν ἐθέλει. Ἐν οἷς καὶ ὡς ἐμπαίζων ὅθεν τῷ Ἰταλῷ, καὶ πολυσχιδῆ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος πρόοδον ἐκ τῆς ἐννοίας ταύτης, ἀναφαίνεσθαι λέγει, ἰδίαν ἀποκαλῶν πρόοδον αὐτὸ τὸ δοθὲν τοῖς ἀποστόλοις ἐμφύσημα, καὶ ἰδίαν τὸ πάλαι μετὰ ψυχῆς τῷ πρωτοπλάστῳ ἐμφυσηθὲν, καὶ ἔτι τὸ πᾶσαν στερεῶσαν τῶν οὐρανῶν τὴν δύναμιν. Καὶ οὐ σύνοιδε μηδὲν ἐν τούτοις ὑγιὲς εἶναι. Οὐ γὰρ ὁ Ἰταλὸς τότε λαμβάνει ὕπαρξιν, τερατολογεῖ τὸ συμπληρωτικὸν τῆς Τριάδος Πνεῦμα, ὅτε τῷ πρωτοπλάστῳ ἐνεφυσᾶτο παρὰ τοῦ δημιουργοῦντος τὸ πρότερον, καὶ τοῖς μαθηταῖς παρὰ τοῦ Σωτῆρος τὸ δεύτερον· οὐδὲ οὐσιωδῶς δοξάζει τοῖς μαθηταῖς αὐτὸ ἐνοικεῖν, ἀλλὰ τὴν σχετικὴν τοῦ ὅλου Πνεύματος ἐνοίκησιν σημαίνειν βουλόμενος, τὴν ἀῤῥήτως, καὶ ὑπὲρ λόγον ἐγγινομένην τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτὸ διαγωνίζεται πρὸς ἀπόδειξιν, τοῦ μὴ διδόναι τὸ Πνεῦμα τὸν Υἱὸν, οἷς ἂν καὶ δίδωσιν, ὡς ἀλλότριον τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ ὡς μὴ ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχον αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς αὐτοφυῶς αὐτὸ ἐκπέμποντα, καὶ ὡς οἰκείαν πνοὴν οὐσιώδη καὶ ἀνυπόστατον ἐξ ἑαυτοῦ προχέοντα. Αὐτὸ γὰρ μὴ οὕτω διδόναι, τῶν κατὰ μετοχὴν ἐχόντων αὐτὸ καὶ διδόντων ἐστὶ, προφητῶν δηλαδὴ τε καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους τοῦ ἀποστολικοῦ ἠξιωμένων χαρίσματος.

B 58. Sed de inflatu etiam prolixos longioresque sermones Methonensis iste contexit, ut fortasse commonstret, spirituale esse donum, quod inflatum fuerat, et non relativam ipsam totius Spiritus inhabitationem. Neque erubescit in eo contradicens magno Athanasio, magno Basilio, et admirabili Cyrillo, sed dictionis Spiritus varios significatus arripiens, Spiritus nomen veluti unum ex iis, quæ in divinis Litteris varias sententias insinuant, Spiritum quoque a Filio inflatum accipere conatur, quibus quasi illudens Italo, varie ac multifariam divisum divini Spiritus processum ex hac sententia apparere autumat, specialem vocans processum, ipsum apostolis traditum inflatum, et specialem antiquitus cum anima primum creato homini inflatum, nec non, C qui cœlorum facultatem munivit, nec comprehendit se in his nihil sanum afferre. Neque enim Italus tum exsistentiam accipere prodigiose confingit, qui est complementum Triadis, Spiritum, cum primum creato homini inflabatur ab opifice prius et deinceps discipulis a Servatore : neque essentialiter discipulis illum inhabitare existimat, sed relativam totius Spiritus inhabitationem denotare volens, verborum vim et mentis conceptum superantem in illis, qui illum accipiunt, contendit demonstrare, non tradi Spiritum a Filio, quibuscunque ille tradatur, veluti ab essentia illius alienum, et ab illius essentia non exsistentem, sed veluti ex se emanantem illum mittente, et veluti propriam spirationem D essentialem, et in hypostasi effundente. Illum siquidem non ista ratione tradere eorum est, qui illum participatione possident, et tradunt, prophetarum scilicet et apostolorum, et post eos insignitorum apostolico munere.

νη'. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐν τοῖς ἑξῆς, ὁ μὲν Λατῖνος εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ προβάλλεται τὸ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα Χριστοῦ· ὁ δὲ Μεθώνης ἀνθυποφέρει, « Οὐ πᾶν ὅπερ ἐστί τινος, ἤδη καὶ ἐξ αὐτοῦ· καὶ ὡς μετάθεσιν πατρικῶν ὁρίων, καὶ καινοτομίαν κηρύγματος, καὶ πίστεως παραχάραξιν, καὶ ὀρῶν ἐπιφοράν, καὶ ἀτέλειαν τῆς τῶν ἁγίων ὁμολογίας, καὶ ματαιότητα τῶν μαρτυρικῶν ἄθλων, καὶ τῶν ἀσκη-

58*. Cum autem rursus insequentibus Latinus ad demonstrandum, Spiritum esse ex Filio, proponat, quod dicatur Spiritus, Spiritus Christi, Methonensis contra opponit, « Non quidquid alicujus, id jam et ex eo est; » et paternorum terminorum immutationem, et prædicationis innovationem, et fidei prævaricationem, et dirarum impressionem, et sanctorum confessionis imperfectionem, et martyrum certaminum inanitatem, et asceticorum laborum

et sacrificiorum contemptum, et prædicationis evacuationem, et quod magis est, Servatoris theologiæ reprobationem appellat, factam ab Italis in Symbolo dictionis additionem; verum illa ad his omnibus contradicendum satis abundeque fuerint volenti, quæ nostra oratio ad probandum assumpsit, neque ademptionem, neque additionem pietatis esse, additionem et ademptionem, quæ verbis fit. Namque ubi id in confesso fuerit, quæcunque Methonensis, et qui ante eum, et post eum similem provinciam susceperunt, sequi dictitant absurda ex additione dictionis, irrita jacent, et plane evanescunt.

A τικῶν σκαμμάτων, καὶ τῶν ἱερουργιῶν καταδένωσιν, καὶ τοῦ κηρύγματος κένωσιν, καὶ τὸ δὴ μεῖζον ἀθέτησιν τῆς τοῦ Σωτῆρος θεολογίας ὀνομάζει τὴν παρ' Ἰταλῶν γενομένην ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκην τῆς λέξεως, ἐκεῖνα εἰς ἀντίρρησιν καὶ τούτων πάντων ἀποχρήσει τῷ βουλομένῳ, ὅσα ὁ ἡμέτερος λόγος εἰς κατασκευὴν ἐλάμβανε, τοῦ μήτε ἀφαίρεσιν μήτε προσθήκην εὐσεβείας εἶναι, τὴν ἐν λέξεσι προσθήκην τε καὶ ἀφαίρεσιν. Τούτου γὰρ ὁμολογουμένου πάντα ὅσα ὁ Μεθώνης, καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἀκολουθεῖν ἄτοπα λέγουσιν ἐκ τῆς προσθήκης τῆς λέξεως, οἴχεται ὑφέν.

59. Attamen quod ipse admirabile observavi circa finem disputationis Methonensis, non præteribo silentio. Postquam enim ille jam dicta omnia absurda, ut existimabat, oratione exposuisset, et post constrictum, et, ut ita dicam, quasi suffocatum, qui cum eo disserebat, tum apertam ac manifestam ipse ex seipso victoriam illi attribuit. Nam ut axioma profert, « Unde Spiritus habet, quod sit, ex eodem et procedit, » et nescivit palam se professum fuisse, Spiritum ex Filio procedere. Etenim si hoc verum est, Spiritum procedere ex eo, unde est, quis magno Basilio fidem non adhibebit (neque enim extra tempus fuerit, eadem et rursus inculcare) tertia adversus Eunomium Antirrhetica asserenti, cujus principium : « Vix tandem blasphemiis in Unigenitum saturatus. Quæ enim necessitas est si dignitate ac ordine tertius sit Spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate namque ipsum secundum esse a Filio, ab eodem esse habens, et ab eodem accipiens, et annuntians nobis, et prorsus illi causæ annexum, pietatis sermo tradit : natura vero tertia uti, neque a divinis Scripturis edocti sumus, neque ex antecedentibus fieri potest, ut consequenter colligatur? Qui magno Basilio, dictisque jam adductis fidem adhibet, quomodo non discernet, Methonensem ex Spiritu dicere procedere Spiritum, veluti axioma propriæ orationis subdens, « ex eo Spiritum procedere, ex quo esse habet? » Quod si magno Basilio soli quispiam non crediderit dicenti ipsissimis verbis, Spiritum ex Filio esse, habeat sibi et testem secundum Nyssenum Gregorium, qui, ut antea quoque indicatum est, Homilia in Orationem Dominicam inquit : « Spiritus sanctus ex Patre dicitur, et ex Filio esse astruitur. » Sic post multa eaque ingentia certamina Methonensis deceptus est, ipse per se adversario palmam victoriæ concedens.

νθ'. Ἀλλ' ὅπερ μοι ἐτηρήθη θαυμάσιον περὶ τὰ B τέλη τῶν τοῦ Μεθώνης λόγων, οὐ παραλείπω ἀδιήγητον. Μετὰ γὰρ τὸ τὰ ἀναγεγραμμένα πάντα, ὡς αὐτῷ ἐδόκει, ἄτοπα τῷ λόγῳ ἐκθεῖναι, καὶ μετὰ τὸ συσφίγξαι, ὡς οἷον εἰπεῖν, καὶ ἀπαγχονῆσαι τάχα τὸν προσδιαλεγόμενον, τότε κατὰ κράτος αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ τὴν νίκην ἐκείνῳ προσνέμει. Ὡς γὰρ ἀξίωμά τι ἐπιφέρει, « Ὅθεν ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ εἶναι, ἐκεῖθεν καὶ ἐκπορεύεται. » Καὶ ἠγνόησεν ἀριδήλως εἰπὼν ὅτι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Εἰ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, τὸ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, ὅθεν ἔχει τὸ εἶναι, τίς τῷ μεγάλῳ διαπιστήσει Βασιλείῳ· οὐδὲ γὰρ ἄκαιρον καὶ πάλιν εἰπεῖν περὶ τῶν αὐτῶν· λέγοντι ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιῤῥητικῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Μόλις ποτὲ κορεσθεὶς C τῶν εἰς τὸν Μονογενῆ βλασφημιῶν. Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάγμεθα Γραφῶν, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. » Ὁ μὴ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐπὶ τοῖς ῥητοῖς τούτοις διαπιστῶν, πῶς ἂν οὐ διαγνοίη ὡς ὁ Μεθώνης ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγει τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ τι ἀξίωμα τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐπάγων τὸ « ἐκεῖθεν ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, ὅθεν ἔχει τὸ εἶναι; » Εἰ δὲ μὴ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ μόνῳ D πείθεταί τις λέγοντι ῥητῶς « τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, δεχέσθω δεύτερον μάρτυρα καὶ τὸν Νύσσης Γρηγόριον, ὃς, καθὼς περ καὶ προδεδήλωται, ἐν τῇ εἰς τὸ *Πάτερ ἡμῶν* ὁμιλίᾳ αὐτοῦ, » Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, » φησὶν, « ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. » Οὕτως ὁ Μεθώνης ἐσφάλη μετὰ οὕτω πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας, αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ συγκροτήσας τῷ ἀντιδίκῳ τὴν νίκην.

60. Aliud quoque simile perpessus est sapiens hic vir, non veluti sapientiæ expers, et facultate dicendi impotens, sed tanquam qui semetipsum in contradictiones, non veritati, sed propriæ obstinationi innixas, dederit. Gratiæ etenim Præcursorem propriorum dictorum testem adducit, dicentem, « Vidi Spi-

ξ'. Καὶ ἄλλο δέ τι ὁμοίων ἐπεπόνθει ὁ σοφὸς οὗτος ἀνὴρ, οὐχ ὡς σοφίας καὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως ἄμοιρος, ἀλλ' ὡς εἰς ἀντιῤῥήσεις δοὺς ἑαυτὸν μὴ ἐξ ἀληθείας, ἀλλ' ἰδιορρύθμου πεισμονῆς γενόμενος. Τὸν γὰρ τῆς χάριτος Πρόδρομον μάρτυρα τῶν οἰκείων λόγων παράγει, λέγοντα· « Τεθέαμαι τὸ

Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἔμεινεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν· » εἶτα ὡς ἰσχυρόν τι τοῦτο καὶ ἄμαχον κατὰ τοῦ Ἰταλοῦ λαβὼν ἐπιφέρει, ὡς εἰς πρόσωπον τοῦ Ἰταλοῦ ἀποτείνων τὸν λόγον· « Πόθεν καταβαῖνον, καὶ ποῦ; Ὡς μὲν ἐγὼ φημι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ τὸν Υἱόν. Σὺ δὲ, εἰ μὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς μόνου τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ἐρεῖς, ἀλλὰ προσθήσεις, καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀλώσῃ τὸν ἕνα Χριστὸν διαιρῶν εἰς δύο, κατὰ Νεστόριον τὸν Ἰουδαιόφρονα, ἵν' ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον εἴπῃς τὸ Πνεῦμα ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῖς ἀρνηταῖς τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ συντετάξῃ. » Ὦ πῶς οὐκ ἔφριξας, ἄνθρωπε, τοιαῦτα κατὰ τοῦ μεγάλου λέγων Ἀθανασίου; Ταῦτα γὰρ πάντα δι' ἃ τὸν Ἰταλὸν σὺ Νεστόριον ἀποκαλεῖς Ἰουδαιόφρονα, καὶ ἀρνητὴν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ, ὁ μέγας εἴρηκεν Ἀθανάσιος, ἡ τῆς εὐσεβείας κρηπὶς, ὁ ἀῤῥαγὴς τῶν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων θεμέλιος. Καὶ ποῦ; Ἐγώ σοι ἐρῶ· ἐν γὰρ τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Οἱ κακοτέχνως τὰς θείας Γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, » οὕτω φησίν· « Αὐτὸς γὰρ αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. Ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. » Ὁρᾷς ὅπως, ὅπερ Ἰουδαϊσμὸν σὺ καὶ ἀρνησιθεΐαν καλεῖς, ἡ διάτορος τῆς εὐσεβείας σάλπιγξ, ὁ πολὺς Ἀθανάσιος ὡς εὐσέβειαν ἀκριβῆ καὶ λέγει καὶ δογματίζει; Ἀλλ' ὄντως τυφλὸν ἡ κακία, καὶ τοὺς νουνεχεῖς καὶ σοφοὺς σφάλλει ὡς ταπολλά. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἀναγεγραμμένοις, ἐπεὶ προτείνει ὡς τῶν ἄλλων ἰσχυρότερον τάχα ὁ σοφὸς οὗτος ἀνὴρ τὸ παρὰ τῆς τρίτης οἰκουμενικῆς ὡρισμένον συνόδου, ἤγουν, « τὸ ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προσφέρειν, ἢ ὡς συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον Σύμβολον, τούτους τοῖσδε καὶ τοῖσδε τοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκεῖσθαι. » Οὐδὲν ἕτερον πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν ἢ ἐκεῖνα, δι' ὧν ἀπεδείκνυμεν περὶ τοῦ Συμβόλου τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου τὰ τοιαῦτα πάντα τοῖς ἁγίοις εἰρῆσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον προήχθω. Ἐπεὶ δὲ καὶ συλλογιστικῶς οὕτως συντέθειχέ τινα εἰς ἀνατροπὴν δῆθεν, ὧν προβάλλονται Ἰταλοὶ, δεῖ καὶ τὴν τούτων ἔκθεσιν ἐγκατατάξαι τῷ λόγῳ, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἔλεγχον μὴ ἀναβαλέσθαι. Αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν συλλογισμῶν οὕτω φησίν.

ξα'. « Ὡμολογημένου τοῦ ὅτι τὸ ἐκπορεύεσθαι ἰδίωμα τοῦ Πνεύματός ἐστι παραστατικὸν τῆς ὑποστατικῆς, εἴτουν προσωπικῆς αὐτοῦ ὑπάρξεως· εἰ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, δύο ἀρχαὶ ἔσονται τοῦ ἑνός. Ἓν γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ εἷς, καὶ ὁ Υἱὸς εἷς. Πατὴρ δὲ καὶ Υἱὸς οὐχ εἷς, ἀλλὰ δύο, εἰ καὶ τῇ φύσει ἕν. »

Πρὸς δὲ ταῦτα ἡ λύσις οὕτως ἀκολουθεῖ. Ὅτι μὲν τὸ ἐκπορεύεσθαι ἰδίωμα τῆς ὑποστατικῆς ὑπάρξεως τοῦ Πνεύματος οἱ θεολόγοι φασὶν, ὁ ἀντιλέγων οὐ-

ritum descendentem veluti columbam, et stetit super Jesum[14]; » tum hoc tanquam validum quid et inexpugnabile adversus Italum assumens, infert, in Italum ipsum orationem convertens: « Unde descendens, et ubi? Ut quidem ego autumo, a Patre in Filium. Tu vero, si non asseras a Patre solo Spiritum descendentem, sed addas, et a Filio, deprehenderis unum Christum in duo dividere, sicut Nestorius cum Judæis sentiens fecerat; ut ex Filio Dei descendere dicas Spiritum in Filium hominis; et cum negantibus Christi deitatem collocaberis. » Heu! mi, homo, quomodo non exhorruisti, similia adversus magnum Athanasium ejaculare? Namque hæc omnia, ob quæ tu Italum Nestorium cum Judæis sentientem, et deitatis Christi inficiatorem nuncupas, magnus Athanasius, pietatis basis, et infractum rectorum Ecclesiæ dogmatum fundamentum pronuntiavit. Quonam vero loco? Ego tibi dicam; nam de incarnata apparitione Dei Verbi Oratione, cuius principium: « Qui malitiose divinas Scripturas intelligere volunt, » hæc habet: « Ipse enim illum desuper mittebat, ut Deus, et ipse illum infra excipiebat ut homo. Ex ipso itaque in ipsum descendebat, ex deitate illius in humanitatem illius. » Conspicis? Quod tu Judaismum et fidei ejurationem appellas, penetrans pietatis tuba, magnus Athanasius, veluti exquisitam pietatem et eloquitur, et decernit. Sed plane res cæca est improbitas, et prudentes et sapientes ut plurimum in errorem abducit. Præ jam dictis sapiens hic vir, ut cæteris omnibus longe validius opponit, quod a tertia œcumenica synodo præscriptum fuit, nempe, « aliam fidem nulli licere in medium afferre, sive conscribere, aut componere, aut docere, aut tradere aliud Symbolum, et eum, qui contra ierit, hisce et hisce pœnis subjacere. » Nos nihil aliud ad hæc dicemus, quam illa, quibus ostendebamus de Symbolo Nicænæ primæ synodi hæc omnia per sanctos fuisse dictata. Et hæc quidem hucusque protracta sunt. Sed cum hic idem ad convellendas Italorum propositiones nonnulla syllogismis complexus sit, operæ pretium fuerit, eosdem orationi apponere, neque eorum refutationem diutius protrahere. Statim enim in primo syllogismo hæc inquit.

61. « Cum apud omnes in confesso sit, procedere Spiritus proprietatem esse constitutivam hypostaticæ, sive personalis illius exsistentiæ: si Spiritus ex Patre et Filio, duo erunt principia unius: unus enim est Spiritus sanctus, quemadmodum et Pater unus, et Filius unus. Pater vero et Filius non unus, sed duo, licet unum natura. »

Ad hæc ita solutio subsequetur. Procedere quidem proprietatem esse hypostaticæ exsistentiæ Spiritus, theologi tradunt, nemoque inficias iverit;

[14] Joan. I, 32.

verum etsi Itali asserant procedere Spiritum ex Patre et Filio, non duo principia unius erunt, et hoc magnus Basilius dicto suo comprobabit, « quod a Filio dicitur esse, ad primam causam Patrem referri, » scribens. Nam qui hac ratione sermones perpendet, ob enuntiatum dicens, ex Patre et Filio esse Spiritum, nunquam Romanos criminabitur, quasi duo principia Spiritus decernentes, cum dicunt, procedere Spiritum ex Patre et Filio. Et hæc de primo syllogismo. Secundus syllogismus est : « Cum ex duobus esse Spiritum, ambarum personarum imperfectionem introducat. » Sufficient ad hunc confutandum, quæ a nobis dicta sunt, ad evertendum unum ejusdem atque iste sententiæ ex Photii syllogismis : cum propriæ probationis materiam habeat, non posse aliquid commune in Triade proprium esse, et omne proprium non esse commune : neque in eversione circumplexus hujus syllogismi, dubium remanebit ullum legenti quæ nos scripsimus, cum similes syllogismos Photii refutaremus. Similiter et alterius Methonensis syllogismi refutatio facilis erit, in quo in unum confusionem Patris et Filii, et simplicitatis unius Spiritus divisionem confingit, si ex Patre et Filio Spiritum esse dicamus. Sed cum ad subsequentem syllogismum pervenerim, visum est necessarium, ipsum uti jacet, in Oratione digerere, et in illius refutatione productiore sermone uti. Syllogismus ita se habet :

ὡς ἔχει, ἐγκαταστρῶσαι τῷ λόγῳ, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐμπλατυνθῆναι ἀνατροπήν. Ἔχει ὁ συλλογισμὸς οὕτω·

δεῖς· ὅτι δὲ διὰ τὸ λέγειν τοὺς Ἰταλοὺς ἐκπορεύσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐχὶ δύο ἀρχαὶ τοῦ ἑνὸς ἔσονται, ὁ μέγας Βασίλειος μαρτυρήσει καὶ πάλιν, « τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ λεγόμενον εἶναι, εἰς τὴν πρώτην αἰτίαν τὸν Πατέρα ἀναφέρεσθαι, λέγων· « Ὁ γὰρ οὕτω τοὺς λόγους διανοούμενος τῆς λεγούσης φωνῆς, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἄν ποτε τοὺς Ῥωμαίους διαβάλοι, ὡς δύο ἀρχὰς τοῦ Πνεύματος δογματίζοντας ἐν τῷ λέγειν αὐτοὺς, ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ῥηθέντος πρώτου συλλογισμοῦ. Ὁ δὲ τῶν συλλογισμῶν δεύτερος, « Ἐπεὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ Πνεῦμα ἀτέλειαν εἰσάγει καὶ ἀμφοτέρων τῶν προσώπων ὁρίζεται, ἀρκέσει αὐτῷ εἰς ἀνατροπὴν, ὅσα ἡμῖν ἐῤῥέθη εἰς ἀνατροπὴν ἑνὸς, τοῦ τῆς αὐτῆς ὄντος ἐννοίας τῶν τοῦ Φωτίου συλλογισμῶν· ἐπεὶ τῆς οἰκείας κατασκευῆς ὕλην ἔχει τὸ, μὴ δύνασθαί τι κοινὸν ἐν τῇ Τριάδι ἴδιον εἶναι, καὶ πᾶν ἴδιον μὴ κοινὸν εἶναι· οὐδ' ἐπὶ τῇ ἀνατροπῇ τῆς τοῦ συλλογισμοῦ τούτου περιλήψεως ἀπορίαν ἕξει τινὰ ὁ ἐντευξόμενος τοῖς παρ' ἡμῶν ἀνατρεπτικοῖς τῶν ὁμοίως αὐτῷ ἐχόντων τοῦ Φωτίου συλλογισμῶν. Ὁμοίως τῷ τοιούτῳ εὐχερὴς ἔσται καὶ ἡ τοῦ ἄλλου συλλογισμοῦ τοῦ Μεθώνης ἀνατροπὴ, ἐν ᾧ τὴν εἰς ἓν τε σύγχυσιν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ τὸν τῆς ἁπλότητος τοῦ ἑνὸς Πνεύματος μερισμὸν πλάττεται, ἐὰν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑπάρχον τὸ Πνεῦμα ῥηθείῃ. Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς συλλογισμῷ γεγονότι μοι δεῖν ἔδοξεν αὐτόν τε τὸν συλλογισμὸν,

62. « Si quod unum sunt Pater et Filius, sunt enim omnino unum natura, propterea ut ex Patre, ita et ex Filio concedendum est procedere Spiritum : hoc etenim innovata Latini dogmatis vox postulat : concedendum esset et Filium necessario uti a Patre, ita et a Spiritu gigni, quod Pater et Spiritus unum sunt natura ; sin minus, periclitabitur Spiritus non unum esse natura cum Patre. Et iterum Macedonio dicendi facultatem liberam concedemus. »

ξβ'. « Εἰ διότι ἓν εἰσι Πατὴρ καὶ Υἱὸς, εἰσὶ δὲ πάντως ἓν τῇ φύσει, διὰ τοῦτο ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δοτέον ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα· τοῦτο γὰρ ἡ καινοφωνία τοῦ Λατινικοῦ δόγματος ἀπαιτεῖ· δοτέον ἂν εἴη καὶ τὸν Υἱὸν ἐξ ἀνάγκης, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννᾶσθαι· διότι ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἓν εἰσι τῇ φύσει· εἰ δὲ μὴ, κινδυνεύει τὸ Πνεῦμα μὴ ἓν εἶναι τῇ φύσει μετὰ Πατρός. Καὶ πάλιν παῤῥησιάζεται Μακεδόνιος. »

Vir Dei, ipse ex te solus accusator simul et judex Romanorum constitueris? Et quis ex iis qui nunc sunt, aut unquam fuere, audivit ab Italis similem in sancta Triade interpretationem? Etenim si propter idem naturæ Latini dicerent, esse Spiritum uti a Patre, ita et a Filio, non tantum, quod ipse colligis, absurdum contingeret, esse nempe et Filium necessario uti ex Patre ita et a Spiritu, sed et multa alia præterea. Nam si propter eamdem naturam diceretur esse Spiritus ex Filio quemadmodum ex Patre, prorsus hanc eamdem ob causam similiter cogeretur gignere cum Patre. Item, si propter eamdem naturam ità esset ex Filio Spiritus uti ex Patre, esset et Filius quemadmodum Pater absque principio et absque causa. Nam Spiritus ex Patre est tanquam ex fonte absque principio : etsi et ex Filio eumdem in modum, ut tu autumas, omnino et ipse esset sine princi-

Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ μόνος κατήγορος ἅμα καὶ κριτὴς τῶν Ῥωμαίων γίνῃ; Καὶ τίς τῶν νῦν ἢ τῶν πώποτε ἀκήκοε παρὰ τῶν Ἰταλῶν τοιαύτην ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἐξήγησιν; Εἰ γὰρ διὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως οἱ Λατῖνοι ἔλεγον εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐ μόνον ὃ συνῆξας αὐτὸς ἄτοπον συνέβαινεν ἄν, τὸ εἶναι δηλονότι καὶ τὸν Υἱὸν ἐξ ἀνάγκης, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πάντως. Εἰ γὰρ διὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἐλέγετο εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, πάντως δι' αὐτοῦ τούτου καὶ γεννᾶν ὁ Υἱὸς ὁμοίως ἠναγκάζετο τῷ Πατρί. Καὶ πάλιν, εἰ διὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως, οὕτως ἦν ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἦν ἂν καὶ ὁ Υἱὸς ὡς ὁ Πατὴρ ἄναρχος καὶ ἀναίτιος. Τὸ γὰρ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐξ ἀνάρχου ἐστὶ πηγῆς. Εἰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ κατὰ σὲ οὕτως, πάντως καὶ αὐτὸς ἀναρ-

χος. Ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὡς ἐκ πηγῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐχούσης τὸ εἶναι, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ ἀρχὴν ἅπαντα τὸν τοῦ Πνεύματος πηγασμὸν ἀναγούσης κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν εἰς τοιαύτην ἔννοιαν ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγουσιν εἶναι τὸ Πνεῦμα. Σὺ δὲ παρεισάγων αὐτοὺς διὰ τὸ ὁμοφυὲς δῆθεν ἀπολογουμένους τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, οὐ δικαίως κατηγορῶν αὐτῶν φαίνῃ, καινοφωνίαν Λατινικοῦ δόγματος ἀποκαλῶν, ἅπερ ἐκεῖνοι οὐ λέγουσιν, καὶ παῤῥησίαν ὀνομάζων ταῦτα Μακεδονίου. Ἄλλος πάλιν πλέκεταί σοι συλλογισμὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν, καὶ αὐτὸς συμπεραίνων δῆθεν·

ξγ'. « Εἰ διὰ τὸ ὁμότιμον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται· τῆς γὰρ αὐτῆς ἐστιν ὁμοτιμίας τῷ Πνεύματι ὁ Πατήρ. »

Καὶ τί σοι πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν ἡμεῖς ; Πολλαί σοι τάχα αἱ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννήσεις τερατευθήσονται, εἰ νῦν μὲν θέλεις ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ διὰ τὸ ὁμοφυὲς εἶναι τὸ Πνεῦμα, νῦν δὲ διὰ τὸ ὁμότιμον, νῦν δὲ διὰ τὸ ὁμόδοξον, νῦν δὲ διὰ τὸ ὁμοδύναμον. Ὁποῖον δὲ καὶ τὸ ἐπακολουθοῦν τοῖς ῥηθεῖσιν ἤδη συλλογισμοῖ, σου, ἐν ᾧ διισχυρίζῃ σὺ ἀναφανῆναί που τῶν Γραφῶν πάντως τὸν Υἱὸν λεγόμενον τοῦ Πνεύματος μείζονα, ἐὰν καὶ ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον λέγοιτο. Ὡς γὰρ ἔοικεν, ἠγνόησας ὁ σοφώτατος, ὡς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πρώτῳ λόγῳ μείζονα τοῦ Πνεύματος ἀριδήλως τὸν Υἱὸν ἀποφαίνεται. Ὁ δὲ μετὰ ταῦτα πλεκόμενός σοι συλλογισμός, ὁ τοῦ Ἰταλοῦ καταφερόμενος σφόδρα ἐν τῷ προτείνειν, « Πᾶν ὅπερ ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος καὶ νοεῖται καὶ λέγεται, ἢ κοινόν ἐστι τῶν τριῶν, ἢ ἑνὸς ἴδιον. » Οὗτος τῇ τῆς ἀληθείας χάριτι πρωανατέτραπται παρ' ἡμῶν, ἐν οἷς ἀπεδείκνυμεν εἶναί τι κοινὸν τοῖς δυσὶν, ὅπερ μὴ πρόσεστι καὶ τῷ τρίτῳ, καὶ εἶναί τι ἴδιον τοῖς δυσὶ, μὴ κοινωνοῦντος αὐτοῖς καὶ τοῦ τρίτου. Ὡσαύτως καὶ ὁ ἕτερος τῶν ἐπὶ τούτῳ συλλογισμῶν ὁ λέγων δύο ἀναφαίνεσθαι τὰ τοῦ Πνεύματος αἴτια τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ἐάν τις ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγῃ τὸ Πνεῦμα, ἐν ἐκείνοις ἡμῶν τοῖς ῥήμασ » ἀνατέτραπται, ἐν οἷς ἀπεδείκνυμεν ὡς ὁ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγων τὸ Πνεῦμα, μίαν αἰτίαν λέγει τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ εἶναι αὐτὸ, ἅτε τῆς δι' Υἱοῦ φωνῆς δήλωσιν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ἐχούσης, κατὰ τὸν μέγαν εἰπεῖν καὶ πάλιν Βασίλειον. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἐφεξῆς συλλογισμός, ὁ « ἀτελῆ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπόρευσιν λέγων, ἐὰν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγοιτο ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα, » καινοῦ τινος δεηθήσεται τοῦ νοήματος εἰς ἀντίῤῥησιν. Ἀρκέσει γὰρ εἰς ἀνατροπὴν αὐτοῦ, ὅσα πρὸς τὸν ὁμοίως αὐτῷ ἔχοντα συλλογισμὸν τοῦ Φωτίου εἰρήκαμεν. Ὡσαύτως καὶ τῇ ἀνατροπῇ τοῦ ἀκολουθοῦντος αὐτῷ συλλογισμοῦ, τοῦ δύο ἀρχὰς τοῦ Πνεύματος λέγοντος τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ὕλη παραληφθήσονται τὰ πρὸς τὸν ὁμοίως αὐτῷ ἔχοντα συλλογισμὸν τοῦ αὐτοῦ Φωτίου ῥηθέντα ἡμῖν.

pio. Sed res aliter se habet. Ex Filio Spiritus est, ut e fonte ex Patre esse habente, et ad Patrem primam causam et principium omnem Spiritus effluxum referente, secundum magnum Basilium. Romani itaque ita sentientes asserunt ex Filio esse Spiritum. Tu vero eos, introducens, quasi responderent, propter eamdem naturam asserere, ex Patre et ex Filio Spiritum esse, præter fas eos insimulare videris, dictionem innovatam Latini dogmatis nuncupans, quæ illi non enuntiant, et illa libertatem dicendi Macedonii nominans. Alius iterum syllogismus complicatur, ex Spiritu generari Filium, quasi tu certo concluderes :

63. « Si propter eamdem dignitatem Patris et Filii, ex Patre et Filio Spiritus procedit : ejusdem namque dignitatis est cum Spiritu Pater. »

Quid hisce tuis nos respondebimus? Plerœque fortasse Filii ex Spiritu generationes portentosæ confingentur ; si nunc quidem vis ex Patre et Filio propter eamdem naturam esse Spiritum, nunc propter eamdem dignitatem, nunc propter eamdem gloriam, nunc propter eamdem potentiam. Quale porro est quod consequitur, ad tuos jam expositos syllogismos, quo tu contendis, comparuisse in aliquibus Scripturis, prorsus Filium dici majorem Spiritu, si et ex Filio Spiritus procedere dicatur? Ut enim videtur, te sapientissimum latuit magnus Athanasius oratione prima contra Arianos, majorem Spiritu apertissime Filium decernens. Qui postmodum a te syllogismus conpectitur, et Italum graviter impetit, eo quod affirmat, « Omne quod in supersubstantiali Triade intelligitur et dicitur, aut commune est trium, aut unius proprium. » Hic Dei gratia refutatus est a nobis, dum ostendimus, esse quid duorum commune, quod non communicatur et tertio : et esse proprium duorum, cujus tertius particeps non est. Similiter et alius syllogismus subsequens, asserens, duas comparere Spiritus causas Patrem et Filium, si quis ex Patre et Filio Spiritum decernit, illis verbis a nobis rejectus est, quibus ostendimus, eum qui ex Patre et Filio Spiritum dicit, unam causam inferre, quod ex Patre per Filium ille sit : vox namque illa *per Filium* primigeniam causam indicat, ut iterum cum magno Basilio affirmemus. Sed neque qui deinceps locum occupat syllogismus, qui « imperfectum ex Patre processionem inculcat, si et ex Filio Spiritus esse astruatur, » nova aliqua excogitata sententia refutationem merebitur : namque ad eum convellendum satis erit, quæ ad consimilem Photii syllogismum adduximus. Pari ratione pro refutatione, qui post hunc legitur, syllogismi, et duo principia Spiritus Patrem et Filium constituentis, assumentur, quæ in æque se habentem ejusdem Photii syllogismum a nobis allata sunt.

65. Quemadmodum et qui post hos sequitur, huicque proximus alius syllogismus, ambo simul eamdem habebunt responsionem. Unam siquidem propositionum vim uterque possidentes, cum vocant « Patrem causam eorum, quæ ex ipso sunt, ratione hypostasis et non ratione naturæ, » hic quidem aliud, ille aliud absurdum comprobant; dum ipse ignoras, qui eos concinnasti, nullum unquam ex sanctis dixisse, Patrem causam esse eorum, quæ ex ipso sunt, ratione hypostasis, et non ratione naturæ. Mihi plane, qui fere omnes theologicas scriptiones sedulo indagavi examinavique, similes distinctiones reperire nusquam contigit: namque si similis distinctio apud nostros Patres theologos reperiretur essentiæ et hypostasis in causa earum personarum, quæ ex Patre sunt, nunquam secundum te, qui vocas causam Patrem eorum, quæ ex eo sunt, ratione hypostasis, et non ratione naturæ, dictus fuisset Pater generans naturaliter. Verum nunc aliquando ex Patre, quod ejusdem hypostasim denotat, aliquando ex essentia Patris generari Filium scripturæ statuunt. Quibus manifesto apparet temere has dictinctiones ab earum auctoribus confictas fuisse. Nec erit præter rem scripto tradita testimonia hic recensere, Deum naturaliter generare, et fetum vel prolem essentiæ et naturæ Dei Filium dici, ut modis omnibus vesania redarguatur illius, qui asserere audet, Patrem causam esse eorum, quæ ex eo sunt, ratione hypostasis, et non ratione naturæ. Et ante alios magnus Athanasius in colloquio cum Ario in synodo Nicæna habito, cujus principium, « Divina providentia cum amicissimis meis fratribus, accessi ad desideratos a me Christi servos, » tradit: « Itaque Deus dicens ad proprium Filium per prophetam, « Ex utero ante Luciferum genui te[15], » ex paterna essentia generationem Filii notat: » et paucis interjectis: « Nulla alia de causa uterum nominat, nisi ut ostendat, ipsum Filium ex Patris essentia genitum fuisse. » Et iterum: « Filium ex essentia Dei et Patris generatum accepimus. » Idem oratione, cujus principium, « Recte fecisti mihi significans factum a te quæsitum, » hæc habet: « Non erit idem Filius et creatum, ne ex Deo et extra Deum, essentia illius reputetur. » Et multis interjectis ibidem: « Non extranea est et adinventa Filii essentia, neque ex iis, quæ non sunt, introducta, sed ex Patris essentia orta est, quemadmodum luminis splendor, et aquæ vapor. » Et magnus Basilius epistola ad Canonicas, cujus principium: « Quantum nos tristis rumor, aures nostras circumsonans, » scribit: « Cum ex essentia Patris Filium esse docemur, ne decidamus ad corporeas passionum intelligentias: neque enim essentia divisa est a Patre in Filium, neque cum fluxisset genuit, sed modus divinæ generationis explicari minime valet. » Sed et iterum magnus

[15] Psal. cix, 3.

ξδ'. Οἷα δὲ καὶ ὁ μετ' αὐτοὺς, καὶ ὁ ἐγγὺς αὐτοῦ πάλιν συλλογισμὸς, οἱ δύο ἅμα διαλαμβάνουσι. Μιαν γὰρ οὗτοι δύναμιν τῶν προτάσεων καὶ ἀμφότεροι ἔχοντες, τὸ λέγειν δηλαδὴ « τὸν Πατέρα αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, » ὁ μὲν ἄλλο, ὁ δὲ ἄλλο κατασκευάζουσιν ἄτοπα, ἐν τῷ ἀγνοεῖν σε τὸν αὐτοὺς συντιθέμενον ὡς οὐδείς που εἴρηκε τῶν ἁγίων, ὅτι ὁ Πατὴρ αἴτιός ἐστι τῶν ἐξ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως. Ἔμοιγε τέως, πάσας σχεδὸν θεολογικὰς ἐξηρευνηκότι γραφὰς, διιρέσεις τοιαύτας ἐντυχεῖν οὐκ ἐγένετο. Εἰ γὰρ ἐλέγετό τις παρὰ τοῖς θεολόγοις Πατράσιν ἡμῶν τοιαύτη διαιρεσις οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἐν τῇ αἰτίᾳ τῶν ἐκ Πατρὸς αἰτιατῶν προσώπων, οὐκ ἄν ποτε κατὰ σὲ τὸν λέγοντα αἴτιον τὸν Πατέρα τῶν ἐξ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ἐῤῥέθη ὁ Πατὴρ γεννῶν φυσικῶς. Νῦν δὲ ἄλλῃ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὅπερ ἐστὶ τῆς αὐτοῦ δηλωτικὸν ὑποστάσεως, πῇ δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν δογματίζουσιν αἱ γραφαί. Ὁπόθεν προδήλως καὶ ἀναφαίνεται, μάτην τὰς τοιαύτας διαιρέσεις ἀναπεπλάσθαι τοῖς αὐτὰς ἀναπλάττουσιν. Οὐκ ἀπὸ δὲ λόγου καὶ γραφικὰς ἐνταῦθα μαρτυρίας παραγαγεῖν, τοῦ γεννᾷν τὸν Θεὸν φυσικῶς, καὶ εἰ τοῦ γέννημα τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι τὸν Υἱὸν, ὅπως ἂν τὸ ἄλογον κατὰ κράτος ἀπελεγχθείη τοῦ λέγειν ἀποτολμῶντος τὸν Πατέρα αἴτιον εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως. Αὐτίκα γὰρ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἄρειον διαλέκτῳ τῇ γενομένῃ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἧς ἡ ἀρχή· « Τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ ἀπείην προσεληλυθὼς σὺν τοῖς φιλτάτοις μου ἀδελφοῖς πρὸ τοὺς ἐμοὶ ποθουμένους τοῦ Χριστοῦ δούλους, » φησίν· « Οὐκοῦν ὁ Θεὸς λέγων πρὸς τὸν ἴδιον Υἱὸν διὰ τοῦ προφήτου, « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » σημαίνει τὴν ἐκ τῆς Πατρικῆς οὐσίας γέννησιν τοῦ Υἱοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Δι' οὐδὲν ἕτερον γαστέρα ὀνομάζει, ἢ ἵνα παραστήσῃ αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθέντα μεμαθάνομεν. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή· « Καλῶς ἐποίησας δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοὶ ζήτησιν, » οὕτω φησίν· « Οὐκ ἂν εἴη ὁ αὐτὸς Υἱὸς καὶ κτίσμα, ἵνα μὴ καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔξωθεν τοῦ Θεοῦ ἡ οὐσία αὐτοῦ νομίζηται. » Καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ· « Οὐκ ἔξωθέν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ Υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς ἡ ἀπαύγασμα, καὶ ὡς ὕδατος ἀτμίς. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή· « Ὅσον ἡνίασεν ἡμᾶς πρότερον φήμη λυπηρὰ τὰς ἀκοὰς ἡμῶν περιηχήσασα, » φησίν· « Ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν εἶναι διδασκόμεθα, μὴ καταπίπτωμεν ἐπὶ τὰς σωματικὰς τῶν παθῶν ἐννοίας. Οὐ γὰρ ἡ οὐσία ἐμερίσθη ἀπὸ

Πατρὸς εἰς Υἱόν, οὐδὲ ῥιζὰ ἐγέννησεν, ἀλλ' ἄῤῥητος τῆς θείας γεννήσεως ὁ τρόπος. » Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ ἀπὸ τῆς συνόδου τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις, πρὸς τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίαν, ἧς ἡ ἀρχή· « Πᾶσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν ἐξ ἐπαρχιῶν διαφόρων, » φησίν· « Οἱ γὰρ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀναθεματίσαντες, γινώσκοντές εἰσι μὴ κτίσμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας γέννημα εἶναι τὸν Λόγον, καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν εἶναι τοῦ Υἱοῦ. » Ἆρά γε ἀρκούντως ἔχειν σοι δόξουσιν τῷ τοῖς παροῦσιν ἡμῶν λόγοις ἐντευξομένῳ αἱ τοσαῦται γραφικαὶ μαρτυρίαι εἰς ἔλεγχον τοῦ μὴ καλῶς τὸν Μεθώνης εἰπεῖν, « τὸν Πατέρα αἴτιον εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως; » Εἰ γὰρ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ λέγεται, καὶ ὁ Υἱὸς τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὀνομάζεται γέννημα, ὡς αἱ παροῦσαι μαρτυρίαι γραφικαὶ παριστῶσι, τίς ὁ λόγος διαιρεῖν τὸν Μεθώνης τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς καὶ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς ἐν τῇ αἰτίᾳ τῶν ἐξ αὐτοῦ; Ὁ γὰρ εἰπὼν ἐκ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα, οὐσίαν ἐδήλωσε τοῦ Πατρὸς ἐνυπόστατον· καὶ ὁ εἰπὼν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα, ὅλον τὸν Πατέρα δηλοῖ. Καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἰπὼν, ὅλον τὸν Υἱὸν λέγει ἐνούσιον καὶ ἐνυπόστατον. Εἰ δέ τις τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως λέγειν ἐθέλει τὸν Πατέρα αἴτιον εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τῇ περιττῇ καὶ ἀκαίρῳ ταύτῃ λεπτολογίᾳ εἰς ἄλλην μὲν ἔννοιαν ἐκλαμβάνειν βούλεται, ὅταν ἀκούσῃ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἰς τὴν τῆς ὑποστάσεως δήλωσιν ἐκλαμβάνων, τὸ δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἰς δήλωσιν διοριζόμενος ἰδικῆς ἐννοίας, ἵν' ἐντεῦθεν ὡς ἀναγκαῖόν τι ἀκολουθήσῃ τὸ μὴ νοεῖσθαι ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ, ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγωσιν αἱ γραφαὶ, ἀλλ' οὗτος σκοπείτω, ὅποι ἀτοπίας ἡ ἄκαιρος αὕτη λεπτολογία συνωθήσῃ αὐτόν. Ὅστις γὰρ ἂν καὶ εἴη ὁ ταῦτα λέγων, λέγει ἕτερον μέν τι νοεῖσθαι, ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγωσιν αἱ Γραφαὶ, ἕτερον δὲ ὅταν ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν θεολογῶσιν αὐτό. Ἐγὼ δὲ οὔτε τὴν ὑπόστασιν τοῦ Υἱοῦ ἐν ἰδικῇ διαιρέσει νοεῖσθαί φημι, ὅταν τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγηται, οὔτε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἀποδιαιρεῖσθαι τῆς ὑποστάσεως, ὅταν ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ αὐτὸ λέγηται Πνεῦμα, ἀλλ' ὅλον φημὶ παραλαμβάνεσθαι τὸν Υἱὸν, ὅταν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λέγοιτο ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐπιπλέον σημαίνεσθαι διαγινώσκω τὸ οὐσιωδῶς ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, ὁπηνίκα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λέγηται, διὰ τὸ καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα ἐκ τοῦ Υἱοῦ μὲν εἶναι, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ ποιήματα καὶ δημιουργήματα, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ μὲν εἶναι, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὡς οὐσιωδῶς ὑποστατὸν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ λειτουργικῶν πνευμάτων τῶν ποιητῶν καὶ κτιστῶν. Ἐγὼ μὲν οὖν, καθὼς ἔφην, ὅταν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν ἀκούω τὸ Πνεῦμα, καὶ ὅταν ἐκ τοῦ

A Athanasius epistola ex synodo Hierosolymitana ad Alexandrinam Ecclesiam, cujus principium, « Omnibus quidem nobis, qui in unum convenimus ex diversis diœcesibus, » ait : « Qui enim Arianam hæresim anathematizarunt, agnoscunt non creaturam, sed ex essentia fetum esse Verbum, et essentiam Patris principium et radicem et fontem esse Filii. » An satis esse videbuntur hæc nostra scripta legenti tot scripto tradita testimonia, ad redarguendum Methonensem, non probe dixisse, « Patrem causam esse eorum quæ ex eo sunt, ratione hypostasis, et non ratione naturæ? » Namque si essentia Dei dicitur, et Filius essentiæ Patris fetus nominatur, quemadmodum adducta testimonia scripto dedita comprobant, quid cogit Methonensem, dividere essentiam Patris et hypostasim Patris in causa eorum, quæ ex eo sunt? Qui enim dicit, ex Patre esse Filium aut Spiritum, essentiam Patris in hypostasi palam protulit; et qui dicit ex essentia Patris esse Filium, aut Spiritum, totum Patrem evulgat : et qui ex essentia Filii Spiritum dicit, totum Filium profert, in sua essentia et hypostasi. Quod si quis ratione hypostasis, et non ratione naturæ contendet, Patrem causam esse eorum, quæ ex ipso sunt, et supervacanea hac et intempestiva de rebus minimis disceptatione in aliam sententiam trahere conatur, cum audit ex essentia Patris, illud, ex Patre, ad manifestandam hypostasim arripiens, illud vero ex essentia Patris ad manifestandam specialem intelligentiam determinans, ut inde tanquam necessarium aliquod consequatur, non intelligi Spiritum ex Filio, cum ex essentia Filii Spiritum dicunt scripturæ, is enimvero perpendat, ad quæ absurda intempestiva isthæc de frivolis disputatio ipsum compellet, quicunque fuerit, qui similia evulgat, aliud intelligi cum ex essentia Filii Spiritum scripturæ tradunt, et aliud cum e Filio eum esse decernunt. Ego vero neque hypostasim Filii in speciali divisione intelligi assero, cum Spiritus ex essentia illius dicitur, neque essentiam illius ab hypostasi separari, cum ex Filio idem dicitur Spiritus : sed totum affirmo comprehendi Filium, cum et ex Filio, et ex essentia Filii dicetur Spiritus esse. Quinimo illud etiam addi statuo, essentialiter ex Filio Spiritum esse, cum ex essentia Filii dicitur, quod et ministratorii Spiritus ex Filio quidem sunt, sed ut illius creaturæ et opificia : Spiritus vero sanctus ex ipso plane est, sed ex essentia ipsius, tanquam qui essentialiter ex ipso subsistit, sed non tanquam unus ex illius administratoriis spiritibus creatis et factis. Ego itaque, ut jam dixi, cum ex essentia Filii audio Spiritum esse, et cum eumdem ex Filio concipio, ex Filio nempe essentialiter Spiritum esse conjicio. Quod si quis inopinabiles atque inopportunas divisiones confingit, et dum ex essentia Filii Spiritus dicitur, non illum ex Filio essentialiter esse intelligit, sed exposcit, Quare

non ex hypostasi ait, qui ex essentia dixit? illud animo volvat, in nonnullis divinis Scripturis reperiri ex Patre Spiritum procedere, in aliis Spiritum ex essentia Patris procedere. Si itaque cum ex Patre procedere reperitur, ex hypostasi illum procedere hic contendet, planum est, cum ex essentia Patris procedere legitur, aliam quamdam ex essentia Patris processionem concipere, et erit secundum ipsum unus Spiritus ex uno Patre duas habens processiones, unam ex hypostasi, et aliam ex essentia : quo quid dici potest absurdius, aut monstruosius? Sed et Filii ex Patre generationem duplicem hic concedet. Namque si aliquando Filium gigni ex Patre Scripturæ tradunt, aliquando eum gigni ex essentia Patris affirmant, quanam ratione non erit alia ex hypostasi Patris generatio Filii, et alia ex essentia Patris, secundum eos qui determinant, ratione hypostasis, et non ratione naturæ Patrem causam esse eorum, quæ ex ipso sunt? Cum enim causam Filii Patrem constituit, qui ex hypostasi Patris eum generari asseruit, aliam quamdam prorsus causam commonstrat, qui ex essentia Patris eum generari dicit: indeque duæ unius Filii causæ ex uno Patre comparent. Si itaque propter quod inde sequitur absurdum, et fallax, qui tantumdem similibus sententiis truderis, ut vel nolens fatearis, nullum esse discrimen, sive ex Patre dicatur Spiritus procedere, sive ex essentia Patris, scito nullam differentiam esse, dum ais, aliquando ex essentia Filii Spiritum, aliquando vero ex Filio. Quod ubi indifferens esse demonstratum sit, quare non concipietur a te, qui ex essentia Patris procedit, et ex essentia Filii exsistit Spiritus sanctus, ex essentia quidem Patris procedens tanquam ex fonte absque principio Deitatis, ex essentia vero Filii exsistens, tanquam per Filium naturaliter et essentialiter ex Patre emanans? Id si ita a te intelligetur, Methonensis condemnabitur, tanquam qui temere supra digestum syllogismum connectit, in quo intempestiva, et de futilibus disceptatione commentæ ab ipso distinctionis contendebat, « ratione hypostasis, et non ratione naturæ Patrem esse causam eorum, quæ ex ipso sunt. » Etenim si, ut alias etiam a me dictum est, aliud essentia est, aliud hypostasis in Deitate, sed non propterea cum dicit quis, ex Patre et ex essentia Patris, absque essentia hypostasim Patris intelligit, aut essentiam absque hypostasi. Quando vero post recensitos syllogismos, alii quoque ab ipso exaggerati sunt, sed nullus inter eos sit, qui nova ad sui eversionem sententia indigeat præ his, quæ ad refellendos alios ejusdem syllogismos adducta sunt, et præsens nostra hæc oratio examinavit, propterea hic adversus eosdem refutationum finem facere decrevimus, illud solummodo observare monentes eum, qui supervacanea loquacitate atque intempestiva concinnatos a Methonensi syllogismos percurrerit, aperte, et sine ulla hæsitatione in uno ex iisdem syllogismis Me-

A Υἱοῦ, τὸ αὐτὸ νοεῖν βούλομαι, τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δηλαδὴ οὐσιωδῶς τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν. Εἰ δὲ ὁ τὰς παραλόγους διαιρέσεις ἀκαίρως ἀναπλαττόμενος, ἐν τῷ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα, οὐ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτὸ ἐθέλει νοεῖν, ἀλλ' ἀπαιτεῖ, διὰ τί μὴ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἴρηκεν ὁ ἐκ τῆς οὐσίας εἰπών, σκεψάσθω ὡς ἔν τισι μὲν τῶν θείων Γραφῶν, ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον εὑρηται, ἔν τισι δὲ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκπορευόμενον τοῦ Πατρός. Εἰ γοῦν, ὁπηνίκα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον εὑρηται, ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἐκπορευόμενον αὐτὸ ἐθέλει οὗτος νοεῖν, εὔδηλον ὡς, ὁπηνίκα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον εὕρηται, ἄλλην τινὰ τὴν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς νοήσει ἐκπόρευσιν, καὶ ἔσται κατ' αὐτὸν τὸ ἓν Πνεῦμα ἐκ τοῦ ἑνὸς Πατρὸς δύο ἔχον τὰς ἐκπορεύσεις, μίαν ἐκ τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἄλλην ἐκ τῆς οὐσίας· οὗ τί ἀτοπώτερον καὶ παραλογώτερον; Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γέννησιν διπλῆν δώσει νοεῖσθαι ὁ τοιοῦτος. Εἰ γὰρ ἔστι μὲν οὗ γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγουσιν αἱ Γραφαὶ, ἔστι δὲ οὗ γεννᾶσθαι αὐτὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς θελογοῦσιν οὐσίας, πῶς οὐκ ἄλλη μὲν ἔσται ἡ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς γέννησις τοῦ Υἱοῦ, ἄλλη δὲ ἡ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, κατὰ τοὺς λέγοντας τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως τὸν Πατέρα αἴτιον εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ ; Ἐπεὶ γὰρ αἴτιον Υἱοῦ τὸν Πατέρα παρέστησεν ὁ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἰπὼν τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι αὐτὸν, ἄλλην τινὰ πάντως B αἰτίαν ἀνέφηνεν, ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἰπὼν γεννᾶσθαι αὐτὸν, κἀντεῦθεν δύο τὰ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ αἴτια ἐκ τοῦ ἑνὸς ἀνεφάνη Πατρός. Εἰ γοῦν διὰ τὸ ἐντεῦθεν ἄτοπον καὶ παράλογον ὁ ταῖς παραλόγοις σὺ χαριζόμενος ταύταις ἐννοίαις συνελαύνῃ καὶ ἄκων ὁμολογεῖν, μηδὲν διαφέρειν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγειν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· γνῶθι μηδὲ διαφοράν τινα ἀναφαίνεσθαι καὶ ἐν τῷ λέγειν ὅτὲ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὁτὲ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Τούτου δὲ ἀδιαφόρου δειχθέντος, πῶς οὐ νοηθήσεταί σοι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχον ἅγιον Πνεῦμα, ἐκ μὲν τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὡς ἐκ πηγαίας ἀνάρχου Θεότητος, ἐκ δὲ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχον, ὡ; διὰ τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ἐκ Πατρὸς ἀναβλύζον ; Εἰ δὲ τοῦτο οὕτω σοι νοηθήσεται, ὁ Μεθώνης διαγνωσθήσεταί σοι μάτην τὸν προανατεταγμένον πλέκων συλλογισμὸν, ἐν ᾧ κατὰ τὴν ἀκαίρους λεπτολογίας τῆς ἐφευρημένης αὐτῷ διαιρέσεως ἔλεγε « τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως τὸν Πανέρα αἴτιον εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ. » Εἰ γὰρ, ὡς καὶ ἀλλοτέ μοι εἴρηται, ἄλλο μέν ἐστιν οὐσία, ἄλλο δὲ ὑπόστασις ἐπὶ τῆς Θεότητος, ἀλλ' οὐκ ἐπὰν λέγῃ τις ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ἀνούσιον ὑπόστασιν νοεῖ τοῦ Πατρὸς, ἢ οὐσίαν ἀνυπόστατον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἕτερα μετὰ τοὺς ἀπηριθμημένους συλλογισμοὺς αὐτῷ ἐπλέκησαν, καὶ οὐδεί; ἐστιν ἐξ αὐτῶν, ὃς καινοτέρου τινὸς εἰς ἀνατροπὴν νοήματο; χρῄζει παρὰ ταῦτα

οἱσπερεὶς ἀνατροπὴν τῶν παρ' ἡμῶν προειλεγμένων συλλογισμῶν ὁ παρὼν οὗτος ἡμέτερος λόγος ἐχρήσατο· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα λῆξαι καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀντιῤῥήσεων διαγινώσκομεν, τοῦτο μόνον σημειοῦσθαι ὑποτιθέμενοι τῷ ἐντυγχάνοντι τοῖς διὰ περιττολογίαν ἄκαιρον ἐκθεῖσι τοῦ Μεθώνης συλλογισμοῖς, ὅτι καθαρῶς καὶ ἀνυποστόλως ἔν τινι τῶν τοιούτων συλλογισμῶν « ἀμέσως τὸ Πνεῦμα εἴρηκεν ἐκ Πατρὸς, » ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἁγίων οὐδέποτε εἴρηκε. Λῆξαι οὖν ἐνταῦθα τῶν ἐπὶ τοῖς τοῦ Μεθώνης ἀντιῤῥήσεων διεγνωκότες, ἐπιβαλοῦμεν ἀπάρτι καὶ οἷς ἡ κλησιαστικοῦ συνεγράψατο σχίσματος. Αὐτίκα γὰρ ποιεῖται σπουδάζων ἀποδεῖξαι μὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, λόγον οὕτω φησίν·

A thonensem assernisse, « immediate Spiritum ex Patre, » quod nullus sanctorum Patrum unquam asseruit. Cum itaque hic contradictionibus adversus Methonensem finem ponere statuerimus, actutum aggrediemur, quæ et Bulgariæ Theophylactus ad promovendum ecclesiasticum schisma concinnavit. Statim enim ille, et in ipso suorum sermonum ingressu ostendere contendens, Spiritum non esse ex Filio, veluti ad Italum convertens orationem, hæc infit:

Θεοφύλακτος ὁ Βουλγαρίας.

ξε'. « Γέγραπται, ἔφης, Πνεῦμα Υἱοῦ, καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ, κἀγὼ τίθεμαι, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προῖὸν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖον αὐτοῦ. Συγγενὲς γὰρ καὶ οὐκ ἀλλότριον, καὶ ὡς παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις πεμπόμενον, καὶ χορηγούμενον, καὶ μεταδιδόμενον. »

Καὶ ὁ μὲν ταῦτα. Ἡμεῖς δὲ τοὺς τῶν ἡμετέρων λόγων διαγνώμονας ἀξιοῦμεν σκοπῆσαι ὅπως ὁ σοφὸς οὗτος ἀνὴρ τὸ, « οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προῖὸν, » ἐξελάβετο. Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ ὅτι οὕτως εἶπε τὸ, « οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προῖὸν, » ὡς ἐὰν εἰπεῖν ἔμελλεν, « οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου ἐκπορευόμενον. » Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ ἐπαγωγὴ, ἐν ᾗ φησιν, « ἀλλ' ὡς παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις πεμπόμενον, καὶ χορηγούμενον, καὶ μεταδιδόμενον. » Ταῦτα γὰρ πάντα πρὸς τὸ ἐκπορευόμενον ἀντιδιαστέλλονται. Μετὰ δὲ τὸ σαφῶς διαγνωσθῆναι ἡμῖν τοῖς τῶν ἐμῶν διαγνώμοσι λόγων, ὡς τὸ *προτέναι* ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ *ἐκπορεύεσθαι* ἐξειλῆφθαι τῷ Βουλγαρίας, ἐρωτῶ ὑμᾶς, πῶς δύναται ὁ Βουλγαρίας τοῖς Ἰταλοῖς ἀντειπεῖν λέγουσι τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐξ Υἱοῦ, ἐὰν ἡμεῖς δείξωμεν τοὺς τῶν θεολόγων ἐκκρίτους ἀριδήλως διατρανοῦντας τὸ Πνεῦμα προῖὸν ἐξ Υἱοῦ; Ἀλλ' ὅτι μὲν πρόεισι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἱκανῶς μοι προαποδέδεικται, καὶ περιττολογία δοκεῖ μοι λοιπὸν παλιλλογεῖν περὶ τῶν αὐτῶν, τὴν δὲ τῆς ὑμῶν διαγνώσεως εὐθύτητα ἀπαιτῶ, εἰς τὸ διακρῖναι πῶς εὐελοκακῶν ἔλεγε τὰ τοιαῦτα, συγκαλύπτων τὸ ἀληθὲς, ὃ καὶ πολλοὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν πεπόνθασιν ἄλλοι, εὑρίσκοντες μὲν τὸ Πνεῦμα προῖὸν ἐξ Υἱοῦ, καὶ οὐχ ἁπλῶς προῖὸν, ἀλλ' οὐσιωδῶς, καὶ προερχόμενον ἐξ Υἱοῦ, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' οὐσιωδῶς, καὶ προερχόμενον καὶ αὐτὸ οὐσιωδῶς, ἃ πάντα τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν οὐσιωδῶς τὸ Πνεῦμα δηλοῦσιν, ἀντιλέγοντες δὲ ὅμως τοῖς Ἰταλοῖς ἄτε γυμνὴν αὐτὴν τὴν λέξιν τῆς ἐκπορεύσεως ἀπαιτοῦντες, καὶ μὴ τὸ δηλούμενον ἐντεῦθεν δεχόμενοι, ὅπερ ἐστὶ τὸ οὐσιωδῶς ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν. Τῷ γὰρ ἐν συλλαβαῖς ἐκφωνουμένῳ προσέχοντες οὗτοι, ὥσπερ ἐν λέξεσι καὶ οὐκ ἐννοίαις ἀναφαινομένης τῆς εὐσεβείας ἡμῖν, παρέτρεχον τὸ ἐκ τῆς ἐννοίας δηλούμενον. Τὸ μὲν οὖν ῥηθὲν τοῦτο ἱκανὸν εἰς ἔλεγχον τοῦ ἀνδρὸς, ἐπὶ τῷ κατὰ ἰδιορρυθμίαν γνώμης τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ἀποθεῖσθαι καταλλαγήν.

B Ὁ Βουλγαρίας Θεοφύλακτος ἐπὶ συγκροτήσει τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ συνεγράψατο σχίσματος. Αὐτίκα γὰρ οὗτος ἐν αὐτῇ τῶν οἰκείων λόγων τῇ εἰσβολῇ, οὓς ποιεῖται σπουδάζων ἀποδεῖξαι μὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὡς πρὸς τὸν Ἰταλὸν σχηματίζων τὸν λόγον οὕτω φησίν·

Theophylactus Bulgariæ.

65. « Scriptum est, ais, Spiritus Filii, et Spiritus Christi, et ipse subjicio, non veluti ex eo proveniens, sed ut proprius illius; confinis enim illi est, et non alienus, tanquam qui ab eo dignis mittatur et suppeditetur.

Hæc ille. Nos vero nostrorum sermonum cognitores exposcimus, ut considerent, quomodo sapiens hic vir illud, « non veluti ex eo proveniens, » accepit. Namque mihi videtur in eam sententiam illud accepisse, ac si dixisset, « non veluti ex eo procedens. » Hocque satis indicat inductio in qua ait: « Sed tanquam qui ab ipso dignis mittatur, suppeditetur, et communicetur. » Hæc enim omnia a procedente distinguuntur. Postquam vero exacte palamque cognitum fuerit a vobis meorum sermonum examinatoribus, *provenire* hoc in loco pro eo, quod est *procedere* a Bulgariæ episcopo assumptum esse, interrogo vos, Quomodo poterit Bulgarus Italis contradicere asserentibus Spiritum procedere ex Filio, si nos ostenderimus inter theologos præcipuos et celeberrimos aperte et palam asseverari Spiritum provenire ex Filio? Verumtamen Spiritum provenire a Filio, satis a me antea demonstratum est, adeo ut inanis loquacitas a me judicetur, si iterum eadem inculcem: et vestræ cognitionis rectum judicium reposco ad discernendum, eum sponte deteriora consectatum, similia enuntiasse ad veritatem occultandam, quod et plerique alii ante eum et post eum perpessi sunt, qui reperientes, Spiritum provenire ex Filio, neque id simpliciter solum, sed essentialiter, et progredi eumdem essentialiter, quæ omnia ex Filio esse Spiritum essentialiter innuunt, contradicunt nihilominus Italis, quasi nudam ipsam processionis dictionem poscentes, nec recipientes, quid illa significatur, quod est essentialiter ex Filio Spiritum esse. Namque quod syllabis enuntiatur attendentes, quasi vero in dictionibus et non in sententiis pietas nostra consistat, quod sententia insinuabatur, negligebant. Itaque hoc, quod diximus, ad refutandum hominem, qui propria contentiosaque opinione Ecclesiarum rejicit reconciliationem satis erit.

66. Ad illud vero quid ipse dicet, cum processionem Spiritus specialem habere intelligentiam dicitat, præter eam, quam inferunt, mitti, suppeditari, et dari? Nam dictiones hasce, quæ sententia manifesto distinguuntur a processione, producit, quasi illis refellendus veniat Italus: quod vero quidam ex Patribus a Filio habere esse dixit Spiritum, alius ex Filio esse Spiritum; et hic quidem ex essentia Filii illum esse, ille vero ex Filio naturaliter et essentialiter esse, et alius, suam hypostasim habere ex essentia Filii, horum inquam verborum nullam ipse mentionem facit. Ego autem ad ipsum veluti præsentem orationem convertam: Sapientissime vir, si contradicere optans, ut redargueres Italos, male asserentes, Spiritum procedere ex Patre et Filio, non admitti, et suppeditari, et dari, discrimen processionis animum advertebas, sed ad ipsum esse Spiritus ex Filio, et ad provenire, et effundi eumdem ex Filio, et ad essentialiter esse eumdem ex Filio hoc pacto specimen aliquod præberes, non a ratione prorsus esse alienam, quam appingebas Italis dissidii causam per differentiam, quæ est inter procedere, et mitti, et suppeditari, et dari. At nunc cum suppeditari et mitti differant a voce procedere; provenire vero, progredi, et profundi nihil differant ab eo, quod infert, essentialiter esse, temere videris ecclesiasticum schisma constabilire, dicens, specialem habere intelligentiam procedere, ac diversam ab ea, quam habent, mitti, suppeditari, et dari. Simile quidpiam tinnit quoque expositio factæ a Servatore discipulis Spiritus insufflationis, cui abunde nostra oratio occurrit, quibus ad eam refellendam adversus alios decertantes rationibus usi sumus, qui et ante te eamdem insufflationis interpretationem tradiderunt. Ego interim gratias tibi ago bonæ mentis, quando te reperio unionem Ecclesiæ veluti a subtili, quod aiunt, filo appendisse, in illis, quæ Italo insinuas: « In aliis quidem concedo tibi vocem usurpandam Spiritus ex Patre et Filio processionis, ut tibi lingua permitit, in communibus pempe sermonibus et colloquiis, si allubescit, in Symbolo vero solo non concedam. » Exosculor animi tui candorem, et agnosco unioni te magnum pondus addidisse, si paucos quosdam tuo ævo inter præsules eximios et conspicuos tibi contigisset proprii propositi deprecatores habere. Quibus vero ratiocinans, iterum argumentaris:

ξς'. Πρὸς ἐκεῖνο δὲ τί ἐρεῖ οὗτος, ὅτε τὸ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα ἰδίαν λέγει ἔχειν τὴν ἔννοιαν παρὰ τὸ πέμπεσθαι, καὶ χορηγεῖσθαι, καὶ δίδοσθαι; Τὰς μὲν γὰρ λέξεις ταύτας, αἳ προδήλως πρὸς τὸ ἐκπορεύεσθαι ἀντιδιαστέλλονται τῇ ἐννοίᾳ, οἶδεν ὡς εἰς ἔλεγχον δῆθεν ἐκτιθέναι τοῦ Ἰταλοῦ· ὅτι δὲ ὁ μὲν τῶν ἁγίων παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ εἶναι ἔχειν ἔφη τὸ Πνεῦμα, ὁ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν αὐτό, ὁ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτό, καὶ ἄλλος ὑποστατὸν εἶναι αὐτὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τῶν ῥημάτων τούτων οὐδ' ἠντιναοῦν μνείαν ποιούμενος φαίνεται. Ἐγὼ δὲ ὡς πρὸς παρόντα φημὶ πρὸς αὐτόν· Εἶγε, ὦ σοφώτατε ἀνερ, ἀντιῤῥῆσιν ποιήσασθαι θέλων εἰς ἔλεγχον τοῦ κακῶς λέγειν τοὺς Ἰταλοὺς, ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, μὴ πρὸς τὸ πέμπεσθαι, καὶ χορηγεῖσθαι, καὶ μεταδίδοσθαι τὴν τοῦ ἐκπορεύεσθαι διαφορὰν ἐθεώρεις, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ, καὶ πρὸς τὸ προϊέναι καὶ προχεῖσθαι αὐτὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ πρὸς τὸ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτὸ ἐξ Υἱοῦ, οὕτως ἂν ἔμφασιν ἐδίδους τινὰ τὸ εὐλογοφανὲς ἔχειν τὴν προσαπτομένην τοῖς Ἰταλοῖς αἰτίαν τοῦ σχίσματος ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τοῦ ἐκπορεύεσθαι πρὸς τὸ πέμπεσθαι καὶ χορηγεῖσθαι καὶ δίδοσθαι. Νῦν δὲ πρὸς μὲν τὸ χορηγεῖσθαι καὶ πέμπεσθαι τῆς ἐκ τοῦ ἐκπορεύεσθαι λέξεως διαφερούσης, πρὸς δὲ τὸ προϊέναι καὶ προέρχεσθαι καὶ προχεῖσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὑπάρχειν οὐσιωδῶς σημασίαν διαφερούσης μηδὲν, μάτην φαίνῃ τῷ τῆς Ἐκκλησίας σχίσματι ἐπισυγκροτῶν, ἀπὸ τοῦ λέγειν ἰδίαν ἔχειν τὴν ἔννοιαν τὸ ἐκπορεύεσθαι παρὰ τὸ πέμπεσθαι, καὶ χορηγεῖσθαι, καὶ δίδοσθαι. Ὁποῖόν τι βούλεταί σοι καὶ ἡ ἐξήγησις τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος γενομένης τοῖς μαθηταῖς τοῦ Πνεύματος ἐμφυσήσεως, πρὸς ἣν ἐξήγησιν ἱκανῶς ὁ ἡμέτερος ἀπήντησε λόγος, ἐν οἷς τοὺς ἀνατρεπτικοὺς αὐτῆς ἐξέθετο λόγους πρὸς ἄλλους διαγωνιζόμενος, οἵτινες καὶ πρὸ σοῦ τὴν τοιαύτην τῆς ἐμφυσήσεως ἐξήγησιν εἰσηγήσαντο. Ἐγὼ δὲ τέως χάριτάς σοι ὁμολογῶ τῆς ἀγαθῆς γνώμης, ὅτι σε εὑρίσκω τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἕνωσιν ὡς ἀπὸ λεπτοῦ ἐξαρτήσαντα μίτου. Ἐν οἷς γὰρ πρὸς τὸν Ἰταλὸν λέγεις, « Ἐμοὶ μὲν τοῖς ἄλλοις συγχωρήσω χρῆσθαί σε τῇ λέξει τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύσεως, ὡς ἡ γλῶττά σοι δίδωσιν, ἐν κοιναῖς λέγω λόγοις, καὶ ὁμιλίαις ἐκκλησιαστικαῖς· ἐν δὲ τῷ Συμβόλῳ μόνῳ οὐ συγχωρήσω, » ἀποδέχομαί σου τὸ τῆς ψυχῆς ἱλαρὸν, καὶ διαγινώσκω πολλὴν δοῦναί σε τὴν ἐπὶ τῇ ἑνώσει ῥοπὴν, εἴγε ὀλίγους τινὰς τῶν κατὰ σὲ τότε τὸν ἀρχιερατικὸν κοσμούντων κατάλογον ἐξεγένετό σοι συνηγόρους τῆς οἰκείας προθέσεως ἔχειν. Ἐν οἷς δὲ συλλογιζόμενος πάλιν λέγεις·

67. « Si major est Pater Filio causa, si et Filius est Spiritus causa, esset et hic eo major, » et hæsitans veluti magna quadam dubitatione Italum impetis, « Ubi usquam invenisti majorem Filium Spiritu dici? »

ξζ'. « Εἰ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ τῷ αἰτίῳ εἴπερ καὶ ὁ Υἱὸς ἐστι τοῦ Πνεύματος αἴτιος, ἔστω καὶ οὗτος μείζων αὐτοῦ· » καὶ διαπορῶν ὡς μέγα τι πρὸς τὸν Ἰταλὸν διαπόρημα λέγεις, « Ποῦ σοι τοῦτο ἐξεύρηται, μείζονα τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγεσθαι; »

Considera, ne tibi hæc dubitatio in opprobrium

Σκόπει, μήποτε εἰς αἰσχύνην περιστήσεταί σοι

ἡ ἀπορία, ἐὰν ὁ Ἰταλὸς τὸν μέγαν παραγάγῃ σοι Ἀθανάσιον ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πρώτῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Αἱ μὲν αἱρέσεις ὅσαι τῆς ἀληθείας ἐπινοήσασαι μανίαν ἑαυταῖς φανεραὶ τυγχάνουσι, λέγοντα οὕτως · « Τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος, τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἔλεγεν · « Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστελῶ, κἀκεῖνο ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει, λαλήσει. » Ὁρᾷς ὁ τῶν ἐμῶν λόγων ἐξεταστὴς, ὅπως οἱ πολλοὶ τῶν σοφῶν, ἐκ τοῦ μὴ ἐπιμελῶς ἐπελθεῖν τὰ θεολογικὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ, πρὸς τὴν ἕνωσιν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἀπεδυσπέτησαν ; Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ ἑφεξῆς τοῦ Βουλγαρίας συλλογισμὸς τὴν εἰς τοὺς μαθητὰς ἐμφύσησιν ἐπὶ τοῦ μέσου προσφέρει, καὶ,

ξη'. « Εἰ τηνικαῦτα, » φησὶ, « τὸν Παράκλητον αὐτοῖς ὁ Κύριος ἔδωκε, ποῦ θήσεις τὸ, Ἐὰν μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς ;»

Καὶ ταῦτα λέγει ἀγνοῶν τὴν ἐν σωματικῷ εἴδει τῶν πυρίνων γλωσσῶν ἐπιφοίτησιν τοῦ Πνεύματος ἐπηγγέλθαι παρὰ τοῦ Σωτῆρος τοῖς μαθηταῖς. « Ἐπεὶ ἔδει, τοῦ Σωτῆρος ἡμῖν σωματικῶς ὁμιλήσαντος, καὶ αὐτὸ φανῆναι σωματικῶς, » κατὰ τὸν μέγαν εἰπεῖν Γρηγόριον. Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ ὅπερ ἐπισυνείρει τοῖς φθάσασι τῶν συλλογισμῶν λέγων · « Ἡ κατὰ τὴν Πεντηκοστὴν παρουσία τοῦ Πνεύματος, ἢ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περιττὴ, ἢ ἄλλου Πνεύματος · καὶ ποῖον τοῦτο; » Ταῦτα γὰρ λέγων, οὐκ οἶδεν ὡς ἐριστικῆς ταῦτα διανοίας καὶ ἐθελογνώμονος ἀναπλάσματα. Πόθεν γὰρ τὴν ἐν τῇ Πεντηκοστῇ παρουσίαν τοῦ Πνεύματος, εἰ τοῦ αὐτοῦ ἐστι Πνεύματος, περιττὴν εἶναι λέγει ; Εἰ γὰρ ἐν τῇ Πεντηκοστῇ παρουσίαν περιττὴν εἶναι ἀποφαίνεται, ἐὰν αὐτοῦ ἐκείνου ἐστὶ τοῦ Πνεύματος, τοῦ πρὸ τῆς Πεντηκοστῆς ἐμφυσηθέντος τοῖς μαθηταῖς, πολλαὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀναφανήσονται περιττότητες · ὃ τῆς ἰσχάτης ἀτοπίας ἐστίν. Ἐξ ὅτου γὰρ τῷ πρωτοπλάστῳ εἰς ψυχὴν ζῶσαν παρὰ τοῦ δημιουργοῦντος ἐνεφυσήθη, διαφόροις ἐπιδημίαις ἐσύστερον τοῖς ἀξίοις καταπεφοίτηκεν. Ἀλλ' ὅμως, εἰ καὶ πολλοῖς καὶ πολλάκις καταπεφοίτηκεν, οὐδεμία τῶν αὐτοῦ παρουσιῶν περιττή · ὁ Βουλγαρίας δὲ ἐάν, ὅτι πρὸ τῆς Πεντηκοστῆς ἐνεφυσήθη τοῖς μαθηταῖς, τὴν ἐν τῇ Πεντηκοστῇ παρουσίαν αὐτοῦ ἢ περιττὴν θέλῃ λέγειν, ἢ ἄλλου Πνεύματος παρουσίαν, οὐ τότε μόνον κατὰ τὸ περισσὸν ἐρεῖ καταπεφοιτηκέναι τὸ Πνεῦμα τοῖς μαθηταῖς, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἐν τῇ Πεντηκοστῇ καθόδου, καὶ ὅτε τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι τῶν προφητῶν ἐν διαφόροις χρόνοις καὶ τρόποις ἐπιφοιτῆσαν ὡμίλησεν. Εἰ γὰρ καὶ νῦν μὲν ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν, τότε δὲ οὐχ οὕτω τοῖς ὑποδεχομένοις ἐπιφοιτῶν ἦν, ἀλλ' ὅμως τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἦν τὸ ἐπιφοιτῶν, καὶ οὐδεμία τῶν τοῦ Πνεύματος διαφόρων παρουσιῶν περιττὴ κληθήσεται, τοῖς εἰς εὐθύτητα τῶν Γραφῶν τὰς ἑαυτῶν

A vertatur, si Italus magnum tibi Athanasium producet oratione prima adversus Arianos, cujus principium, « Hæreses quidem, quæ veritatis insaniam excogitarunt sibi ipsis manifestæ sunt, » hæc tradentem : « Discipulis Dominus deitatem et magnitudinem suam ostendens, non minorem semetipsum Spiritu, sed majorem et æqualem esse significans, tradebat Spiritum, dicebatque : « Ego illum mitto, et ipse me glorificabit, et quæcunque audiet loquetur [16]. » Videsne, sermonum meorum cognitor, plerosque ex sapientibus, quod negligenter sanctorum dicta theologica pertractarunt, unionem cum Romana Ecclesia fastidivisse? Rursus qui sequitur Bulgari syllogismus factum discipulis inflatum in medium profert.

B

68. « Et si tum, » ait, « Paracletum illis Dominus elargitus est, quonam in loco pones illud, Si ego non abiero, ille non veniet ad vos? »

Hæc enuntiat ignorans, in corporea specie ignitarum linguarum Spiritus adventum promissum fuisse a Servatore discipulis. « Opus enim erat, cum Servator corpore nobiscum versatus fuisset, Spiritum etiam corpore comparere, » ut verbis magni Gregorii utar. Non est absimile, quod cum præcedentibus syllogismis complicat, dicens, « Die Pentecostes adventus Spiritus, vel ejusdem, et supervacaneus, vel alterius Spiritus : et cujus? » Hæc enim dicens, non novit ea contentiosæ mentis, C et propria adamantis esse commenta. Unde enim habet, die Pentecostes, Spiritus adventum, si ejusdem fuit Spiritus, supervacaneum fuisse? Namque si die Pentecostes adventum supervacaneum decernit, si ejusdem est Spiritus, ante Pentecostem discipulis inflati, multæ ejusdem adventus redundantiæ comparebunt, quod extremæ absurditatis fuerit. Ex quo enim primum creato homini in viventem animam a Creatore inflatus est, diversis adventibus postmodum ad dignos descendit, nihilominus licet ad plures et sæpius descenderit, nunquam tamen ullus illius adventus supervacaneus reputatus est. Verum Bulgarus, si quod ante Pentecostem discipulis inflatus est, adventum illius in Pentecoste, aut supervacaneum vult dicere, aut D alterius Spiritus adventum, non solum tum supervacanee affirmabit, descendisse Spiritum discipulis, sed et ante in Pentecoste adventum, et cum huic vel alteri prophetarum alio atque alio tempore, et modis diversis adveniens associatus est. Nam si nunc in forma ignitarum linguarum, tum vero non simili ratione acceptantibus adveniebat, nihilominus idem adveniebat Spiritus, et nullus variorum Spiritus adventuum supervacaneus nuncupabitur ab illis, qui per rectas Scripturarum semitas propria vestigia dirigunt. Quæ si ita se habent, frustra sapiens hic vir enuntiat, « In Pentecoste adventus

[16] Joan. xvi. 14.

Spiritus, aut ejusdem et supervacaneus, aut alicrius, et cujus? »

Πεντηκοστὴν παρουσία τοῦ Πνεύματος, ἢ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περιττὴ, ἢ ἄλλου Πνεύματος· καὶ ποῖο τοῦτο; »

69. Ad dictum vero prope fine syllogismorum, ubi veluti necessarium præ aliis omnibus concludit, « procedere Spiritum ex solo Patre, » refutandum, nihil aliud opporunius Italo fuerit, quam ejusdem ipsius conceptus, ab eodem in exordio orationis adversus Latinum propositus. Nam quemadmodum ibi hic vir, quasi os Itali obstruens, et in dubium inevitabile compellens, dicebat : « Si ex Filio Spiritus procedit, quid fuit impedimento, ne Christus diceret : qui ex Patre et me procedit? » non alia ratione Latinus eidem reddens verba sua, fatebitur : Si ex solo Patre procedit Spiritus, quid impedimento fuit Christo, ne diceret, Qui ex solo Patre procedit? Et cum postea hic exprobrat Italo, vestigia Christi pauperum Evangelistæ non sequi, quod superaddat, « et ex Filio; » iisdem et ipse exprobrationibus obnoxius erit, quod superaddat *ex solo*. Et hæc quidem ad dicta Bulgari refellenda adducta sunt.

ξθ'. Πρὸς δὲ τὸ εἰρημένον πρὸς τῷ τέλει τῶν τούτου συλλογισμῶν, ἐν ᾧ ὡς ἀναγκαῖόν τι ἐπὶ πᾶσι συνάγει τὸ « ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, » οὐδὲν ἄλλο ἔσται τῷ Ἰταλῷ χρήσιμον εἰς ἀνατροπὴν, ἀλλ' ἢ αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ νόημα αὐτοῦ, ὅπερ οὗτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς τοῦ λόγου κατὰ τοῦ Λατίνου προέτεινεν. Ὡς γὰρ ἐκεῖσε οὗτος, ἐπισιμίζων δῆθεν τὸν Ἰταλὸν, καὶ ὥσπερ εἰς ἄφυκτον ἀπορίας συνελαύνων αὐτὸν, ἔλεγεν, « Εἰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα, τί ἐκώλυεν εἰπεῖν τὸν Χριστὸν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐμοῦ ἐκπορεύεται; » οὕτω καὶ ὁ Λατῖνος, τοῖς αὐτοῦ χρησάμενος λόγοις, ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν, « Εἰ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα, τί ἐκώλυε τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, ὃ παρὰ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται; » Καὶ ἐπεὶ οὗτος ὀνειδίζει τὸν Ἰταλὸν, οὐ κατακολουθοῦντα τῷ τῶν πτωχῶν εὐαγγελιστῇ Χριστῷ, διὰ τὸ προστιθέναι « καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, » τοῖς αὐτοῖς καὶ οὗτος περιπεσεῖται ὀνειδισμοῖς, διὰ τὸ προστιθέναι τὸ καὶ *ἐκ μόνου*. Ἐν τούτοις καὶ τὰ ἐπὶ τῇ ἀντιῤῥήσει τῶν τοῦ Βουλγαρίας ῥητῶν.

70. Et in his præterea adversus similes homines, quos ad hoc tempus videre contigit, nostra studia collocavimus, ut ostenderemus eos, qui ante nos fuere sapientia illustres viri, perperam Ecclesiarum dissidium promovisse. Plerique enim ex ipsis non ut fratres addecet, quæ a fratribus afferebantur acceptare sustinebant, sed contradicentes in eos invehebantur, et ex ipsis unusquisque primas sibi in sapientia vendicare existimans, si hæreseos crimen proximis valeret appingere, obvios quosque nonnullarum versutarum sententiarum commentis a se rejicere moliebatur, si forte sibi hoc modo obvenisset fama fidei fortasse ardentioris, et zeli alicujus pro recta fide tutanda, cum aliorum circa res divinas segnitiem, et rerum nostrarum infidam proditionem condemnasset. Et hæc plerique conabantur, quod refriguisset charitas, et multiplicata esset iniquitas, ut scripto traditum est. Nos vero nihil simile animo volventes, Ecclesiarum concordiam candidissime amplexati sumus. Et nè videremur nonnemini inconsiderate et absque ullo examine, nullisque Scripturarum testimoniis fulti, ecclesiasticam pacem exosculari, operæ pretium esse duximus, dicta sanctorum, diversis in locis dispersa, ad demonstrandum, Spiritum esse ex Patre et Filio, quod asserentibus Italis, Ecclesias dividens scandalum erupit, hic in prima parte orationis in unum recollecta digerere, tum deinceps in secunda refutationem eorum, qui contra jus fasque omne dissidium Ecclesiarum fovent, apponere. Et cum defensio a nobis relinquenda esset, dum non ita facilis multis videretur superatu longus temporis tractus, æque ac si ne uno quidem die discindens Ecclesias schisma perdurasset,

ο'. Καὶ ἐν τοσούτοις πάντα λοιπὸν, πρὸς ἃ ἡμεῖς ἐνδειξάμεθα τὴν σπουδὴν, ὅσοις τέως ἡμῖν ἐξεγένετο ἐντυχεῖν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ καλῶς τοῖς πρὸ ἡμῶν σοφοῖς ἀνδράσι σπουδάζεσθαι τὴν διάστασιν τῶν Ἐκκλησιῶν. Οἱ πολλοὶ γὰρ αὐτῶν οὐκ ἀδελφικῶς τὰ παρὰ τῶν ἀδελφῶν εἰσαγόμενα δέχεσθαι ἀπεδέχοντο, ἀλλ' ἀντιθετικῶς αὐτοῖς προσεφέροντο· καὶ τούτων ἕκαστος, ὥσπερ τι πρωτεῖον ἐπὶ δόξῃ σοφίας οἰόμενος ἀπενέγκασθαι, εἰ ἔγκλημα αἱρέσεως τοῖς πλησίον ἰσχύσει προσεπιτρίψασθαι, τοὺς φθάσαντας παραγχωνίσασθαι ἐσπευδεν, ἐπὶ εὑρέσει σεσοφισμένων διανοημάτων τινῶν, εἴπως ἂν αὐτῷ γένοιτο ὄνομα τάχα πίστεως θερμοτέρας, καὶ ζήλου τινὸς ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ἐπὶ τῷ καταγνῶναι ἄλλων ψυχρότητα περὶ τὰ θεῖα καὶ προδοσίαν τῶν ἡμετέρων. Καὶ ταῦτ' ἐποίουν οἱ πολλοὶ διὰ τὴν τῆς ἀγάπης ἀπόψυξιν, πληθυνθείσης τῆς ἀνομίας, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἡμεῖς δὲ μηδὲν φρονοῦντες τοιοῦτον ἐπὶ τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην εὐγνωμονέστατα ἤλθομεν. Καὶ ἵνα μή τισι δόξειεν ἀλογίστως ἡμᾶς καὶ ἀβασανίστως ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἐλθεῖν, μηδέν τι ἐπισυγκροτουμένους ἀπὸ χρήσεων γραφικῶν, ἔδοξεν ἡμῖν, τὰ σποράδην ἐγκείμενα ῥητὰ ταῖς τῶν ἁγίων γραφαῖς, εἰς δήλωσιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὅπερ τῶν Ἰταλῶν λεγόντων, τὸ μέσον τῶν Ἐκκλησιῶν σκάνδαλον ἀνερράγη, ἐνταῦθα κατὰ τὸ πρότερον εἶδος τοῦ λόγου ἐκθέσθαι, καὶ πάλιν κατὰ τὸ δεύτερον τὸν ἔλεγχον τῶν μὴ δικαίως, μηδὲ καλῶς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπισυγκροτούντων διάστασιν. Ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἀπολογίαν καταλιπεῖν ἡμᾶς, ἐφ' οἷς ἡμῖν ἔδοξε τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν ἄμαχον εἰς ἀνατροπὴν κράτος τοῦ χρόνου οὕτω παριδεῖν, ὡς εἰ μηδεμίαν ἡμέραν τὸ μέσον τῶν Ἐκκλησιῶν

γέγονε σχίσμα, ἀπολογίαν ἀποχρῶσαν κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν τὰ παρόντα κατελελοίπαμεν, τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην πραγματευσάμενοι, καὶ τῶν ἡμετέρων ἐθῶν τε καὶ τάξεων ἀμεταποιήτως εἰς τὸ παντελὲς ἐξεχόμενοι, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς ὁμοουσίου Τριάδος. Ἀμήν.

A fortem atque invictam, ut opinor, defensionem, quæ hic concinnavimus, posteris reliquimus, Romanæ Ecclesiæ concordiam procurantes, et nostris consuetudinibus et ordinibus sine ulla mutatione ex toto adhærentes, in gloriam Patris Filii et Spiritus sancti, consubstantialis Triadis. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

—

EJUSDEM

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

(Græciæ Orthod. tom. I, p. 225.)

—

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας νεοθευμένην εἶναι τὴν παρὰ τῷ λόγῳ τοῦ μεγάλου Βασιλείου εὑρισκομένην ῥῆσιν, τὴν λέγουσαν, « παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. »

Α'. Καὶ ἐπεὶ πρὸ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγη τις ἀνέκυψε ζήτησις περὶ τῆς ῥήσεως, ἣν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων θεολογῶν περὶ τοῦ Πνεύματος εἴρηκε, φέρε δὴ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐξεταστέον τὰ περὶ αὐτῆς. Ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ μᾶλλον ἐν αὐταῖς τοῦ λόγου ταῖς εἰσβολαῖς εὕρηται λέγων ὁ ἅγιος· « Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τῷ εἶναι αὐτοῦ Πατέρα, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος, καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποδέδηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως, ἀκολουθεῖν εἴποιμεν. » Αὕτη μὲν ἡ τοῦ μεγάλου Βασιλείου περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ῥῆσις. Ἐπὶ δὲ ταύτῃ δέον ὂν τοὺς τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας τροφίμους ἀγαλλιασθῆναι καὶ εὐφρανθῆναι, ὡς εὑρη-

CAPUT I.

Adversus eos, qui asserunt, magni Basilii dictum, quo affirmatur, « ex Filio esse Spiritum sanctum, » et repetitur in illius oratione, adulteratum esse.

B Et cum ante alia in magnam disputationem ac controversiam vocetur dictum, quod magnus Basilius tertia adversus Eunomium oratione, de Spiritu pertractans asseruit, age nunc ante alia, quid de eo sentiendum sit, expendamus. In hac oratione, imo in ipso illius ingressu hæc sanctus exarasse comperitur : « Quæ enim necessitas, si dignitate et ordine tertius est Spiritus, tertium illum esse et natura? namque dignitate posteriorem esse Filio, tanquam qui ab eo, quod sit, habet, et ab eo accipit, et nobis annuntiat, et prorsus illi causæ adhæret, nobis pietatis sermo tradit : natura vero tertia uti, neque a divinis Scripturis edocti sumus, neque ex jam dictis consequenter colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo est, et dignitate, quoniam origo atque causa, quod ille sit, Pater est, et quod per ipsum accessus et adductio ad Deum Patrem : natura vero nullo modo secundus, quod in utroque una Deitas est. Ita videlicet et Spiritus sanctus, etsi dignitate et ordine secundus a Filio est, non tamen verisimiliter alienæ esse naturæ inde consequi dixerimus. » Et hoc est magni Basilii de Spiritu sancto dictum, pro quo cum nostræ Ecclesiæ alumnis gaudendum, maximaque delectatione lætandum esset, quod præcipuum in rebus theologicis pertractandis Basilium reperierint. vel-

uti acerrimum exstimulatorem ad Romanæ Ecclesiæ pacem concitantem, illi contra multiplici ærumna discruciantur, multoque iniquiore miseria ætatem agunt, æque ac si non fratres lucrari, sed fratres perdere contenderent. Et quoniam dicto hoc plane dignoscitur, perperam Romanos insimulari, duo principia introducere, dum ex Patre et Filio Spiritum esse dicunt, illud criminari convellereque non verentur. Et crimen, nondum liquet, an ad magnum Basilium, an vero ad exscriptores librorum, in quibus dictum continetur, referatur; ut tamen qui dictum criminantur, contendunt, ad exscriptores librorum, ut vero ipse conjicio singula examinans, ad eum ipsum, qui in omnibus, quæ in explicandis rebus divinis scripto tradidit, irreprehensus habitus est.

2. Et ut planius deprehendatur adversus quem ista accusatio dirigatur, induenda nobis est contradicentium persona et quæ illi objiciunt, in medium afferenda, tum vero postea quæ nos ad eos refutandos commentati sumus, apponenda. Tum enim modis omnibus alterum ex his consequetur, aut dictum codices continentes falsi deprehendentur, eruntque causa superiores, qui exscriptoribus crimen appingunt: aut integri demonstrabuntur, et tum nullum dubium remanebit, ipsum magnum Basilium crimine notari. Etiamnum utrumque examinetur. Dictum hoc, inquiunt, Basilii magni non est. Hujus ratio si postuletur, respondent, non illud omnibus in libris circumferri, in quibus dictum hoc continens oratio exarata est. Et hoc solummodo abunde satis esse existimant, ad demonstrandum libros, dictum simile referentes, corruptos fuisse, et sese defendendos, non in dicta theologia Basilii, dum contradicunt, linguam acuere.

3. Mihi vero cum animus sit demonstrare, necessario prorsus in voluminibus dictum continentibus veritatem esse, ut una cum demonstrata voluminum veritate, magnum Basilium ab iis insimulari ostendatur, hunc in modum dicendi initium facio: Si nullo in volumine dictum hoc esset exaratum, essent quæ de eo afferri possent, omni objectione superiora: verumtamen cum in nonnullis non habeatur, in nonnullis aliis inseratur, considerandum est ab illis, qui neutram in partem propendent, et recta mente res dijudicant, quænam pars voluminum corrupta sit, an ea, in quibus dictum ascribitur, an vero altera in quibus nusquam apparet; ostensione siquidem partis adulteratæ simul quoque ostendetur, quemnam criminatio impetet. Sed qui hac ratione rem perpendunt, accurate, ut opinor, intelligunt, summæ vesaniæ esse, volumina dictum præseferentia conficta existimare. Namque si post dissidium cum Romana Ecclesia volumina ista exscripta sunt, quomodo quispiam, dummodo sanus sit, et animus illius non sit a sapientia remotus, admittet, tempore, quo inter Ecclesias

A κότας τὸν μέγιστον τὴν θεολογίαν Βασίλειον νέττοντα ὥσπερ αὐτοὺς, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν εἰρήνην διερεθίζοντα, οἱ δὲ ἀλλ' ἀδημονοῦσί τε καὶ ἀσγάλλουσιν, ὥσπερ οὐκ ἀδελφοὺς κτήσασθαι, ἀλλ' ἀδελφοὺς ἀποβαλέσθαι φιλονικοῦντες. Καὶ ὅτι γε ἡ ῥῆσις αὕτη διαγινώσκειν δίδωσι μάτην διεγκαλεῖσθαι Ῥωμαίους περὶ τοῦ δύ ἀρχὰς τοῦ Πνεύματος λέγειν, εἰ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγουσιν εἶναι αὐτὸ, διαβάλλειν ταύτην οὐ ὑποστέλλονται. Καὶ ἡ διαβολὴ οὐκ οἶδα εἴτε πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον ἀποτείνεται, εἴτε πρὸς τοὺς τὰς βίβλους καλλιγραφήσαντας, αἷς ἡ ῥῆσις ἐμφέρεται, ὡς μὲν οἱ διαβάλλοντες τὴν ῥῆσίν φασι, πρὸς τοὺς τῶν βίβλων γραφεῖς ἡ διαβολὴ, ὡς δὲ ἐγω συνίημι πανταχόσε ἀποσκοπῶν, πρὸς αὐτὸν ἡ διαB βολὴ, τὸν ἐπὶ πᾶσιν οἷσπερ τεθεολόγηκεν ἀδιάβλητον.

β'. Καὶ ἵνα διαγνωσθῇ καλῶς, ὅπη τείνει τὸ τῆς διαβολῆς εὔστοχον, δεῖ καὶ τὸ τῶν ἀντιλεγόντων πρόσωπον ἀναδέξασθαι, καὶ ἅπερ οὗτοί φασιν ἀντιλέγοντες ἐπὶ τοῦ μέσου προθεῖναι, καὶ τὰ πρὸς ἔλεγχον αὐτῶν εἰρημένα παρ' ἡμῶν ἀνθυπενεγκεῖν. Πάντι γὰρ τρόπῳ δυοῖν τούτοιν θάτερον ἔσται, ἢ αἱ τὴν ῥῆσιν ἔχουσαι βίβλοι ψευδεῖς ἐλεγχθήσονται, καὶ τὸ κράτος ἔσται τοῖς τὴν διαβολὴν πρὸς τοὺς γραφεῖς ἀναφέρουσιν, ἢ ἀληθεῖς αὗται ἀποδειχθήσονται, καὶ οὐδὲν λοιπὸν τὸ ἀμφίβολον, μὴ οὐχὶ πρὸς αὐτὸν τὸν μέγαν Βασίλειον τὰ τῆς διαβολῆς ἀναφέρεσθαι. Καὶ δὴ σκοπητέον ἑκάτερον. Οὐ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, φασὶν, ἡ ῥῆσις αὕτη ἐστί. Καὶ τίς ἡ ἀπόδειξις C ἐρωτώμενοι, τὸ μὴ πάσαις φασὶ ταῖς βίβλοις ταύτην ἐμφέρεσθαι, αἷς ὁ τὴν ῥῆσιν ταύτην περιέχων τοῦ ἁγίου λόγος κεκαλλιγράφηται. Καὶ τοῦτο μόνον ἀρκοῦσαν εἶναι ἀπόδειξιν οἴονται τοῦ διεφθορότος τῶν τὴν ῥῆσιν ἐχουσῶν βίβλων· ὅπερ ἱκανὸν εἰς ἀπολογίαν νομίζουσι τοῦ μὴ κατὰ τῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου θεολογίας τὴν ἀντίῤῥησιν ἀπερεύγεσθαι.

γ'. Ἐγὼ δὲ, ἀποδεῖξαι βουλόμενος κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην τὰς τὴν ῥῆσιν ἐχούσας βίβλους ἔχειν τὸ ἀληθὲς, ὡς ἂν συναποδεδειγμένον εἴη τῇ ἀληθείᾳ τῶν βίβλων τὸ τὸν μέγαν Βασίλειον διαβάλλεσθαι παρ' αὐτῶν, οὕτω λέγειν προῆγμαι. Εἰ μὲν οὐδόλως ἐν οὐδεμιᾷ τῶν βίβλων ἡ ῥῆσις ἐνεφέρετο αὕτη, ἦσαν ἂν καὶ πάσης ἀντιῤῥήσεως ἀνώτερα τὰ περὶ D αὐτῆς· ἐπεὶ δὲ τῶν μὲν διαγέγραπται, ταῖς δὲ τῶν βίβλων ἐμφέρεται, σκοπεῖν δεῖ τοὺς ἀῤῥεπεῖς τε καὶ εὐθυγνώμονας, ὁποῖον μέρος τῶν βίβλων νενόθευται, ἄρά γε τὸ παρ' αἷς ἡ ῥῆσις κεκαλλιγράφηται, ἢ τὸ παρ' αἷς οὐχ εὑρίσκεται. Τῇ γὰρ ἀποδείξει τοῦ νενοθευμένου μέρους τῶν βίβλων, συναποδειχθήσεται καὶ ὅποι τείνει τὸ τῆς διαβολῆς εὔστοχον. Ἀλλὰ τοῖς οὕτω γε διασκοπουμένοις διαγνωσθῆναι πέπεισμαι ἀκριβῶς πολλῆς τῆς ἠλιθιότητος γέμειν τὸ οἴεσθαι τὰς τὴν ῥῆσιν ἐχούσας βίβλους πεπλάσθαι. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας διάστασιν αἱ βίβλοι ἐγράφησαν αὗται, πῶς ἄν τις νοῦ καὶ φρενῶν κύριος δίξαιτο τοὺς ἐν καιρῷ τῆς μεταξὺ τῶν Ἐκκλησιῶν μάχης τὰ ἡμέτερα βιβλιογραφοῦντας παρεγγράφειν, ἢ παρεντίθεσθαι

τι ταῖς βίβλοις ἡμῶν, τοῖς ἀντιδίκοις τὴν καθ' ἡμῶν ἰσχὺν παρεχόμενον; Εἰ δὲ πρὸ τῆς διαστάσεως, τίνα ἂν ἔχοι λόγον τὰς βίβλους νοθεύεσθαι ἐπ' ἐκείνοις τοῖς λόγοις καὶ δόγμασι, περὶ ὧν οὐδὲν ζήτημα ἦν, δι' ὁποίόν τι ἔστιν ὅτε καὶ παραφέρονταί τινες πρὸς κακουργίαν τοιάνδε; Οὔτε γοῦν ὁ τῆς μάχης χρόνος, οὔτε ὁ τῆς εἰρήνης συγχωρεῖ παραδέξασθαι, τὰς τὴν ῥῆσιν ἐχούσας βίβλους νοθευθῆναι εἰς προσθήκην παρέγγραπτον, τὰς δὲ μὴ ἐχούσας καὶ μάλα βεβαίως ὁ συνετὸς διαγνώσεται τὸ νενοθευμένον ἔχειν καὶ κίβδηλον. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τῆς διαστάσεως χρόνος εἰς ἑκατοντάδας ὅλας ἐτῶν ἐξηπλώθη, καὶ οὐκ ὀλίγοι ἀνεφάνησαν διὰ μέσου ἐνστατικῶς πάνυ πρὸς λογικὰς διαλέξεις κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀποδυσάμενοι, τῶν μάλα εἰκότων λογιεῖταί τις, τινῶν βίβλων διαγραφῆναι ῥῆσιν ἐκείνην, ἐξ ἧς οὐκ ἀγεννὴς ὁ ἔλεγχος ἀναφαίνεται τῶν τὴν διάστασιν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπισπευδόντων ὥσπερ καὶ ἐπισυγκροτούντων. Διὰ γοῦν ταῦτα ὁ ταῖς βίβλοις τὴν παραφθορὰν ἐπιγραφόμενος λόγος ταῖς τὴν ῥῆσιν ἐχούσαις, κοιναῖς ἄντικρυς ἐννοίαις μαχόμενος φαίνεται, ὡς ὁ τὸν ἥλιον διαβεβαιοῦσθαι πειρώμενος σκότους εἶναι ποιητικὸν, τὰ ὑπὲρ γῆν διιππεύοντα, καὶ πληροῦν πάλιν φωτὸς τὰ ἡμέτερα, ἐν τῷ τὸν δυτικὸν ὑποτρέχειν ὁρίζοντα. Καὶ εἰ τοῦτο, συναποδεδεῖχθαι δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοὺς ἀντιλέγοντας ταῖς τοιαύταις βίβλοις τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἀντιλέγειν. Ἔστι μὲν οὖν μηδενὸς ἄλλου προσδεῖν, ἀλλὰ τῇ γεγονυίᾳ ἤδη ἀποδείξει ἀρκεῖσθαι, ἐπὶ τῷ διαγινώσκειν τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἶναι τὴν ῥῆσιν, καὶ οὐχὶ νόθον τι ἔχειν τὰς αὐτὴν ἐχούσας βίβλους, οὐδὲ παρέγγραπτον.

ϐ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπὸ ἄλλων ῥήσεων γραφικῶν ἔστι τὸ ἀληθὲς τῆς ῥήσεως ταύτης συστῆσαι, ὁ Νύσσης Γρηγόριος πρὸς σύναρσιν ὥσπερ τοῦ μεγάλου διανιστάμενος Βασιλείου, ἀπαντήσει κατὰ στόμα τοῖς διαπιστοῦσιν αὐτῷ λέγοντι, « τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχειν τὸ εἶναι. » Οὗτος καὶ γὰρ ἐν τῇ εἰς τὸ *Πατὴρ ἡμῶν* ὁμιλίᾳ αὐτοῦ, ἧς ἡ ἀρχὴ, « Ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωϋσῆς τῇ κατὰ τὸ ὄρος μυσταγωγίᾳ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν, » οὕτω φησίν· « Ὁ τε γὰρ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθε, καθώς φησιν ἡ Γραφὴ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ὁ Λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. » Τί γοῦν φήσουσιν οἱ ἀντιλέγειν πάντα βουλόμενοι, τὴν θεολογοῦσαν ῥῆσιν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχον τὸ εἶναι, διαβαλοῦσι, μὴ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου θεολογεῖσθαι τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου; Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ὁ Νύσσης ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖσθαι τὸ Πνεῦμά φησι. Καὶ ὁ μέγας δὲ Κύριλλος, μετ' αὐτοὺς τῷ χρόνῳ θεολογήσας, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα ἐν πολλοῖς τῶν θεολογικῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ διετράνωσεν. Εἰ μὲν οὖν οἱ πάντα ῥᾳδίως, ὡς

inimicitiæ exercentur, nostrorum librorum exscriptores omisisse, aut apposuisse aliquid nostris voluminibus, quod robur adversariis nostris adversum nos conciliaret? Si ante dissidium, quæ causa fuerit, libros adulterandi in sermonibus iis atque dogmatibus, de quibus nulla quæstio mota erat, propter quam aliquando ad similia maleficia non nemo adigitur? Neque itaque pugnæ tempus, neque pacis permittit, ut admittamus voluminibus dictum continentia additione inserta adulterata fuisse, at illa, quæ non continent prudens quilibet et quam certissime spurium in se habere, et ementitum agnoscet. Etenim cum dissidii tempus ad annorum centenas [periodos easque integras extensum fuisset, et interim non pauci contentiose admodum dialecticis disputationibus Romanos adorirentur, verosimillimum quispiam existimaverit, dictum illud aliquibus voluminibus ademptum fuisse, quo valida satis refutatio eorum enascitur, qui Ecclesiarum dissidium studiose procurant, et constabilire conantur. Quapropter qui voluminibus dictum referentibus corruptionem ascribit sermo, palam aperteque communibus notionibus adversatur, quemadmodum qui solem tenebrarum esse auctorem confirmare nititur, cum super terrena equitat, et nostra isthæc omnia lumine replere, cum occiduum finientem subit. Idque si ita est, simul demonstratum quoque videtur, dictis voluminibus contradicentes, magno itidem Basilio contradicere. Neque alia ulla opus fuerit, sed jam asserta demonstratio abunde sufficiet, ad dignoscendum dictum magni Basilii esse, et illud referentes libros adulteratos non esse, neque novæ scriptionis additione fœdatos.

4. Verum enim vero cum et aliis etiam scripto traditis auctoritatibus veritas dicti constabilienda est, Nysseuus Gregorius ad opem auxiliumque magni Basilii concurret, et os comprimet non credentium illi dicenti, « Spiritum a Filio habere esse. » Hic Homilia in Orationem Dominicam, cujus principium est, « Cum adduceret magnus Moyses mystagogia, quæ in monte habita est, Israeliticum populum, » hæc habet: « Namque Filius ex Patre exivit, ut sacræ Litteræ tradunt, et Spiritus ex Deo et Patre procedit. » Et paucis interjectis: « Nam unigenitus Filius ex Patre in sacris Litteris dicitur, et ad hoc usque Verbum suam proprietatem sistit. Spiritus autem sanctus ex Patre dicitur et ex Filio esse astruitur. » Quid hic dicent, qui omnibus contradicere conantur? Asserens dictum Spiritum sanctum a Filio, quod sit, habere, insimulabunt, non esse ab eodem illo Patre nostro Basilio dictatum? Sed en et Nyssenus, « Ex Filio esse Spiritus astruitur, » inquit. Magnus quoque Cyrillus post hosce res divinas interpretans, ex Filio exsistere Spiritum in multis suis theologicis tractatibus aperte edixit. Si itaque qui omnia ex facili, ut allubescit, immutant, aliquam assignare differentiam poterunt, inter, « Spiritum, » ut tra-

dit magnus Basilius, « a Filio habere esse, » et inter, ut Gregorius Nyssenus ait, « eum esse ex Filio, » et inter, ut rebus theologicis instructissimus affirmat Cyrillus, « ex Filio eum exsistere, » multum conferant studium ad refellendum abjiciendumque magni Basilii dictum, quod palam insinuat, « ex Filio Spiritum esse. » Quodsi minime diversa sunt, sive eum asseras esse a Filio, sive ex Filio exsistere, sive ex Filio habere, quod sit, temere contra dictum allatum machinas admovent, propriæ instantiæ vi veluti conficta accusantes, quæ optime a celeberrimo Basilio decreta sunt.

5. Sed et aliis etiam argumentis demonstrare possumus necessario prorsus volumina, quæ dictum explicant, non vero, quæ non exprimunt, sincerum, et purum, veritati ipsi annexum possidere. Namque magnus Basilius dignitate secundum Filio Spiritum « um excepisset, secundas has partes pietatis traditionem appellare non veritus, probatione indiguit, per quam vera sententia appareret, quæ pietatis traditionem, secundas has partes Spiritus nuncupabat : et cum neque eæ essent per imminutionem aliquam gloriæ, peræqua etenim est in utrisque divinitas, neque per ullam aliam rationem, qua respectu alterius secundas partes obtinentia primas obtinentibus submittuntur, et unum tantummodo pietatis terminum cognosceret, quo Spiritus Filio secundus est, qui erat, quod ex eo haberet esse, propterea que esset ex ipso, hunc in modum effatus est : « Dignitate enim secundum esse Filio, tanquam qui ab eo esse habet, et ab eo accipit, et annuntiat nobis, et omnino illi causæ adhæret, pietatis tradit sermo. Sed tertia uti natura, neque a sacris Scripturis edocti sumus, neque ex illis, quæ diximus, consequi, possumus demonstrare. » His dictis ita sermonis assignationem conclusit : « Dignitate enim a Filio secundum esse, tradit pietatis sermo. » Probationem vero illius, Spiritum dignitate esse secundum Filio per illud, quod ab eo habeat esse, et ab ipso accipiat, et nobis annuntiet, implevit ; tantum non dicens : Propterea quod ex Filio est, secundus a Filio est. Quod si id non esset, nunquam etiam ab eo secundum affirmatum esset. Et si tibi in animo est, quicunque tandem fueris, qui refragaris, cognoscere, si a Filio non esset, neque secundus a Filio prorsus vocatus fuisset. Deme dictum hoc, et assigna nobis aliam rationem, qua a Filio Spiritus secundus asseratur. Etenim præ hac una sola ratione, aut temporis intervallo, aut in sedendo inferiore subsellio, aut gloriæ indigentia secundæ hæ partes concipientur. Et tum impietas hisce notionibus longe libereque vagabitur. Si itaque dictum asserens, « dignitate secundum esse a Filio Spiritum, » ex oratione illa universa erasissent, qui aliud palam aperteque enuntians « ab eo esse habens, » oblitteraverunt, forte tum eorum improbitas, ut illis col-

βούλονται, μεταφέροντες διαφοράν τινα δοῦναι δυνήσονται τοῦ, « τὸ Πνεῦμα, » κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, « παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, » καὶ τοῦ, κατὰ τὸν Νύσσης Γρηγόριον, « ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι αὐτὸ, » καὶ τοῦ, κατὰ τὸν θεολογικώτατον Κύριλλον, « ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν αὐτὸ, » πολλὴν εἰσαγέτωσαν τὴν σπουδήν, ὅπως ἂν ἀνατραπείη αὐτοῖς τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἶναι τὴν ῥῆσιν, τὴν « παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα » θεολογοῦσαν. Εἰ δὲ μηδέν τι διαφέρει παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγειν αὐτὸ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν, μάτην πρὸς τὴν ῥῆσιν ταύτην ἐνίστανται, τῷ βιαίῳ τάχα τῆς ἑαυτῶν ἐνστάσεως πλάσματος γραφόμενοι τὰ καλῶς δεδογματισμένα Βασιλείῳ τῷ πάνυ.

ε'. Ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων ἐπιχειρημάτων ἔστι κατὰ πᾶσαν ἀποδεῖξαι ἀνάγκην τὰς ἐχούσας βίβλους τὴν ῥῆσιν ἢ τὰς μὴ ἐχούσας τοῦ ἀνοθεύτου μετέχειν, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀκιβδήλου. Ὁ γὰρ μέγας Βασίλειος ἀξιώματι δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα δεξάμενος, καὶ παράδοσιν εὐσεβείας τὸ τοιοῦτον δευτερεῖον εἰπεῖν οὐχ ὑποστειλάμενος, κατασκευῆς ἐδεήθη, δι' ἧς ἂν ἀληθὴς ὁ λόγος ἀναφανείη, ὁ παράδοσιν εὐσεβείας ἀποκαλῶν τὸ πρὸς τὸν Υἱὸν δευτερεῖον τοῦ Πνεύματος. Καὶ ἐπεὶ οὔτε καθ' ὑποβιβασμόν τινα δόξης, ἰσοκλεὴς γὰρ ἡ θεότης ἀμφοῖν, οὔτε κατά τινα λόγον ἄλλον, οἷς τὰ πρός τι τὸ δευτερεῖον ἔχοντα τῶν πρωτευόντων ὑφίενται, ἀλλ' ἕνα μόνον εὐσεβείας ἐγίνωσκεν ὅρον, καθ' ὃν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ δευτερεῦόν ἐστιν· ὁ δὲ ὅρος, τὸ δι' αὐτοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐξ αὐτοῦ, ἔφησε οὕτω· « Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. Φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάγμεθα Γραφῶν, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. » Καὶ ταῦτ' εἰρηκὼς, τὴν μὲν τοῦ λόγου ἀπόδοσιν οὕτως ἐποιήσατο. « Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· » τὴν δὲ κατασκευὴν τοῦ τὸ Πνεῦμα δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τῷ ἀξιώματι, διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχειν, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ ἀναγγέλλειν ἡμῖν, κατεσκεύασε, μονονουχὶ φάσκων, ὡς διὰ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ δευτερεύει αὐτοῦ. Εἰ γὰρ μὴ, οὐδέποτ' ἂν καὶ δευτερεῦον ἐῤῥέθη αὐτοῦ. Καὶ εἰ βούλει ὅστις ποτ' ἂν καὶ εἴης ὁ διενιστάμενος γνῶναι, ὡς εἰ μὴ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἦν, οὐδὲ δευτερεῦον ἂν ὅλως ἐῤῥέθη αὐτοῦ. Ἄφελε τὴν ῥῆσιν ταύτην, καὶ δὸς ἡμῖν σὺ ἕτερον λόγον τινὰ καθ' ὃν τοῦ Υἱοῦ δευτερεύει τὸ Πνεῦμα. Παρὰ γὰρ τὸν τοιοῦτον λόγον ἢ διαστήματι χρόνου, ἢ καθέδρας ὑφεδρίᾳ, ἢ δόξης ἐνδείᾳ τὸ δευτερεῖον νοηθήσεται, καὶ ἡ ἀσέβεια τοῖς νοήμασι τούτοις συμπαῤῥησιασθήσεται. Εἰ μὲν οὖν καὶ τὴν λέγουσαν ῥῆσιν, « δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, » διέγραφον τοῦ παντὸς λόγου οἱ τὴν « παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον » διατρανοῦσαν ῥῆσιν διαγραψάμενοι, ἔσχεν ἂν ἴσως τὰ τῆς πονηρίας αὐτῶν, ὅπερ ἐβούλοντο ἀποτέλεσμα· νῦν δ' ὅτι τὸ τῆς ἀληθείας Πνεῦμα

τὴν αὐτῶν διάνοιαν ἔσφαλλε, τὸ μὲν « παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, » τοῦ λόγου διέγραψαν, δευτερεύειν δὲ αὐτὸ τοῦ Υἱοῦ ἐν πάσαις ἀφῆκαν ταῖς βίβλοις ἀνάγραπτον. Κἀντεῦθεν ὁ τοὺς συφοὺς δρασσόμενος ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν δίδωσι τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιμελῶς σκοπουμένοις κατανοεῖν τὸ σκαιωρηθέν. Ὅτι γὰρ κατ' οὐδένα ἕτερον λόγον εἰρήκει ἂν ποτε τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ ὁ μέγας Βασίλειος, λογίσασθαι ἔστι καὶ ἐξ ὧν οὗτος τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει. Φησὶ γὰρ ὑποκαταβάς· « Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει καὶ ἀξιώματι δεύτερος τοῦ Πατρὸς, τάξει μέν, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῷ εἶναι Πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἴποιμεν. » Σκοπείτω ὁ βουλόμενος ὡς ὁ μέγας Βασίλειος, συστῆσαι βουλόμενος τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου μὴ ἀποδεῖν τὸ δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ἐκ τῆς ἀναλογίας τοῦ πρὸς τὸν Πατέρα δευτερείου τοῦ Υἱοῦ συνίστησι τοῦτο. Φησὶ γάρ, ὡς Εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι ἂν ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ὑποβέβηκεν αὐτὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι· ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς δεύτερος ὢν τοῦ Πατρὸς τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι καὶ φύσει ἐστὶ δεύτερος. Καὶ ἐφερμηνεύων ὁ ἅγιος τὸν λόγον καθ' ὃν ἐστι δεύτερος τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, « Τάξει μέν, φησὶ, τοῦ Πατρός ἐστι δεύτερος, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τῷ εἶναι Πατέρα αὐτοῦ· καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. »

ς'. Ἀλλὰ τίς οἶδε, φασὶν οἱ ἀντιλέγοντες, εἰ τὸ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν δευτερεῖον ἀνάλογον ὁ ἅγιος οἴεται τῷ πρὸς τὸν Πατέρα δευτερείῳ τοῦ Υἱοῦ; Τίς οἶδεν; Ὁ τὰ θεολογικὰ ῥητὰ ἐπιμελῶς ἐπερχόμενος, ἐξ ὧν ἡ τοιαύτη ἀναλογία ἔχει τὴν διατράνωσιν· ὧν πολλῶν ὄντων, ὀλίγ' ἄττα ἐν τῷ παρόντι ἐκθήσομεν, μόνοις τοῖς τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, οἷς ὁ μέγας οὗτος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιστολῇ ἐχρήσατο, ἀρκεσθέντες. Οὕτω γὰρ ὁ ἅγιος ἐκεῖσέ φησι· « Καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Λόγου ἑνότητα οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γεννητῶν αὐτὸν τὸν Υἱὸν, διατί τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν Υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, κτίσμα λέγουσιν; » Καὶ μετὰ πολλὰ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης· « Ἀμέλει ὁ μὲν Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστέλλεται· « Οὕτω γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν· » ὁ δὲ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα ἀποστέλλει. « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν Παράκλητον. » Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τὸν Πατέρα δοξάζει, λέγων· « Πάτερ, ἐγώ σε ἐδόξασα. » Τὸ δὲ Πνεῦμα δοξάζει

lubitum erat, finem assecuta fuisset : sed nunc veritatis Spiritu eorum cogitationes subvertente, illud, « a Filio esse Spiritum, » ex oratione abrogarunt, sed « secundum esse eum a Filio, » in omnibus libris descriptum reliquerunt. Indeque qui sapientes apprehendit in calliditate eorum, diligenter similia examinantibus fraudem comprehendere concedit. Namque nulla alia ratione dicturum unquam Basilium magnum Spiritum secundum esse a Filio, argumentari licet ex his, quæ ipse dictis annectit : infra enim hæc habet : « Etenim quemadmodum Filius ordine et dignitate a Patre secundus est, ordine quidem, quod ex eo est, dignitate vero, quod principium et causa illius Pater est, eo quod per ipsum accessus et adductio ad Deum Patrem : natura autem nullo modo secundus, quod Deitas in utroque una, pari ratione videlicet et Spiritus sanctus, licet ordine et dignitate Filio inferior est, non tamen inde verisimiliter alienæ esse naturæ sequi dixerimus. » Consideret, cui id collubitum fuerit, magnum Basilium, cum probare vellet, non esse alienum a pietatis ratione, secundum esse a Filio Spiritum, proportione, quæ est Filii ad Patrem, dum Filius secundas a Patre partes possidet, id comprobare. Ait enim : Licet ordine et dignitate Filio inferior sit, non ideo Filio ordine et dignitate inferior est, quasi alienæ naturæ compos : quando et Filius, licet a Patre secundus sit ordine et dignitate, non est propterea et natura secundus. Et exponens sanctus dictum, quo Filius a Patre secundus est, « Ordine quidem, inquit, secundus est a Patre, quod ex illo est, et dignitate, quod principium et causa, quod ille sit, Pater est; et quod per eum accessus et adductio ad Deum Patrem. »

6. Sed quis scit, inquiunt adversarii, an secundas partes Spiritus respectu Filii, proportione quidem respondere, sanctus opinetur secundis Filii partibus respectu Patris? Quis scit? Qui theologica dicta diligenter percurrit, quibus similis proportio plane innotescit. Quæ licet pleraque sint, pauca nihilominus hic apponemus, contenti tantummodo dictis magni Athanasii, quæ magnus ille epistola ad Serapionem de Spiritu sancto usurpavit. Sanctus enim in ea ita loquitur : « Etenim si propter Verbi unionem ad Patrem abnuunt esse creaturam ipsum Filium, qua de causa Spiritum sanctum ejusdem unitatis ad Filium, quam Filius habet ad Patrem, compotem creaturam asserunt? » Et pluribus interjectis : « Profecto Filius quidem a Patre mittitur : « Sic enim, inquit, Deus mundum dilexit ut Filium suum unigenitum daret [16]; » Filius vero Spiritum mittit, « Si enim, ait, ego abiero, mittam Paracletum [17]. » Et Filius quidem Patrem glorificat, dicens : « Pater, ego te glorificavi [18]. » Spiritus vero glorificat Filium : « Ille enim, dicit, me glorificabit. [19] » Et Filius quidem dicit : « Quæ audivi a Patre, hæc et lo-

[16] Joan. III, 16. [17] Joan. XVI, 17. [18] Joan. XVII, 4. [19] Joan. XVI, 14.

quor in mundum [30]; » Spiritus vero ex Filio accipit: « Ex meo enim accipiet, ait, et annuntiabit vobis [31]. » Et Filius quidem in nomine Patris venit: « Spiritus vero sanctus, quem mittet Pater, inquit, in nomine meo [32]. » Hunc itaque ordinem et naturam erga Filium possidente Spiritu, quam et Filius possidet erga Patrem, qua ratione qui hunc creaturam asserit, non idem et de Filio necessario excogitabit? » Qui hæc theologica dicta accurate perpendet, æquo animo prorsus assensum præbebit, concordabitque cum affirmantibus, illa solummodo ratione Spiritum dici secundum a Filio, qua et Filius a Patre esse secundus astruitur. Quod si id non esset, nunquam idem magnus Basilius decimo septimo ad Amphilochium capite scripsisset: « Quemadmodum itaque se habet Filius ad Patrem, ita et sese Spiritus ad Filium juxta ordinem in baptismo a Verbo traditum. Quod si Spiritus cum Filio eodem ordine enitet, et Filius cum Patre, liquet et Spiritum eodem ordine emicare cum Patre. »

A τὸν Υἱόν· « Ἐκεῖνος γὰρ, φησὶν, ἐμὰ δοξάζει, Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς φησιν, « Ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον. » Τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει· « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται, φησὶ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν. » Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς ἦλθε· « Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν, ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Τοιαύτην δὲ τάξιν καὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν, οἵαν ὁ Υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, πῶς ὁ τοῦτο κτίσμα λέγων οὐκ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; Ὁ τὰ θεολογικὰ ταῦτα ῥητὰ ἐπιμελῶς ἐπεξιὼν εὐγνωμόνως πάντῃ συνθήσεται τοῖς διαγινώσκουσι κατ' οὐδένα ἕτερον λόγον τὸ Πνεῦμα θεολογεῖσθαι δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἢ κατὰ μόνον αὐτὸν, καὶ B ὃν καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός ἐστι δεύτερος. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἂν ὁ αὐτὸς μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον ἔφη· « Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ Λόγου σύνταξιν. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ δηλονότι. »

7. Sed o improbitatem! o victoriam pessimam, quam plerique consequi contendunt, dum de omnibus hæsitant, et omnia in dubium vertere conantur! Etenim, si eadem ratione, inquiunt, atque Filius a Patre secundus est Spiritus a Filio, vel erit ex Filio, veluti ex prima causa et primo principio: vel, si hoc non est, veluti ex duobus saltem ejusdem dignitatis principiis, Patre et Filio: vel, si C hoc quoque non fuerit, veluti ex prima et absque principio causa Patre, ex principium vero habente, et secunda Filio. Ad hæc igitur, licet pugna ista ad nos minime pertineat, sed ad illum, qui dixit Spiritum a Filio habere, quod sit, et esse secundum dignitate a Filio, quemadmodum Filius est secundus dignitate a Patre, nihilominus ita respondemus: Etsi secundum esse dignitate a Filio Spiritum sanctum tradiderit, tanquam qui ab eo habet, quod sit, et secundas Filii partes ad Patrem ad corroborandum assumpsit, dictum hoc pietatis esse traditionem: at non propterea Spiritus aut veluti ex prima et absque principio causa erit ex Filio, aut veluti ex duobus æqualis dignitatis principiis Patre et Filio, aut veluti ex causa sine principio Patre, D et causa eum principio Filio. Apage, apage istiusmodi verba quæ plena blasphemia blasphemias omnes exsuperante sordescunt. Næ ille qui hæc in dubium incertumque revocat, ante tribunal adversus magnum Basilium sistetur, quod ille comminatus est sese calumniantibus tres deos decernere. Namque cum essent ea ætate, qui multa ex ejus theologicis dictis criminarentur, ita verbatim eorum calumniam sanctus tragice deplorat: « Quis itaque furor est eorum, qui contra veritatem linguam exacuunt? Non despondeo animum, dum redarguor, sed Christi tribunal exspecto. Ibi me adversi sisten-

ζ'. Ἀλλ', ὦ τῆς ἐπηρείας! ὦ τῆς κακῆς νίκης! ἣν οἱ πολλοὶ νικᾶν βούλονται ἐκ τοῦ πάντα διαπορεῖν. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν, φασὶ, λόγον δεύτερον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς τοῦ Υἱοῦ· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὡς ἐκ δύο πέρας ἰσοτίμων ἀρχῶν, τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ· ἢ ἀλλ' εἰ μηδὲ τοῦτο, ὡς ἐξ ἀνάρχου μὲν καὶ πρώτης αἰτίας τοῦ Πατρὸς, ἐξ ἀνάρχου δὲ καὶ δευτέρας τοῦ Υἱοῦ. Πρὸς γοῦν ταῦτα, κἂν μὴ πρὸς ἡμᾶς ἡ μάχη, πρὸς γὰρ τὸν εἰρηκότα, τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ δεύτερον ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ, ὡς ὁ Υἱός ἐστι δεύτερος ἀξιώματι τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἡμεῖς οὕτω φαμέν· Εἰ καὶ δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὁ ἅγιος ἔφη, ὡς παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα δευτερεῖον τοῦ Υἱοῦ εἰς κατασκευὴν ἔλαβε τοῦ παραδόσιν εὐσεβείας εἶναι τὸ ῥῆμα, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τὸ Πνεῦμα ἢ ὡς ἐξ ἀνάρχου ἔσται καὶ πρώτης αἰτίας τοῦ Υἱοῦ, ἢ ὡς ἐκ δύο ἰσοτίμων ἀρχῶν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἢ ὡς ἐξ ἀνάρχου μὲν αἰτίας τοῦ Πατρὸς, ἀνάρχου δὲ τοῦ Υἱοῦ. Ἄπαγε, βλασφημίας γέμει τὰ ῥήματα, πᾶσαν βλασφημίαν ὑπερνικώσης. Καὶ ὁ ταῦτα διπορῶν ἔμπροσθεν τοῦ μέλλοντος δικαστηρίου τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἀντικαταστήσεται, ὅπερ ἐκεῖνος ἠπείλησε τοῖς αὐτὸν συκοφαντοῦσιν, ὡς τρεῖς θεοὺς λέγοντα. Ὅτι γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ οἱ ἐπὶ πολλαῖς τῶν θεολογιῶν αὐτοῦ τὰ παρ' αὐτοῦ θεολογούμενα διαβάλλοντες, οὕτως ἐπὶ λέξεων ὁ ἅγιος τὴν αὐτῶν διαβολὴν διατραγῳδεῖ· « Τίς οὖν μανία τῶν ἠμπονημένην γλῶσσαν ἐχόντων κατὰ τῆς ἀληθείας; Οὐ μικροψυχῶ πρὸς τὸν ἔλεγχον, ἀλλ' ἐκδέχομαι τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον. Ἐκεῖ ἀντικαταστήσονταί μοι οἱ τὴν ἐπήρειαν ταύτην ῥάπτοντες. Οἶδε Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ ὁ συκοφαντούμενος πένητα παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτόν. Εἰ τὴν τῶν

[30] Joan. xv, 15. [31] Joan. xvi, 14. [32] Joan. xiv, 26.

Πατέρων πίστιν μεταδιώκω, τί, παρεὶς τοὺς Πατέρας, ἐμοὶ πολεμεῖς; Εἰ πιστεύω εἰς Πατέρα, εἰ ὁμολογῶ Υἱὸν, εἰ μὴ ἀθετῶ τὸ Πνεῦμα, τί, τὸ ἐμὸν πρόσωπον ὑποθέμενος, τῷ Κυρίῳ πολεμεῖς; Τίς κατέλιπε βαπτίζειν εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος; Ἐγὼ ἢ ὁ Δεσπότης; Τίνος τὰ ῥήματα; τοῦ κήρυκος, ἢ τοῦ ἀποστείλαντος; Τί, τὸ ἐμὸν πρόσωπον εὐεπίβατον ταῖς συκοφαντίαις εὑρὼν, δι' ἐμοῦ πολεμεῖς τῇ ἀληθείᾳ; δι' ἐμοῦ κατασείεις τὸ ὀχύρωμα τῆς πίστεως; Ἀλλ' ἐγὼ μέν σοι εὐάλωτος, ἡ δὲ πίστις ἄσειστος. »

tur, qui has fraudes consuunt. Novit Dominus suos; et qui calumniatur pauperem, illius creatorem irritat. Si Patrum fidem sequor, quid, Patres præteriens, mihi bellum infers; si credo in Patrem, si confiteor Filium, si non rejicio Spiritum, quid, meam personam assumens, cum Domino ferrum confers? Quis in mandatis dedit, ut baptizaretur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti? Egone an Dominus? Cujus sunt verba? præconis, an illius qui misit? Quid, persona mea calumniis appeti facili comperta, per me veritati bellum indicis? per me fidei fulcrum concutis? Sed ipse facile possum a te capi, verum fides inconcussa manet. »

η. Καὶ ἃ μὲν ὁ μέγας Βασίλειος κατὰ τῶν διαβαλλόντων τὰς αὐτοῦ θεολογίας φησὶ, ταῦτα. Ἡμεῖς δὲ, πρὸς τοὺς ἀνθισταμένους ἐν τῷ παρόντι ταῖς προανατεταγμέναις θεολογικαῖς αὐτοῦ ῥήσεσιν ὑπεραγωνιζόμενοι αὐτοῦ, ἢ μᾶλλον συμμαχούμενοι παρ' αὐτοῦ, ἐφ' οἷς οἱ καθ' ἡμῶν ἀγωνιζόμενοι διὰ τὴν καθ' ἡμῶν ὁρμὴν καὶ ῥοπὴν καὶ τὰς αὐτοῦ ῥήσεις συκοφαντοῦσι, πλάσματος αὐτὰς γράφοντες, φαμὲν ὡς οὐδέτερον τῶν ἀπηριθμημένων ἐκ τῆς αὐτῶν ἐπηρείας ἀτόπων ἀκολουθεῖ, εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐστὶ τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, καθ' ὃν καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός· οὔτε γὰρ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς τοῦ Υἱοῦ ἔσται τὸ Πνεῦμα, οὔτε ὡς ἐκ δύο ἰσοτίμων ἀρχῶν, τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ, οὔτε ὡς ἐξ ἀνάρχου μὲν καὶ πρώτης αἰτίας τοῦ Πατρὸς, ἀνάρχου δὲ καὶ δευτέρας τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ὅτι ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ ὅτι τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ ἐκπόρευσιν ἐκ Πατρὸς οὐκ ἀμέσως ἔχει καὶ προσεχῶς ὡς τὴν γέννησιν ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ δι' Υἱοῦ ἐστιν ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρός· διὰ τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχον τὸ εἶναι τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ τεθεολόγηται, καὶ δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, ὡς ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός· καὶ οὐδέν ἐστιν ἄτοπον λέγειν τε τὸ πρὸς τὸν Υἱὸν δευτερεῖον τοῦ Πνεύματος ἀνάλογον τῷ πρὸς τὸν Πατέρα δευτερείῳ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐξ Υἱοῦ εἶναι πιστεύειν τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχον τὸ εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθείη, οὐκ ἄν τι τῶν ὅσα τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ λέγεται ἔχειν ἀληθὲς εἶναι συγχωρηθείη. Τὸ γὰρ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀναβλύζον, οὐχ ὡς ἐξ ἰδίας παρὰ τὸν Πατέρα πηγῆς ἀναβλύζον ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι ἐκ Πατρὸς ἀναβλύζει δι' Υἱοῦ, καὶ ἐξ Υἱοῦ λέγεται ἀναβλύζειν, καὶ δι' Υἱοῦ προϊέμενον, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ προέρχεσθαι λέγεται. Καὶ οὐ μόνον ἐπὶ ταῖς λέξεσι ταύταις ταῖς δηλούσαις φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτὸ δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς πάντα λέγεται εἶναι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὅσα ἐστὶ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐξ Υἱοῦ χορηγούμενον καὶ πεμπόμενον, διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πέμπεσθαι καὶ χορηγεῖσθαι, λέγεται ταῦτα. Διὰ τοῦτο ταῦτα καλῶς ἔχει καὶ ἀσφαλῶς τὸ δι' Υἱοῦ ὑπάρχον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἅγιον Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ τε λέγεσθαι ὑπάρχειν αὐτὸ, καὶ τῷ ἀξιώματι θεολογεῖσθαι δεύτερον τοῦ Υἱοῦ. Ὅτι γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐχ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ δεύτερον τοῦ Υἱοῦ. Καὶ μαρτυρήσει μοι τὸν λόγον ὁ θεολογικώτατος Νύσσης

8. Et hæc quidem magnus Basilius adversus theologiæ detractores effudit. At nos nunc pro eo patrocinium suscipientes, vel potius ab eodem auxilium obtinentes, contra sese opponentes dictis illius theologicis supra dispositis, in quibus, qui certamen in nos subeunt, propter impetum et incursum in nos, dicta illius calumniantur, tanquam ficta ea insimulantes, respondemus, nullum ex numeratis ab eorum calliditate absurdis consequi, si eadem ratione Spiritus est a Filio secundus, qua et Filius a Patre: neque enim veluti ex prima causa et principio Filio erit Spiritus: neque veluti ex duobus dignitate æqualibus principiis, Patre et Filio: nilque veluti ex prima et sine principio causa Patre, cum principio vero secundaque Filio, sed quod ex Patre per Filium Spiritus est, et sempiternam suam processionem ex Patre non immediate et contigue, quemadmodum Filius generationem habet, sed est per Filium procedens ex Patre: propterea et a Filio habere, quod sit, a magno Basilio decerni, et secundum a Filio, uti Filius a Patre: nullumque absurdum consequi, si asseras, secundas partes erga Filium Spiritus proportione respondere secundis partibus Filii erga Patrem: et ex Filio esse credas, quod per Filium ex Patre habet, quod sit. Etenim si id negabitur, nullum ex his, quæ Spiritus ex Filio habere dicitur, verum esse concedetur. Spiritus enim ex Filio emanans, non tanquam ex propria extra Patrem fonte emanat, sed quod ex Patre per Filium emanat, ex Filio emanare, et per Filium effundi, et ex Filio provenire dicitur. Neque in his dictionibus tantum, quæ eum naturaliter et essentialiter esse per Filium ex Patre innuunt, omnia affirmantur esse et ex Filio, quæ per Filium sunt, sed ex Filio quoque suppeditari et mitti, quod ex Patre per Filium mittitur et suppeditatur. Propter hæc igitur bene se habet, tutoque per Filium exsistentem ex Patre Spiritum sanctum ex Filio esse asseveratur, et dignitate secundum esse a Filio. Nam, quia per Filium, ex Filio, et non veluti ex prima causa et principio Filio, et quia per Filium, secundus est a Filio. Dictum meum sua auctoritate in exponendis rebus theologicis eximius Nyssenus comprobabit, dum decernit, « Præintelligi Filio Patrem ratione causæ; præintelligi vero Filium secundum causæ ratio-

nem hypostasi Spiritus. » Quemadmodum enim ibi præintelligi dicitur Pater Filio causæ ratione, nec ulla alia assignari potest ratio, quare Filio præintelligatur Pater, nisi quod Filius ex Patre est : et præintelligi Filius Spiritu ratione causæ, nec ulla alia assignetur ratio, quare præintelligatur Spiritu Filius, nisi quod Spiritus per Filium est, pariter et hoc in loco, secundus est Filius a Patre, quod ex Patre est, secundus est Spiritus a Filio, quod per Filium est. Qui itaque a veris genuinisque voluminibus dictum indicans, « Spiritum a Filio habere, quod sit, » eraserunt, si, ut antea fassi sumus, ex universa oratione delevissent dictum alterum insinuans, « Spiritum dignitate esse secundum a Filio, » forte aliquem ex propria improbitate fructum cepissent. Sed cum veritatis Spiritus eorum conatus irritos fecerit, facile potest refelli ab harum rerum aliis examinatoribus fraus.

A « Προεπινοεῖσθαι μὲν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ θεολογῶν, προθεωρεῖσθαι δὲ τὸν Υἱὸν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. » Ὡς γὰρ ἐκεῖ προεπινοεῖσθαι λέγεται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, καὶ οὐδεὶς ἐστιν ἄλλος ὁ τοῦ προεπινοεῖσθαι τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ λόγος ἢ ὅτι διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς τὸν Υἱὸν εἶναι· καὶ προεπινοεῖσθαι λέγεται τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, καὶ οὐδείς ἐστιν ἄλλος ὁ τοῦ προεπινοεῖσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λόγος ἢ ὅτι διὰ τὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα δι' Υἱοῦ· οὕτω κἀνταῦθα δεύτερος μὲν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρός, δεύτερον δὲ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ. Οἱ γοῦν τῶν ἀληθῶν διαγεγραφότες βίβλων τὴν δηλοῦσαν ῥῆσιν, « Τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ B Υἱοῦ ἔχον τὸ εἶναι, » εἰ μὲν, ὥσπερ μοι καὶ προεῤῥηται, τοῦ παντὸς λόγου διέγραφον καὶ τὴν λογουσαν ῥῆσιν « Δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, » τάχ' ἄν τι καὶ τῆς ἑαυτῶν πονηρίας ἀπώναντο. Ἐπὶ δὲ τὸ τῆς ἀληθείας Πνεῦμα τὴν αὐτῶν διάνοιαν ἐσφαλλεν, εὐέλεγκτον πρόκειται τοῖς ἐξεταστικοῖς τὸ σκαιώρημα.

9. Quod et in aliis scripto traditis dictis passi sunt, quibus curæ fuit, dissidium Ecclesiæ non sine discrimine, væ miseris illis, propriæ salutis pessime constabilire, de quibus in præsenti sermonem habere non inopportunum fuerit. Cum enim fere in omnibus præsenti orationis parte a nobis comprehensis, illud in animo fuerit, demonstrare, volumina, quæ dictum illud, « Spiritum a Filio habere, quod sit, » continentia minime esse immutata, sed potius illud non continentia ; parsque nostræ demonstrationis consisteret, quod cogitatione discursuve dijudicari posset, volumina dictum non continentia, immutationem et fraudem subiisse, dissidii tempore ad centenos et plus etiam annos, eosque integros propagato, dum multi comparent, contentiose admodum logicis dissertationibus adversus Romanos decertantes, a quibus verisimile est, dictum illud e magni Basilii libris abrogatum fuisse, quo valide redargui deprehendebant eos, qui Ecclesiarum dissidium propagare, et tantum non constabilire conantur, plurimum ad demonstrandum conducet, nonnullis dissidii tempore propositam curam fuisse, dicta scripto tradita prævertere, si ea ipsa quæ corruptionem subieruntdicta in medium afferamus, et corruptionis patens D facinus proponamus. Et ante omnia cum in rebus theologicis pertractandis præclarissimus Nyssenus ad Ablabium oratione hæc scripsisset : « Naturæ in omnibus simile confitentes, differentiam, quæ ex causa atque effectu oritur, non inficiamur, quo solo discerni alterum ab altero concipimus, quod hunc quidem causam credamus esse, hunc vero ex causa : et ex eo, qui ex causa est, rursus aliud discrimen intelligimus : hic enim est immediate ex primo, hic vero ex eo, qui est immediate ex primo : adeo ut et unigenitum sine ulla hæsitatione in Filio maneat, et Spiritum ex Patre esse a nemine controvertatur, Filii mediatione sibimetipsi unigenitum conservante, et Spiritum a

Θ'. Ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ ἄλλαις πολλαῖς γραφικαῖς ἔπαθον ῥήσεσιν, οἷς μέλλον ἦν τὸ τῆς Ἐκκλησίας σχίσμα ἐπὶ κινδύνῳ, οἴμοι, τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας κακίστα συγκροτεῖν, περὶ ὧν καὶ εἰπεῖν ἀρτίως οὐκ ἄκαιρον. Ἐπεὶ γὰρ ἐν πᾶσι σχεδὸν τοῖς ἐν τῷ παρόντι μέρει τοῦ λόγου παρ' ἡμῶν προδιειλημμένοις γέγονεν ἡμῖν ἡ σπουδὴ ἀποδεῖξαι οὐ τὰς ἐχούσας βίβλους τὴν λέγουσαν ῥῆσιν, « τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχον τὸ εἶναι, » νενοθεῦσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς μὴ ἐχούσας· καὶ μέρος ἡμῖν τῆς ἀποδείξεως ἦν τὸ C λογισμῷ δύνασθαι κρίνειν τὰς μὴ ἐχούσας βίβλους τὴν ῥῆσιν τὸ κίβδηλον καὶ νενοθευμένον παθεῖν διὰ τὸ τὸν τῆς διαστάσεως χρόνον εἰς ἑκατοντάδας ὅλας ἐξαπλωθῆναι ἐτῶν, καὶ οὐκ ὀλίγους διαμέσον ἀναφανῆναι ἐνστατικῶς πάνυ πρὸς λογικὰς ἀποδυσαμένους κατὰ τῶν Ῥωμαίων διαλέξεις· ἐξ ὧν εἰκὸς ἦν ῥῆσιν ἐκείνην τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου βίβλων διαγραφῆναι, ἐξ ἧς οὐκ ἀσθενὴς ὁ ἔλεγχος ἀναφαίνεται τῶν τὴν διάστασιν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπισπευδόντων, ὥσπερ καὶ ἐπισυγκροτούντων, οὐκ ὀλίγα συμβάλλον πρὸς ἀπόδειξιν ἔσται τοῦ ἀναδειχθῆναί τινας τῷ τῆς διαστάσεως χρόνῳ σπουδὴν θεμένους, οἰκείαν τὴν θέσιν παραφθορὰν τῶν γραφικῶν χρήσεων, ἐὰν αὐτὰς ἐκείνας τὰς τὴν παραφθορὰν παθούσας γραφὰς ῥήσεις ἐπὶ τοῦ μέσου πτυφαπλώσαιμεν, καὶ τὸν δοκοῦντα ἡμῖν ἔλεγχον τῆς παραφθορᾶς παρστήσαιμεν. Αὐτίκα τοῦ θεολογικωτάτου Νύσσης τῷ πρὸς Ἀβλάβιον λόγῳ θεολογοῦντος, « Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾗ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς τοῦ πρώτου· ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλεσθαι τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας, καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν

Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης, » οὐκ ὀλίγαι βίβλοι εὑρέθησαν, ἐξ ὧν διεγέγραπτο τὸ, « τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου.

ι'. Καὶ τίς ἂν οὐ διαγνοίη Θεόθεν ἐσφάλθαι τοὺς διαγραψαμένους τὸ τῆς περικοπῆς ταύτης τεμάχιον, τὴν ὅλην περικοπὴν ἀσυνάρτητον ἑαυτῇ, καὶ τοῖς ἑαυτῆς ἀσύμφωνον μέρεσιν ἐντεῦθεν κατανοῶν; Καὶ τοῦτο δὴ τοῦ ἐλέγχου τὸ πρόδηλον, τὴν διαφορὰν ὁ ἅγιος τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος εἰς δύο ταῦτα διεῖλεν, ὅτι τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ἐν τίνι λοιπὸν ἀφῆκε τὴν διαφορὰν θεωρεῖσθαι. Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν ἔσχεν, ὡς ὁ λέγων τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου κατὰ πᾶσαν ἀπαιτεῖται ἀνάγκην εἰπεῖν, τὸ δὲ ἑτερόν τί ἐστι παρὰ τὸ προσεχῶς. Πῶς γὰρ ἄλλως καὶ συνδεθείη ὁ λόγος, ἢ πῶς ἂν ἡ διαφορὰ θεωρηθείη τῶν διαφερόντων, μὴ τοῦ μὲν οὕτως, τοῦ δὲ ἐκείνως ἔχοντος; Καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ δὲ μεσιτεία, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ εἴη τὸ Πνεῦμα, πῶς ἂν ἑαυτῇ φυλάξειε τὸ μονογενὲς, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς πρὸς τὸν Πατέρα φυσικῆς οὐκ ἀπείρξειε σχέσεως; Ὁρᾷς, ὁ θέλων ἐν εὐθύτητι διασκοπεῖν τὰ περὶ ὧν ὁ λόγος ἡμῖν, ὅπως αὐτὸ τὸ τῆς ἀληθείας ἔσφαλλε Πνεῦμα τοὺς τὴν παραφθορὰν μηχανωμένους τῶν γραφικῶν ῥήσεων ἐπὶ συγκροτήσει τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σχίσματος;

ια'. Καὶ δὴ σκόπει κἀκεῖνο, ὅπερ ἔν τινι τῶν κατ' Εὐνομίου ἀντιῤῥητικῶν κεφαλαίων τοῦ μεγάλου εὕρηται Βασιλείου, ἐν ᾧ ὁ μὲν ἅγιος παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων αὐτῷ διαπορηθεὶς, « Διὰ τί μὴ λέγεται καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ; » ἀπεκρίθη ὅτι « Οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον, Υἱοὺς ἐξ Υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. » Ἡ δὲ ἀντίθετος μοῖρα τῶν δι' Υἱοῦ λεγόντων εἶναι τὸ Πνεῦμα ἔν τισι βίβλοις τὸ, «Οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ,» μὴ διαγράψαντες, ἔγραψαν. Τί γὰρ συμβάλλον αὐτοῖς ἦν εἰς κατασκευὴν ἀποδείξεως τάχα τοῦ μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐὰν ὁ ἅγιος διαπορούμενος, Διατί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ; ἔφη ὅτι Οὐ διὰ τὸ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον. » Στῆσον, παρακαλῶ, ὅστις ἂν εἶης, ὁ πρὸς τὴν διάγνωσιν τῶν παρόντων διδοὺς ἑαυτὸν, ἀῤῥεπῆ τῆς διαγνώσεως τὰ ζυγὰ, καὶ διάγνωθι ποίαν ἔχει τὴν ἀκολουθίαν πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἡ ἀπόκρισις. Εἰ μὴ ἦν δεδογματισμένον διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, πῶς ἂν ὁ ἀπορήσας ἠπόρησε, « Διατί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ; » Αἱ τῆς ἀπορίας ταύτης ἀφορμαὶ πόθεν γεγόνασιν ἄλλοθεν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ ὁμολογεῖσθαι διὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Εἰ γὰρ μὴ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἦν διαπορούμενος ὁ ἅγιος, « Διατί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ; » ἑτοίμως ἂν καὶ μᾶλα γοργῶς τὴν ἀπορίαν ἀποχρούσασθαι εἶχεν, ἀπολογησάμενος, διὰ τὸ μὴ εἶναι δι' Υἱοῦ, ἢ ἐξ Υἱοῦ. Ὁ δὲ τὸ μὲν δι' Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς λεγούσης αὐτὸ Πνεῦμα Υἱοῦ ἀποστολικῆς φωνῆς σαφηνίζει συνίστασθαι, πρὸς δὲ τὴν Υἱὸς φωνὴν

A naturali erga Patrem habitudine non arcente, » non pauca volumina reperta sunt, ex quibus illud, « hic vero ex eo, qui est immediate ex primo, » sublatum erat.

10. Et quis non discerneret, a Deo, qui segmenti hujusce particulam sustulerunt, in errorem abductos fuisse, segmentum universum sibi ipsi non cohærens, et suis partibus minime concordans inde percipiens? Et en manifestissimum redargutionis caput. Illius qui ex causa est, differentiam in ista duo sanctus divisit: alterum nempe immediate ex primo, in quo vero et discrimen considerandum reliquit. Neque illud comprehendere potuit, dicentem, hic enim immediate ex primo, necessario cogi illud etiam fateri, alterum quid sit, distinctum ab eo, quod immediate est. Quo enim pacto aliter oratio colligabitur? vel quomodo discrimen inter se differentium intelligetur, nisi hic quidem hoc, alius illo modo se habeat? Et Filii quoque mediatio, si per eum Spiritus non est, quomodo sibi unigenitum conservabit, et Spiritum a naturali ad Patrem habitudine non arcebit? Vides, qui recta mente hæc, de quibus nobis sermo est, consideras, a Spiritu veritatis in errorem abductos eos, qui dictorum scripto traditorum corruptionem machinantur, ad constabiliendum ecclesiasticum schisma?

11. Illud item perpende, quod in uno ex Antirrheticis adversus Eunomium capitibus magni Basilii reperitur, in quo cum sanctus objectum sibi ab adversariis diluens, « Quare non dicitur et Spiritus Filius Filii? » respondit: « Non quod non sit ex Deo per Filium, sed ne Trinitas multitudo innumera reputaretur, Filiis ex Filiis, quemadmodum et in hominibus usu venit, cogitatione comprehensis. » Verum pars illis adversa, qui per Filium asserunt esse Spiritum, in nonnullis codicibus, « Non quod non sit ex Deo per Filium, » omittentes, reliqua descripserunt. Sed quid tandem ipsis conducere posset ad demonstrandum, Spiritum non esse per Filium, si sanctus dubium solvens, «quare non et Spiritus Filius Filii dicitur? » dixit, « Non quod non sit ex Deo per Filium, sed ne Trinitas multitudo innumera reputaretur. » Suspendito, precor, quicunque es, qui ad rerum harum cognitionem animum advertis, justas cognitionis lances, discernitoque quomodo adæquatur interrogationi responsio. Nisi decretum esset, et plane in confessis, per Filium et ex Filio esse Spiritum, qua ratione dubitasset, qui dubium movit, « Quare non et Spiritus Filii Filius? » Dubitationem hujusce causæ undenam alio exortæ sunt, quam ex eo quod indubitatum erat, per Filium esse Spiritum sanctum? Namque si ex Filio non erat, interrogatus sanctus, « Quare non et Spiritus Filii Filius? » prompte quidem, et admodum acriter dubium rejecisset, respondendo, quod non esset per Filium, aut ex Filio. Sed ille Spiritum quidem esse per Filium, affirmante illum Spiritum Filii apostolica

voce, apertissime comprobat, sed de voce *Filius* decertans, et rationem reddens, quare non Filius Filii, qui per Filium est, Spiritus non dicitur? sic respondit : Dicimus itaque, asserere Filium ex Filio, Trinitatem deitatis multitudinis suspicionem ingerere hominibus, qui hæc audiunt. In promptu enim erat concipere, si Filius ex Filio nascitur, et ex hoc rursus alius generatur, itemque alius, et sic deinceps, filiorum numerus adaugeretur. Sed unumquodque in Triade unum tantum agnoscendum est : namque unus Pater, unus Filius, unus Spiritus sanctus. Et hæc quidem in rebus divinis eximius Basilius, quæ satis superque, ut opinor, jam dictæ sententiæ corruptionem redarguunt.

A διαγωνιζόμενος, καὶ λόγον διδοὺς, διατί μὴ Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχον λέγεται Πνεῦμα; οὕτως ἔφη· Λέγομεν οὖν ὅτι τὸ εἰπεῖν Υἱὸν ἐξ Υἱοῦ τὴν Τριάδα τῆς θεότητος εἰς πλήθους ὑποψίαν προσῆγεν ἀνθρώποις ἀκούσασιν. Ἕτοιμον γὰρ ἦν ὑπολαβεῖν ὡς, εἴπερ Υἱὸς ἐξ Υἱοῦ γεγέννηται, καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἕτερος ἂν εἴη γεγεννημένος, καὶ πάλιν ἄλλος, καὶ ἐπὶ πλῆθος ἐξῆς. Ἀλλ' ἕκαστον ἐπὶ τῆς Τριάδος ἓν ἐπιγινώσκεσθαι δεῖ· εἷς γὰρ Πατήρ, εἷς Υἱὸς, ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος, ἅπερ καὶ ἀρκούντως, οἶμαι, τὴν παραφθορὰν τῆς δηλωθείσης ἀπελέγχουσι ῥήσεως.

12. Nobis porro et alterius quoque dicti scripti corruptio consideranda est, corruptionisque refutatio apponenda. In libro *Dei-cognitio* inscripto Gregorius Nyssaensium antistes docet, his verbis : « Spiritus ex paterna hypostasi procedens, propterea que Spiritum oris, non autem verbum oris David dixit, ut processivam proprietatem Spiritui soli inhærentem confirmaret. » Qui per Filium Spiritum sanctum procedere, non acceptant, cum non possent hoc stabilire, ἐκπορεύεσθαι *procedere* formatione passiva enuntiari, sed vim activam denotare, agere enim et non pati est, τὸ πορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, *incedere et procedere*, dogma vero, quod illi ex ventre eructarunt, firmare nitentes, Spiritum scilicet ex solo Patre procedere, *πνί Spiritui* dictionem tribus litteris cum reperissent exarari concise, nec non et simili ratione πρὶ *Patri* dictionem, media littera immutata atque corrupta : facilis enim est αν ad ρ transitio, eos qui non considerate, sed per transversum commentaria percurrunt, fefellerunt, quod erat Spiritus proprium, Patri tribuentes. Et ut corruptionis fraus in apertum veniat, sermo ita disponatur a nobis, ut ipsi digerunt : « Hujus gratia Spiritus oris, non vero verbum oris David dixit, ut processionis proprietatem soli Patri inhærentem astrueret. » Dixisset utique David et verbum oris Verbum, quemadmodum et spiritum oris dixit Spiritum, an propterea similem processionis proprietatem et alteri cuipiam cum Patre communicaturus erat? Et quæ hæc sermonis necessitas cogit? Sed si dixisset verbum oris esse Verbum, uti et Spiritum oris dixerat Spiritum, prorsus processionis proprietatem et Verbo et Spiritui communem fecisset. Cum enim verba oris procedentia dicantur, « Quæ procedunt, inquit, de labiis meis, non irrita faciam [33], » si Spiritum oris spiritum, et Verbum oris verbum David dixisset, necessario prorsus processionis proprietas utrisque communicaretur. Hoc igitur sanctus destruens, ut demonstraret processionis proprietatem tantummodo inesse Spiritui, assumpsit, non dixisse Davidem et Verbum oris verbum.

ιβ'. Ἡμῖν δὲ διασκοπητέον ἑτέρας γραφικῆς παραφθορὰν ῥήσεως, καὶ τὸν τῆς παραφθορᾶς ἔλεγχον. Ἐν βίβλῳ τῇ *Θεογνωσίᾳ* Γρηγόριος διδάσκει τῶν Νυσσαέων ὁ πρόεδρος λέγων· « Πνεῦμα τὸ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως· τοῦ δ' ἕνεκα γὰρ καὶ Πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ λόγον στόματος εἴρηκεν ὁ Δαυΐδ, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πνεύματι μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται. » Οἱ δὲ τὸ δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι μὴ δεχόμενοι, τοῦτο μὲν ἐπιστῆσαι μὴ δυνηθέντες, ὡς τὸ *ἐκπορεύεσθαι* παθητικῶς μὲν ἐσχημάτισαι, φέρει δὲ δήλωσιν ἐνεργητικήν· ἐνεργεῖν γάρ, ἀλλ' οὐχὶ πάσχειν ἐστὶ τὸ πορεύεσθαι· τοῦτο δὲ καὶ συστῆσαι βουλόμενοι, ὅπερ αὐτοὶ ἀπὸ κοιλίας ἠρεύξανο δόγμα, τὸ τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου δηλαδὴ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, τὴν πνι λέξιν τρισὶ στοιχείοις εὑρόντες διαχαραττομένην συγκοπτικῶς, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν πρὶ λέξιν, τὸ μέσον στοιχεῖον μεταποιήσαντές τε, καὶ παραφθείραντες, καὶ γὰρ ἡ τοῦ ν πρὸς τὸ ρ μεταποίησις εὐχερής, τοὺς μὴ ἐπεσκεμμένως, ἀλλὰ παροδικῶς τὰς Γραφὰς ἐπιόντας ἠπάτησαν, τὸ τοῦ Πνεύματος ἴδιον τῷ Πατρὶ προσαρμόσαντες. Καὶ ἵνα ὁ τῆς παραφθορᾶς ἔλεγχος διασαφηθείη, ὁ λόγος οὕτω προαγέσθω ἡμῖν, ὡς οὗτοί φασιν. « Τούτου χάριν Πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ λόγον στόματος εἴρηκεν ὁ Δαυΐδ, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πατρὶ μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται. » Ἔστω γοῦν εἰπεῖν τὸν Δαυΐδ καὶ τὸν Λόγον στόματος λόγον, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ Πνεῦμα στόματος εἴρηκε πνεῦμα· ἆρ' ἔμελλε διὰ τοῦτο τὴν τοιαύτην ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα καί τινι μετὰ τοῦ Πατρὸς ἑτέρῳ κοινώσασθαι; Καὶ ποίαν ἔχει τὴν ἀνάγκην ὁ λόγος; Ἀλλ' ἐὰν εἴπε λόγον στόματος εἶναι τὸν Λόγον, ὥσπερ οὖν καὶ πνεῦμα στόματος εἶπε τὸ Πνεῦμα, πάντως τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα, καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ Πνεύματι κοινώσασθαι ἔμελλε. Καὶ γὰρ ἐπεὶ τὰ τοῦ στόματος ῥήματα ἐκπορευόμενα λέγεται· « Τὰ γὰρ ἐκπορευόμενα, » φησὶ, « διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω, » ἐὰν τὸ Πνεῦμα στόματος πνεῦμα, καὶ τὸν Λόγον στόματος λόγον εἴρηκεν ὁ Δαυΐδ, κατὰ πᾶσαν ἂν τὴν ἀνάγκην ἡ ἐκπορευτικὴ ἰδιότης ἔμελλεν ἀμφοτέροις κοινοῦσθαι. Τοῦτο γοῦν ὁ ἅγιος ἀναιρῶν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα μόνῳ προσεῖναι τῷ Πνεύματι, παρέλαβε τὸ μὴ εἰπεῖν τὸν Δαυΐδ καὶ τὸν Λόγον στόματος λόγον.

[33] Psal. LXXXVIII, 35.

ιγ'. Ἐὰν δὲ οἱ δι' ἐναντίας, τὸ ἐκπορευτὸν καὶ ἐκπορευτικὸν διαιροῦντες, οὐδὲν ἁρμόζειν φασὶ τῷ Πνεύματι τὸ ἐκπορευτικόν, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ μᾶλλον διὰ τὸ τὴν προφορὰν τῆς λέξεως ἐνεργητικὴν εἶναι· ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν ὁ τῆς παρ' αὐτῶν γενομένης παραφθορᾶς συγκροτηθήσεται ἔλεγχος. Εἰ γὰρ καθαρεύειν ἤθελον τὴν συνείδησιν, οὐκ ἂν ἐκείνους διέλαθεν, ὅπερ ὁ ἅγιος ἐφεξῆς τῆς ῥηθείσης ἐπάγει περικοπῆς, λέγων οὕτως· « Ἵνα διὰ μὲν τοῦ Λόγου εἰπεῖν τὴν ὡς ἐκ νοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀπαθεστάτην καὶ ἄῤῥητον τοῦ Υἱοῦ παραδεξώμεθα γέννησιν, διὰ δὲ τοῦ εἰρηκέναι Πνεῦμα, στόματος τὴν ἁγιαστικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν, καὶ ζωαρχικὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ὑπολάβωμεν, τῷ τῆς ἐκπορευτικῆς ἰδιότητος ὀνόματι δηλονότι χαρακτηριζομένην. » Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Πατὴρ Ἀναστάσιος ἰδίωμα τοῦ Πνεύματος γινώσκει τὸ ἐκπορευτικόν. Ἐν γὰρ δεκάτῳ καὶ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τῆς αὐτοῦ βίβλου τῆς Ὁδηγοῦ κεκλημένης οὕτω φησίν· « Οὐ γὰρ τὸ ἀγέννητον τοῦ Πατρὸς πρόσωπον ἐσαρκώθη, οὔτε μὴν ἡ ἐκπορευτικὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπόστασις. » Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις, ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος, « Τί Πνεῦμα, καὶ κατὰ τί Πνεῦμα; καὶ ὁσαχῶς λέγεται Πνεῦμα; » φησὶ· « Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος, καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις. »

ιδ'. Οἷον δὲ κἀκεῖνο, ὅπερ οἱ τοιοῦτοι ἐσπούδασαν περὶ τὸ τέλος τοῦ πρώτου λόγου τῶν κατ' Εὐνομίου Ἀντιῤῥητικῶν τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς ἡμῶν, τοῦ τῶν Νυσσαέων προέδρου; Ἐκεῖσε γὰρ ὁ ἅγιος ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος μάχεσθαι τὸν τῆς αἰτίας τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος λόγον, τῇ θεολογίᾳ προσεπιπλέκει, καί φησιν οὕτω· « Εἰ μέν τινα χρονικὴν ἔμφασιν ὑπερτίθει τῆς τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσεως ὁ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προθεωρῶν, εἰκότως ἂν ὁ τῆς ἀϊδιότητος ἡμῖν περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος ἐκινδυνεύετο· νυνὶ δὲ ποτὲ μὴ ἔσεσθαι ἐπὶ τῆς προαιωνίου φύσεως, ἴσως καὶ ὁμοίως ἐπί τε τῆς τοῦ Πατρὸς ζωῆς, καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁμολογίας οὐ δέχεται· ἔνθα γὰρ χρόνος οὐκ ἔστι, καὶ τὸ *ποτὲ* συναναίρηται, » καὶ μετ' ὀλίγα· « Ὁ δὲ αὐτὸς ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος ἐν μόνῃ τῇ τάξει τὴν διαφορὰν ἔχων. Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν· οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως· αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς χώραν οὐκ ἔχουσιν· ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν. Καὶ ὁ μὲν ἅγιος οὕτω κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρεῖσθαι τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα θεολογεῖ, σαφῶς παριστῶν ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου προσεχῶς καὶ ἀμέσως αἰτιατὸν τὸν Υἱὸν εἶναι, καὶ τὸν Υἱὸν αὖθις κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προ-

13. Quod si adversarii id ex quo proceditur, et id quod procedit distinguentes, non congruere dicant Spiritui τὸ ἐκπορευτικὸν, *id ex quo procedit*, sed Patri potius, ob enuntiationem dictionis, vim agendi possidenti, ex his quoque corruptionis per eosdem libris illatæ comprobabitur argumentum. Etenim si animi conscientia bene curati exstimularentur, non eos latuisset, quod sanctus post dictum orationis segmentum suggerit, ita scribens : « Ut cum Verbum diceret, veluti ex mente, Deo et Patre, nullis passionibus obnoxiam, et quæ verbis exprimi non potest, nativitatem intelligeremus; cum vero Spiritum, oris vim sanctificantem et essentialem, vitæque principem Spiritus hypostasim conciperemus, processivæ proprietatis nomine connotatam. » Sanctus quoque Pater Anastasius proprietatem Spiritus processivam agnoscit. Namque decimo sexto capite libri, Hodegi nuncupati, hæc habet : « Non enim ingenita Patris persona carnem assumpsit, neque processiva sancti Spiritus hypostasis? Quinimo Clemens Stromateus in Definitionibus, quas ille concinnavit, ut dogmatum piorum traditionem præcederent prærirentque, antequam rebus theologicis studium impenderetur, definiens, « Quid Spiritus? et secundum quid Spiritus? et quot modis Spiritus? » tradit : « Spiritus est subtilis, et immaterialis, et supra omnem figuram, exsistentia processiva. »

14. Quale porro est illud, quod isti in fine primi adversus Eunomium Antirrheticorum libri ejusdem Patris nostri Nyssaensium antistitis conati sunt? Ibi enim sanctus adversus Eunomium de Filii et Spiritus æternitate contendens, rationem causæ Filii et Spiritus inter alias res theologicas immiscet hisce fere verbis : « Si temporalem quamdam intercapedinem hypostasi, seu subsistentiæ Filii anteponeret, qui Patrem sola principii ratione prius Filio concipit, jure censeri posset doctrina de Filii æternitate in periculum vocata. Nunc pari prorsus modo, aliquando non futurum esse, a Patre et Filio, quin et a Spiritu exulat : nam ubi nullum tempus, ibi etiam *aliquando* sublatum est. » Et paucis interjectis : « Eadem est nostra et de Spiritu sancto sententia, in solo ordine illius differentiam constitui. Quemadmodum enim Patri Filius conjungitur, et cum ex illo originem ducat, exsistentia tamen posterior non est : sic etiam Spiritus sanctus ad Filium se habet, cogitatione sola secundum causæ rationem Filius prius, quam Spiritus sancti hypostasis concipitur : temporales autem dimensiones in illa omne sæculum antegressa vita locum non habent; ita ut excepta causæ ratione sanctissima Trinitas in nullo discordet, probe sibi consonans. » Et sanctus hoc pacto secundum rationem causæ præintelligi Filium Patre decernit, palam edicens, ex solo Patre contigue et immediate produci Filium : et Filium rursus secundum causæ rationem præintelligi hypostasi Spiritus, aperte statuens, per Filium ex Patre produci Spiritum. Qui vero

omnia prævertunt, existimantes forte proficuam futuram corruptionem ad stabiliendam propriam sententiam, cum sanctus scripserit, « Spiritum sanctum adhærere Filio cogitatione sola dum Spiritus hypostasi præintelligitur, » in plerisque illi codicibus exararunt, « Patris hypostasi, » tantum adversus rectum nictantes, ut asseruerint Patre Filium secundum causæ rationem præintelligi, dummodo e mentibus hominum evellant, Spiritum esse per Filium, et consequenter ex Filio.

A θεωρεῖσθαι, φησί, τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, σαφῶς παριστῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς αἰτιᾶσθαι τὸν εἶναι τὸ Πνεῦμα. Οἱ δὲ πάντα διαστρεβλοῦντες τάχα τι κέρδος πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἐκ τῆς παραφθορᾶς οἰηθέντες πορίσασθαι, λέγοντος τοῦ ἁγίου ὡς « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, » ἐν πολλαῖς ἐκείνοι βίβλοις τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως ἔγραψαν, τοσοῦτον πρὸς τὸ εὐθὲς μυωπάσαντες, ὡς τοῦ Πατρὸς εἰπεῖν τὸν Υἱὸν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρεῖσθαι· ἵνα μόνον ἀδιανόητον ποιήσωσι τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

15. Quale etiam contigisse comperimus in theologicis magni Epiphanii dictis, quæ ille libro, cui nomen Ancyroto, digessit. Ibi enim sanctus hunc in modum loquitur : « Sed, ut reor, utraque in homine justo inhabitant : Christus et Spiritus illius. Quod si Christus ex Patre creditur, Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo, aut ex utrisque, ut Christus loquitur : Qui ex Patre procedit, et : Hic ex meo accipiet. » Qui vero in corrumpendis dictis plane insaniunt, « Si Christus ex Spiritu creditur, » descripserunt, « Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo. » Nec intellexerunt, similem dicti corruptionem, mentis plane esse apertam corruptionem. Demus enim dictum ita dictatum fuisse : « Si Christus ex Spiritu creditur. » Nihil inde sequetur a pietate alienum, dum Christus ex Spiritu dicitur, si secundum assumptum ex Spiritu sancto, et Maria Virgine hic est, ut idemmet sanctus in progressu orationis edisserit, cui usui fuerit dicti corruptoribus ad demonstrandum Spiritum non ex Christo? Sive enim ex Patre, sive ex Spiritu credi Christum Deum ex Deo sanctus dixisset, attamen ex Christo esse Spiritum modis omnibus declaravit, et dicti corruptio nihil illis profuit, ad corroborandum Spiritum non esse ex Christo. Imo quod postmodum adnectitur, « aut ab utrisque, ut Christus loquitur : Qui ex Patre procedit, et hic ex meo accipiet, » eorum gravem vesaniam redarguit, qui loco illius, « ex Patre credi Christum, Deum ex Deo, » intruserunt, « Si Christus ex Spiritu creditur, Deus ex Deo. »

ιε'. Ὁποῖόν τι γέγονε καὶ ἐν τοῖς θεολογικοῖς παρὰ τοῦ μεγάλου Ἐπιφανίου ἐν τῷ καλουμένῳ Ἀγκυρωτῷ εἰρημένοις. Ἐκεῖσε γὰρ ὁ μὲν Ἅγιος οὕτω φησίν· « Ἀλλ', οἶμαι, ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ, ὁ Χριστὸς καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥς φησιν ὁ Χριστός, « Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ, Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Οἱ δὲ περὶ τὰς παραφθορὰς τῶν ῥήσεων ἐπτοημένοι, « Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος, » πιστεύεται ἔγραψαν, « Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ οὐ συνῆκαν ὡς ἡ τοιαύτη παραφθορὰ τῆς ῥήσεως παραφθορὰ λογισμῶν ἐστιν ἄντικρυς. Ἔστω γὰρ οὕτω γεγράφθαι τὴν ῥῆσιν· « Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος πιστεύεται, » Οὐδὲν γὰρ ἀπᾴδον τῇ εὐσεβείᾳ τὸν Χριστὸν λέγειν ἐκ Πνεύματος, εἴπερ κατὰ τὸ πρόσλημμα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου οὗτός ἐστιν, ὡς καὶ αὐτὸς παρακατιὼν ὁ ἅγιος λέγει. τί συμβάλλον ἦν τοῖς τὴν ῥῆσιν διαφθείρασι πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ; Εἴτε γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς, εἴτε ἐκ τοῦ Πνεύματος πιστεύεσθαι τὸν Χριστὸν, Θεὸν ἐκ Θεοῦ ὁ ἅγιος ἔφη. Τὸ γοῦν ἐκ τοῦ Χριστοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα πάντη σαφῶς διετράνωσε, καὶ ἔμεινεν ἡ παραφθορὰ τῆς ῥήσεως οὐδὲν αὐτοῖς συντελέσασα εἰς κατασκευὴν τοῦ μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐφεξῆς ἐπαγόμενον τὸ, « ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησιν ὁ Χριστὸς, « Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » πολλὴν τὴν ἄνοιαν κατηγορεῖ τῶν ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, « ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεσθαι τὸν Χριστὸν, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, » λεγόντων, « Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος πιστεύεται, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. »

16. Sed sane vere cæca res est improbitas, sæpeque sæpius et ut plurimum sapientes decipit. Et qui adulterandis codicibus, eorumque scripto traditis dictis manus admoverunt, non alio, quam ut propriam contumaciam tutarentur, ad id agendum permoti sunt. Nos porro jam dictas corruptiones, et earum commenta futilia reteximus, illud ostendere conantes, non frustra nos asseruisse, tempus indicasse dissidii nonnullos in adulterandis similibus sententiis suam operam collocasse. Quod cum demonstratum sit, simul quoque demonstratum venit, exemplarium librorum magni Basilii, illa commentitia esse, in quibus dictum asserens, « Ex

ις'. Ἀλλ' ὄντως τυφλὸν ἡ κακία, καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν ἀνδρῶν σφάλλει ὡς τὰ πολλά. Καὶ οἱ πρὸς τὴν παραφθορὰν ἐξενεχθέντες τῶν γραφικῶν ῥήσεων οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ βούλεσθαι οἰκείαν πεισμονὴν συστῆσαι πρὸς τοῦτό γε ἐξηνέχθησαν. Ἡμεῖς δὲ τάς τε ῥηθείσας παραφθορὰς, τόν τε ἐπὶ ταῖς τοιαύταις παραφθοραῖς διεσαφήσαμεν ἔλεγχον, ἀποδεῖξαι σπουδάζοντες ὡς οὐ μάτην ἐλέγομεν τὸν τῆς διαστάσεως χρόνον ἀναδεῖξαί τινας σπουδὴν θεμένους οἰκείαν τὴν ἔν τισι παραφθορὰν τῶν γραφικῶν χρήσεων. Οὗπερ καὶ ἀποδεδειγμένου συναποδέδεικται τὸ ἐψεῦσθαι μὲν τὰ ἀντίγραφα τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου βίβλων, αἷς ἡ « παρὰ

τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα » λέγουσα « ἔχον τὸ εἶναι » οὐκ ἐμφέρεται ῥῆσις· μάλα δὲ ἀληθεύειν, αἷς αὕτη ἐστὶν ἀνάγραπτος. Γνόντες γοῦν ταῦτά ποτε οἱ τὴν τοιαύτην τοῦ μεγάλου Βασιλείου διαβάλλοντες ῥῆσιν, καὶ πρὸς τὰ παράλογα τῶν διαπορημάτων παραφερόμενοι, οὐχ ὡς ἰδιῶται καὶ ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν ἕνωσιν τῶν Ἐκκλησιῶν ἰδιοπεισμονοῦντες ἐξ ἐριθείας, παυσάσθωσαν ἐπηρεασταὶ τῆς ἀληθείας καθεστηκέναι διακενῆς. Εἰ δὲ καὶ ἄλλων ῥήσεων γραφικῶν παραφθορὰ γέγονε, καὶ ταύτην ὁ χρόνος ἡμῖν γνωριεῖ, καὶ ἡμεῖς ἐν ἄλλοις ἡμῶν λόγοις καὶ περὶ τῶν τοιούτων διαληψόμεθα.

A Filio Spiritum habere, quod sit, » nusquam apparet : sincera vero ac integra, in quibus illud exaratum legitur, resipiscentes igitur aliquando, qui appositum magni Basilii dictum criminantur, et ad absurda et plane stupida dubia deferuntur, non veluti idiotæ, indoctique, sed veluti ecclesiasticæ unionis pertinaces atque improbi hostes, veritatem perperam oppugnare desinant. Quod si et aliarum sententiarum scripto demandatarum immutatio facta est, eamque tempus nobis notam fecerit, in aliis nostris scriptionibus evulgabimus.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Πρὸς τοὺς διαποροῦντας περὶ τῆς εὑρισκομένης ἔν τισι βίβλοις προσθήκης τοῦ, « Ἴσως, » διστακτικοῦ ἐπιῤῥήματος.

α'. Ἐκεῖνο δὲ πῶς ἂν τις ἀνεξέταστον παραδράμοι, ὅπερ ἐχόμενον τῶν προεξητασμένων διηπόρηται παρ' αὐτῶν; Φασὶ γὰρ ὡς, εἴπερ εὐσεβές ἐστιν εἰπεῖν ἀξιώματι τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, διατί ἔν τισι τῶν βίβλων οὐχὶ καθαρῶς εὑρίσκεται τὸ, « Παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, » ἀλλὰ πρόσκειται καὶ τὸ *Ἴσως*· καὶ προϊόντος τοῦ λόγου, ἐν οἷς ὁ ἅγιος παρακατιὼν λέγει, « Εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτ' ἂν εἰκότως, ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως, ἀκολουθεῖν εἴποιμεν, » διατί εὑρίσκεται καὶ τὸ, « Ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν; » Καὶ οἱ μὲν ταῦτα. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ λόγον ἐξεταστικώτερον μεταχειριζόμενοι, ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην νοεῖσθαι ἀπαιτουμένης ἐννοίας ἀποδείξομεν προσθήκην εἶναι τὸ, *Ἴσως*. Οἱ γὰρ αὐτοὶ καὶ ἀφαιρέσει λέξεων ἐκακούργησαν, ὡς παρ' ἡμῶν ἀπεδείχθη, ἐν οἷς διαγεγράφθαι τινῶν βίβλων ἀκριβῶς παρεστήσαμεν τὴν λέγουσαν ῥῆσιν, « παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, » καὶ προσθήκην ἐδολιεύσαντο.

1. Illud porro quanam ratione sine examine quispiam præterierit, quod verbis jam proxime examinatis adhæret, et ab eisdem in dubium vertitur? Namque, inquiunt, si pium est asserere, Spiritum dignitate esse a Filio secundum, qua de causa in quibusdam voluminibus non pure atque ingenue reperitur illud, « Nobis pietatis sermo tradit, » sed illi adnectitur, « Fortasse » et procedente oratione sanctus sermonem continuans dicit, « si ordine et dignitate secundus a Filio est, non tamen verisimiliter alienæ esse naturæ inde consequi dicemus, » quare scriptum est, « Ut id quoque concedamus? » Et hi quidem similia. Nos vero de hisce verbis dubitationem accuratius examinantes, ex ipsa, quæ necessario prorsus intelligenda est, sententia commonstrabimus, *Fortasse* illud suppositilium esse. Iidem enim et vocum ademptione dictum depravarunt, ut a nobis jam ostensum est in illis, quibus in nonnullis codicibus plane comprobavimus, dictum asserens, « a Filio habere Spiritum sanctum, » subtraxisse, et nunc additione adulterarunt.

β'. Καὶ γοῦν εἰπάτωσαν ἡμῖν ἐρωτώμενοι, πόθεν δῆλον παρὰ τοῦ ἁγίου ἐκδεδομένον εἶναι τὸ, *Ἴσως*; Τίς τῶν ἁπάντων, οἷς ἔργον ἐπιμελὲς βίβλοις ἐγκυπτάζεσθαι θεολογικαῖς, ἐνέτυχέ τινι τῶν Πατέρων μετὰ τοῦ, *Ἴσως*, θεολογοῦντι διστακτικῶς; Τίς ἐρεῖ ποτε νοῦ κύριος καὶ φρενῶν, ἐν δισταγμῷ τινι ὅλως τὴν θεολογίαν προβαίνειν, ὁπότε εἰς αὐτὸ τὸ τῆς εὐσεβείας ἀκρότατον οἱ τῆς Ἐκκλησίας ταύτην ἐλογογράφουν διδάσκαλοι; Παράδοσιν εὐσεβείας ὁ μέγας Βασίλειος τὴν ῥῆσιν ἀποκαλεῖ, καὶ τὸ, *Ἴσως*, προστίθησιν; Ποίαν ἔχει τὴν ἀκολουθίαν ὁ λόγος; Ἡ γὰρ παράδοσις εὐσεβείας τὸ ῥῆμα, καὶ τίς ἡ χρεία τοῦ, *Ἴσως*; Ἢ μετὰ τοῦ *Ἴσως* ἔδει τὸν λόγον ἐξενεχθῆναι; Καὶ πῶς ἂν εὐσεβείας ὠνομάσθη παράδοσις; Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐν ἄλλοις τισὶν, οὓμενουν ἐν θεολογίαις λογογραφῶν τις, Εἰ τὸ ἀναμφίβολον τοῖς λεγομένοις περιποιήσασθαι βούλεται τὸ, *παραδίδωσι*, καὶ τὸ, *Ἴσως*, ἀλλήλοις προσεπιπλέξειεν ἄν. Ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀξιωματικῶς εἰρημένοις καὶ οὐδεμίαν ἀντίῤῥησιν δεχομένοις τὸ *παραδίδωσιν*, δίχα τῆς τοῦ *Ἴσως* ὁ λόγος ὑφαινόμενος ἀπαιτεῖ, ὁ τὸν λόγον ἐκτιθέμενος ἐρεῖ προσφυῶς τήνδε τὴν ἔννοιαν, ἢ τόδε

2. Quare respondeant, quæso, nobis interrogantibus; Quonam constat a sancto *fortasse* illud orationi annexum? Quis unquam ex iis, quibus studium unum incumbit, sanctorum theologicas scriptiones evolvendi, Patrem aliquem offendit, cum theologica pertractaret, *fortasse*, quasi de re dubia hæsitantem usurpasse? Quis unquam affirmabit, dummodo pleno pectore sapiat, cum dubitatione atque incertitudine res tradi divinas, et potissimum cum de pietatis ipso vertice agentes, eas Ecclesiæ doctores scripto commendarent? Traditionem pietatis magnus Basilius dictum suum nuncupat, et *fortasse* apponit? Quæ est ista consequentiæ ratio? Aut enim est pietatis traditio verbum, et quæ fuerit necessitas illius *fortasse?* Aut oratio cum illo *fortasse* enuntianda, et quomodo pietatis traditio appellabitur? Neque enim in aliis, tantum abest ut in rebus theologicis sententiam suam quispiam scripto proferens, dummodo certum atque indubium dictis suis comparare conatur, illa *tradit*, et *fortasse* simul una complicaverit. Namque in dictis cum dignitate et auctoritate pro-

latis, et nulli contradictioni obnoxiis, illud *tradit*, absque illius *fortasse* additione scriptor pronuntiaverit : cum vero quæ contexitur oratio *fortasse* requirit, qui scriptum enucleat, aptissime dixerit, hanc sententiam, vel hoc verbum, vel hanc constructionem, permittet fortasse oratio, vel concedet, vel præbebit, vel quid simile ex iis, quæ verbis et adverbiis dubiis connectuntur. Nullus itaque remanet locus, neque *fortasse*, neque, *ut id quoque concedamus*, cogitandi a magno Basilio in jam dictis theologicis apposita fuisse, et hac ratione consequenter tanquam certissimum comparet, ex ipsa *fortasse*, et, *ut id quoque concedamus*, additionem

A τὸ ῥῆμα, ἢ τήνδε τὴν σύνταξιν. παραχωρήσει ἴσως ὁ λόγος ἢ συγχωρήσει ἴσως, ἢ ἐκχωρήσει ἴσως ἤ τι τῶν, ὅσα τοῖς δισταχτικοῖς ἐπισυμπλέκεται ῥήμασί τε καὶ ἐπιῤῥήμασιν. Οὐκ ἔχει γοῦν τινα χώραν τὸ *ἴσως*, καὶ τὸ *ἴν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν*, οἴεσθαι παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκβιάσθαι ἐπὶ τῆς εἰρημένης θεολογίας. Καὶ οὕτω λοιπὸν κατὰ τὸ πάντη βέβαιον ἀναφαίνεται ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην νοεῖσθαι ἀπαιτουμένης ἐννοίας προσθήκην εἶναι τὸ, *ἴσως*, καὶ τὸ *ἴν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν*.

quæ necessario et modis omnibus sententia elicitur, esse.

3. Illud porro quomodo comprehendere non potuerunt, quod universa inductio apertissime astruit? Etenim si difficulter, ut ipsi aiunt, et violenter, et ut quispiam diceret invitum, et coacte sibi permittentem a se ipso sanctum extorsisse verba illa, Spiritum esse secundum a Filio dignitate, qua ratione sententiam istam constabiliens, tot deinceps de secundis dignitatis partibus verba infercit, ut non tantum secundas Filii partes a Patre ad dicendorum probationem assumeret, sed similem angelorum naturam insuper adderet, et pleraque de eorum dignitatibus scripto consignaret, quousque tandem et illud pronuntiaret, « Non omne, quod ordine et dignitate secundum aut tertium est, idem et diversam naturam habet? » Si coacte sanctus dixisset, Spiritum secundum esse a Filio dignitate, fortasse etiam cursim illud præteriisset, ut eum quoque, qui non ita attente rem examinasset, falleret. Verumtamen ille in dissertatione de eo ita perdurat, ut non tantum, postquam multa de dignitatibus angelorum disputasset, induceret, « Non omnino, si quid est ordine et dignitate secundum aut tertium, habebit et naturam diversam, » sed et paucis interjectis adderet, « Quemadmodum multæ mansiones apud Patrem, dignitatum nempe diversitates. Natura vero similis eorum, qui glorificantur. Sic profecto et Spiritus sanctus dignitate quidem et ordine tertius est. Accepimus enim ipsum tertium a Patre et Filio numeratum, cum ipse Dominus in traditione salutaris baptismatis ordinem tradiderit. In naturam autem tertium a Filio et Patre dejectum Spiritum nusquam audivimus. » Huncne in modum, qui dogmata tradunt, in sermones effunduntur, cum violenter atque coacte de illis sibi sermonem concedi cognoscunt? Non est hoc, non. Facilius enim sese sanctus expediisset, demonstrans falsa asserere eum, qui Spiritum secundum a Filio ordine et dignitate affirmabat, quam si admittens Spiritus a Filio partes secundas, summopere elaboraret, ad illud commonstrandum, quanam ratione quod est ordine et dignitate secundum, non idem esset et natura secundum.

B γ'. Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ συνιδεῖν ἔσχον, ὅπερ ἡ ἐπαγωγὴ πᾶσα παρίστησιν ἐναργῶς; Εἰ γὰρ δυσχερῶς, ὡς αὐτοί φασι, καὶ σὺν βίᾳ, καὶ, ὡς ἄν τις εἰποι, κατά τινα ἀκούσιον παραχώρησιν ἐδέξατο ὁ ἅγιος εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ ἀξιώματι, πῶς διὰ τὴν τῆς ἐννοίας ταύτης κατασκευὴν τοσοῦτον ἐφεξῆς τοῖς περὶ τοῦ ἐν τῷ δευτερείῳ ἀξιώματος ἐμπλατύνεται λόγοις, ὡς μὴ μόνον τὸ πρὸς τὸν Πατέρα δευτερεῖον τοῦ Υἱοῦ εἰς κατασκευὴν, ὃν λέγειν ἠβούλετο, παραλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁμοφυὲς τῶν ἀγγέλων προσθεῖναι, καὶ πολλὰ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀξιωμάτων λογογραφῆσαι, μέχρι τοῦ ἐπαγαγεῖν, « Οὐ πᾶν, εἴ τι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι καὶ τρίτον, τοῦτο καὶ τὴν φύσιν ἑτέραν ἔχει; Εἰ περιστατικῶς εἰρήκει ὁ ἅγιος τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ τῷ ἀξιώματι, τάχ' ἂν C καὶ κατ' ἐπιδρομὴν παρῆλθεν αὐτὸ, ὡς καὶ λανθάνειν σχεδὸν τῶν μὴ πάντη ἐπεσκεμμένως αὐτὸ ἐπιχόμενον. Ὁ δὲ ἀλλ' οὕτω ἐπιμένει ταῖς περὶ αὐτοῦ ῥήσεσιν, ὡς μὴ μόνον μετὰ τὸ πολλὰ λογογραφῆσαι περὶ τῶν ἐν ἀγγέλοις ἀξιωμάτων ἐπαγαγεῖν, « Οὐ πάντως εἴ τι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι καὶ τρίτον τοῦτο, καὶ τὴν φύσιν ἑτέραν ἔχει. » Ἀλλὰ καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα προσθεῖναι, « Ὥσπερ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ, τουτέστιν ἀξιωμάτων διαφοραί· φύσις δὲ ὁμοία τῶν δοξαζομένων· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀξιώματι μὲν ὑποβέβηκε καὶ τάξει· παρειλήφαμεν γὰρ αὐτὸ τρίτον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀριθμούμενον, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδεδωκότος τὴν τάξιν· εἰς φύσιν δέ τινα D τρίτην ἀπὸ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ἐκβαλλόμενον οὐδαμοῦ μεμαθήκαμεν. » Οὕτω ταῖς ῥήσεσιν οἱ δογματίζοντες ἐμπλατύνονται, αἷς ἡ κατὰ τὸ βίαιον συγχώρησις ἔνεστιν; Οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Ῥᾷον γὰρ ἂν ἦν τῷ ἁγίῳ τὸν ἀγῶνα πάντα ἐνδείξασθαι, πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι ψευδόμενον τὸν τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ τάξει τε καὶ ἀξιώματι λέγοντα, ἢ δεξαμένῳ τὸ πρὸς τὸν Υἱὸν δευτερεῖον τοῦ Πνεύματος, ἔπειτα μεγάλην ποιεῖσθαι σπουδὴν, πῶς ἂν ἀποδειχθείη τὸ τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερον μὴ καὶ τῇ φύσει δεύτερον εἶναι.

4. His itaque mendacium aperte deprehenditur asserentium a sancto adverbium *fortasse* quod hæsitationem ingenerat, appositum fuisse. Totum enim illis studium conferebat suum, ad illud amolien-

δ'. Διὰ γοῦν ταῦτα τὸ ψεῦδος πρόδηλον ἀπελήλεγκται τῶν λεγόντων παρὰ τοῦ ἁγίου εἰρῆσθαι, τὸ διστακτικὸν, *ἴσως*, ἐπίῤῥημα. Πᾶσα γὰρ αὐτῷ ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ παρὰ τοῦ Πνευματομάχου Εὐνο-

μίου ἐν συλλογιστικῷ συμπεράσματι ἐπιφερόμενον ἦν, τὸ εἶναι δηλαδὴ τὸ Πνεῦμα τρίτον τῇ φύσει. Τὸ δὲ τὸ Πνεῦμα τάξει καὶ ἀξιώματι τρίτον εἰπεῖν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀβιάστως καὶ ἱλαρῶς πάντη ἐδέξατο. Τοῦ γὰρ αἱρετικοῦ Εὐνομίου ὡς πρότασιν τιθεμένου τὸ παρὰ τῶν ἁγίων μαθεῖν τρίτον ἀξιώματι καὶ τάξει τὸ Πνεῦμα, τίνες δὲ οἱ ἅγιοι, καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, οὐ λέγοντος, ἀλλ' εἷς ἓν ἀποτεινομένου μόνον, τὸ συλλογιστικαῖς ὅθεν ἀνάγκαις διαστρεβλῶσαι τὸν λόγον, καὶ συμπερᾶναι τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει τὸ Πνεῦμα, πρὸς τὸ κακόσχολον συμπέρασμα τὸν ζῆλον ὁ ἅγιος ἀνεζώσατο, καὶ συγχωρῶν τῇ προτάσει ὡς ἐλάττονι, κατὰ τὰς συλλογιστικὰς μεθόδους κειμένῃ, ἀποτρέπεται τὸ συμπέρασμα, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐπαγαγεῖν τὸν Εὐνόμιον καὶ μείζονα πρότασιν ἀληθῆ, τὴν, Πᾶν τὸ τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι τρίτον, καὶ τῇ φύσει τρίτον ἐστὶ, καὶ πρὸς τὸ διατείνεσθαι μὴ παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάχθαι Γραφῶν τρίτῃ φύσει χρῆσθαι τὸ Πνεῦμα· οὐδὲ ἐκ τῶν εἰρημένων δυνατόν φησιν εἶναι συλλογίσασθαι αὐτὸ κατὰ τὸ ἀκόλουθον. Δέδεικται ἄρα προσθήκην εἶναι τὸ, Ἴσως, ὅπερ ἀποδεῖξαι ὁ λόγος ἡμῶν ἐπηγγείλατο. Μὴ γοῦν συγκλώθειν ἐπιχειρεῖτωσαν τὰ ἀσύγκλωστα οἱ πρὸς ἓν μόνον ὁρῶντες, τὸ φίλερι, καὶ πρὸς εἰρήνην ἀνένδοτον.

A dum quod ex Spiritus hostis Eunomii syllogismo inferebatur, nempe Spiritum natura esse tertium: sed Spiritum ordine et dignitate tertium dicere a Patre, libenter spontaneeque excepit. Hæretico siquidem Eunomio veluti pronuntiatum ponente, se a Patribus didicisse tertium dignitate et ordine Spiritum, quinam vero sancti, et in quibus scriptionibus doctrinam enuntiarint tacente, et illud unum solumque enitente, syllogismorum nempe necessariis consequentiis orationem distorquendo concludere, tertium esse et natura Spiritum, ad male compactam conclusionem studia sua sanctus contulit, et concedens enuntiatum veluti minorem, syllogismorum methodis digestam, conclusionem refellit: quod non suppeteret Eunomio major propositio vera: Omne nempe, quod est ordine et dignitate tertium, est quoque tertium natura, contendensque non a sacris Scripturis didicisse, tertia natura Spiritum uti, neque ex dictis fieri posse, inquit, ulla argumentatione concludi. Demonstratum est itaque *fortasse* suppositititium esse, quod oratio nostra probare promiserat. Ne itaque quæ simul componi non possunt, una compingere tentent, qui unam solam ambiunt contentionem, et pacem obstinate et contumaciter repudiant.

B

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας ὡς, ἐπεὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ Πίστεως λόγῳ αὐτοῦ εἶπε χρήσασθαί ποτε λέξεσι πρὸς τὰς κατὰ καιρὸν αἱρέσεις ἀγωνιζόμενος ἄλλοτε ἄλλαις, ὡς ἂν ἡ χρεία αὐτὸν κατηνάγκασεν, οὐ δεῖ προσέχειν πάσαις ταῖς θεολογίαις αὐτοῦ.

C

CAPUT III.

Adversus eos, qui contendunt quod magnus Basilius in oratione sua de fide dixerit, « aliquando dictiones usurpasse, adversus consurgentes hæreses decertantem, alias atque alias pro diversis temporibus, ut necessitas ipsum compellebat, » non esse omnibus illius theologicis dictis attendendum.

α'. Ὡς ἀπόλοιτο ἡ κακία, καὶ ὁ ταύτης ἀρχηγέτης διάβολος. Ψυχὴ γὰρ ἅπαξ ἁλοῦσα κακίᾳ, εὐχερῶς οὐκ ἀνανεύει αὐτῆς, ἀλλὰ ῥύμῃ καὶ ἀκαταισχέτῳ τὴν τῆς οἰκείας ἐφέσεως μεταδιώκει ἐκπλήρωσιν. Τοιοῦτόν τι παθόντες καὶ οἱ πρὸς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν διάστασιν ἀνεπιστρόφως ἑαυτοὺς ἐπιδόντες, πρὸς τὸν ἔσχατον κολοφῶνα τῆς κακίας ἀναῤῥιχῶνται· καὶ ἐπὰν αὐτοῖς ἀποδειχθείη ἐναργέστατα τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥῆσιν εἶναι τὴν λέγουσαν « παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, » καὶ προσθήκην ἐν ταῖς βίβλοις τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἶναι τὸ Ἴσως, καὶ τὸ, « ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν, » οὐκ ὀκνοῦσιν εἰς ἔπειτα τὴν αἰσχίστην τῶν διαβολῶν διαβάλλειν αὐτόν. Ἡμῶν γὰρ διὰ τὸν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ζῆλον πολλὰς προβαλλομένων περικοπὰς τῶν ἐκείνου θεολογιῶν, ἐξ ὧν προδήλως ἀναφαίνεται μηδὲν ἐμποδὼν τῇ εὐσεβείᾳ τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν καθίστασθαι ἐκ τοῦ λέγειν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗτοι μετὰ πολλὰς ἄλλας ἀντιῤῥήσεις, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος, ὡς δυσάντητόν τινα, καὶ δυσαντίβλητον ἀντίῤῥησιν τελευταῖον ἐπιφέρουσι τὸ μὴ πάσας τὰς ἐκείνου θεολογίας τὸ βέβαιον ἔχειν, ὡς αὐτοῦ ἐκείνου ἐν τῷ περὶ Πίστεως λόγῳ ὃν τοῖς Ἀσκητικοῖς ἐκεῖνος ἐκδέδωκε, διομολογοῦντος « ἄλλοτε ἄλλαις χρήσασθαι λέξεσιν,

D

1. O utinam pereat improbitas, et illius primus auctor diabolus: semel enim animus improbitate mancipatus, ab ea difficulter eximitur, quinimo impetu, qui coerceri nequit, proprii desiderii complementum consectatur. Simile quid perpessi, qui Ecclesiarum dissidio, inexorabiles, et sine spe ulla reconciliationis addicuntur, ad extremum improbitatis verticem perveniunt; et cum illis apertissime ostensum fuerit, magni Basilii dictum esse asserens, « ex Filio esse Spiritum sanctum, » et in magni Basilii voluminibus illud, *fortasse*, additamentum esse, quemadmodum et illud, *ut id quoque concedamus*, non verentur postmodum nomen illius pessimis criminationibus maculare. Nobis etenim ob ecclesiasticæ pacis studium, ex illius theologicis dictis pleraque segmenta in medium afferentibus, quibus manifesto indicatur, Romanam Ecclesiam pietatem neque convellere, neque labefactare, cum asserit, ex Patre et Filio esse Spiritum sanctum, isti post multas objectiones, ad nullam partem utiles, veluti inauspicatam et aspectu terribilem tandem contradictionem opponunt, non omnia illius dicta theologica firmitatem et stabilitatem habere: eodem ipso oratione de fide, quam ille inter Ascetica publicavit, ingenue asserente, « diversis temporibus alias atque alias dictiones usur-

passe, ut necessitas illum compellebat, adversus enascentes hæreses decertantem. » Et hi quidem hæc inquiunt.

διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Τὰς γὰρ Εὐαγγελικὰς ῥήσεις τήν τε λέγουσαν· « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· » καὶ τὴν « Παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι » εἰς μαρτυρίαν ἐνταῦθα τῆς εἰρημένης συναφείας ὁ ἅγιος φέρει, εἰδὼς ἀκριβῶς ὡς ὅπερ ἡ *ἐκπορεύεται* δύναται δηλοῦν λέξις ἐπὶ τῇ φυσικῇ σχέσει τε καὶ οἰκειότητι τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Πατέρα, τοῦτο δύναται δηλοῦν καὶ ἐπὶ τῇ φυσικῇ σχέσει τε καὶ οἰκειότητι τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν, ἡ λέγουσα αὐτὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Καὶ εἴγε τις διαπιστῶν ἐστι τῷ τῶν ῥήσεων τούτων ἰσοδυνάμῳ, ἐξ ὧν εἰς μαρτυρίαν παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου παραγομένων ἀναφαίνεται, συνημμένως εἶναι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, κἀκεῖνα τὰ μέρη ἐπιζητείτω τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου γραφῶν, ἐν οἷς εὑρίσκεται λέγων, « Τὴν μὲν πρὸς Πατέρα οἰκειότητα νοῶ, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τὴν πρὸς Υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ ἀκούω, « Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Καὶ ὁ μὲν ἡμέτερος ἀπόλογος πρὸς τοὺς διαπροῦντας, εἰ τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λεγόμενον εἰς τὸν Πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, οὗτος, ἱκανῶς οἶμαι ἀποδοθείς. Δεῖ δὲ καὶ τὰ ἔτι ῥηθησόμενα ὡς πόρισμά τι τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν ἐπαγαγεῖν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ ἅγιος πᾶσαν τὴν σπουδὴν ἐποιεῖτο ἀποδεδειχέναι μὴ κτίσμα Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, εἴπερ ἀποδεδείχει, μηδόλως ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι αὐτὸ, συναποδεδειγμένον ἂν ἐμελλεν ἔχειν, καὶ τὸ μηδὲ κτίσμα εἶναι αὐτὸ τοῦ Υἱοῦ. Τὸ γὰρ μηδόλως ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον, πῶς ἂν εἶχε λόγον ποίημα αὐτοῦ λέγεσθαι; πάροδος γὰρ Εὐνομίῳ πρὸς τὸ εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ποίημα οὐδεμία τίς γέγονεν ἄλλη ἀλλ' ἢ μόνον αὐτὸ, τὸ διαῤῥήδην τοῖς τότε θεολογεῖσθαι, ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Οὐ γὰρ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχον δι' Υἱοῦ. Καὶ οὐ μόνον τοιαύτην ἂν εἶχεν ὁ λόγος, τὴν δύναμιν, ὥστε ἀναφέρεσθαι τὸ Πνεῦμα, μὴ εἶναι τοῦ Υἱοῦ κτίσμα, ἐὰν ὁ ἅγιος ἀποδεῖξαι εἶχε, μὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι αὐτό. Ἀλλὰ καί τι ἄλλο βαθύτερον τοῖς ἐξεταστικωτέροις ἐντεῦθεν ἦν συνιδεῖν. Ὁ γὰρ Εὐνόμιος ποίημα τοῦ Υἱοῦ λέγων τὸ Πνεῦμα, καὶ τοῦ Μονογενοῦς, ἧττον, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξουδένωσιν ὡς ὁμολογουμένην λαμβάνων, ἐντεῦθεν πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἐλαττώσεως ὥρμα, ὡς αὐτὸς ὁ μέγας Βασίλειος μαρτυρεῖ ὀλίγῳ πρότερον τῆς εἰς ἐξέτασιν προκειμένης περικοπῆς οὕτως ἐπὶ λέξεων λέγων· « Ὁ μὲν Κύριος περὶ τοῦ Παρακλήτου, » ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, » φησὶν, « ἡ δὲ κατήγορος γλῶσσα, ἐμπόδιον εἶναι τῷ Υἱῷ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα συγκρίσεως ἀποφαίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ Πνεύματος, φησὶ, ποιητὴς ὁ Υἱὸς, ἵλεως δὲ ἡμῖν, Κύριε, τοῖς λαλουμένοις εἴης, τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς μηδεμίαν σεμνότητα τῷ δημιουργήσαντι προστιθέναι, διὰ τοῦτο οὐδὲ συγκρίνεσθαι τῷ Πατρὶ ἄξιος, ἐκ τῆς ὧν ἐποίησεν εὐτελείας, τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας ἀφῃρημέ-

per Filium, aut ex Filio. Evangelica enim dicta tum quod asserit, « Spiritum veritatis, » tum illud, « Ex Patre procedit [81], » in jam assertæ conjunctionis testimonium profert, plane sciens, quam *processionis* vox sententiam insinuat in naturali relatione, et affinitate Spiritus ad Patrem, eamdem quoque connotare in naturali relatione et affinitate Spiritus ad Filium, qua nuncupatur Spiritus veritatis. Quod si quis hujuscemodi dictorum æquales vires esse non suadetur, quibus in testimonium a magno Basilio adductis apparet, conjunctum esse Spiritum Filio et Patri, partes alias scriptorum magni Basilii inquirat, quibus ille insinuat: « Cum Patre quidem affinitatem intelligo, quando a Patre procedit, cum Filio vero, dum audio, « Si quis Spiritum Christi non habet, hic illius non est. » Et ratiocinatio equidem nostra adversus eos, qui hæsitant, an quod a Filio esse dicitur, ad Patrem refertur, hoc modo satis abundeque, ut ipse existimo, expeditur. Quæ autem subnectentur, dictis nostris veluti corollarium conjungenda sunt. Cum enim sanctus summopere atque ex integro incumberet demonstrare, non esse creaturam Filii Spiritum; si demonstrasset, nullo modo eum esse ex Filio, jam etiam illud demonstratum fuisset, neque creaturam illum esse Filii. Etenim quod nullo modo ex ipso est, quanam ratione creatura illius diceretur? Aditus enim Eunomio ad asserendum Spiritum creaturam Filii, nullus alius fuit, quam hic; quod palam ab his, qui eo tempore vivebant, ex Patre per Filium esse Spiritum enuntiaretur, et consequenter ex Filio. Non enim veluti ex prima causa et principio ex Filio Spiritus est, sed ex Patre exsistens per Filium. Et neque id tantummodo sermo inferret, ut assereretur Spiritus non esse Filii creatura, si sanctus demonstrare potuisset, ex Filio eum non esse. Sed aliud quoque et id multo accuratius, qui accuratius res expendunt, concipere potuissent. Nam Eunomius creaturam Filii Spiritum tradens, et Unigenito minorem, sancti Spiritus contemptum tanquam omnibus probatum accipiens, hinc ad demonstrandam Unigeniti diminutionem proficiscebatur, ut testatur idem magnus Basilius paulo ante jam ad examen propositam pericopem, hæc verbatim edisserens: « Et Dominus quidem de Paracleto dicit, ille me glorificabit, at ista maledica lingua, impedimentum esse ipsum Filio censet, ne cum Patre comparetur. Quando enim Spiritus, inquit, factor est Filius (propitius autem tu, Domine, in his, quæ loquimur, nobis sis) hoc vero hujuscemodi est, ut nullum decus addat Creatori, propterea nec Patri comparari dignus est, quoniam humilitate eorum, quæ fecit, dignitatis æqualitate privatus est. » Hæc sanctus verbatim enuntians, et Eunomii blasphemiam palam omnibus deprædicans ac commonstrans,

[81] Joan. xiv, 17; xv, 26.

quo pacto eamdem cum Patre dignitatem Filii ex hoc convelli comprobet Eunomius, quod Spiritus a Filio factus est, postmodum sæpissime repetitam pericopem connectit, dicens : « Illud vero cui non patet, quod nulla operatio Filii a Patre divisa est? » Et quæ sequuntur pericopes. Cum itaque sanctus in contemptum Unigeniti gloriæ, et impedimentum æqualis cum Patre dignitatis illius existimaret Eunomium dicere, Spiritum a Filio factum esse, si potuisset ex Scripturis comprobare, eum non ex Filio esse, quam aliam Eunomianarum blasphemiarum refutationem aptiorem attulisset, quam demonstrando, nullo modo ex Filio Spiritum esse? Etenim si demonstratum fuisset, nullo modo ex Filio esse Spiritum, similis demonstratio maledicum Eunomii os obstructura erat, asserentis, humilitatem a Filio facti Spiritus non permittere, ut Filius eadem sit ac Pater dignitate. Et sane sanctum demonstrare nullo modo ex Filio Spiritum sanctum esse, adeo necessarium ad refutandas Eunomii blasphemias videbatur; sed id cum demonstrare non posset, illud, ex Filio Spiritum esse, sanctus neque negat, neque contradicit Eunomio, sæpissime in propriis commentariis id ipsum et apertissime repetenti; illud vero, ex solo eum dicere Filio, pessimo Dei hosti multis objectis pernegat. Qui vero non ad illud, ex Filio, sed ad illud, ex solo Filio esse Spiritum sanctum contradicit, quomodo hic, ex utroque manifesto non constabilit? Neque enim quispiam dicet, sanctum, dum ex solo Filio non esse Spiritum astruit, confirmare, eum esse ex solo Patre, neque hoc pacto ratiocinandum est, si ex solo Filio Spiritus non est, ex solo ergo Patre est, sed sciendum, eum, qui Spiritum non esse ex solo Filio asseverat manifesto ex utroque eum esse comprobare : qui vero ex solo Patre esse Spiritum demonstrare conatur, ad probandum illi non ita facile futurum, nisi ad refellendum in semet susceperit, prorsus ex Filio Spiritum non esse. Hoc enim tantummodo nec aliud constabilire poterit, ex solo Patre Spiritum esse.

νος. » Ταῦτα λέγων ἐπὶ λέξεων ὁ ἅγιος, καὶ τὴν τοῦ Εὐνομίου βλασφημίαν ἐκπομπεύων καὶ παριστῶν ὡς τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμότιμον τοῦ Υἱοῦ ἐκ τούτου ἀναιρεῖσθαι κατασκευάζει ὁ Εὐνόμιος ἐκ τοῦ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ πεποιῆσθαι, ἐφεξῆς τὴν πολλάκις ῥηθεῖσαν περικοπὴν ἀποφέρει λέγων, « Ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι οὐδεμία ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ Πατρός; » καὶ τὰ λοιπὰ τῆς περικοπῆς. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἅγιος εἰς ἐλάττωσιν τῆς τοῦ Μονογενοῦς δόξης, καὶ εἰς ἐμπόδιον τῆς πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοτιμίας αὐτοῦ κατενόει τὸν Εὐνόμιον λέγοντα τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ πεποιῆσθαι, εἴπερ εἶχε παραστῆσαι ἀπὸ Γραφῶν μὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν αὐτό, ποίαν ἂν ἄλλην εὗρεν ἀνατροπὴν τῶν Εὐνομίου βλασφημιῶν, εἰ μὴ τὸ ἀποδεῖξαι μηδόλως ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα. Ἂν γὰρ ἀπεδείχθη, οὐδόλως ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχον τὸ Πνεῦμα, ἡ τοιαύτη ἀπόδειξις ἐμέλλε τὸ κατήγορον Εὐνομίου στόμα ἐμφράξαι, λέγοντα· ὡς ἡ εὐτέλεια τοῦ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ποιηθέντος Πνεύματος οὐ συγχωρεῖ τὸν Υἱὸν ὁμότιμον τῷ Πατρὶ εἶναι. Καὶ τὸ μὲν ἀποδεῖξαι τὸν ἅγιον μηδόλως ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτω χρήσιμον ἐμέλλεν εἰς ἀνατροπὴν τῶν Εὐνομίου ἀναφανήναι βλασφημιῶν· ὁ δὲ ἅγιος ἀποδεῖξαι τοῦτο μὴ ἔχων, πρὸς μὲν τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἀντιλέγει τῷ Εὐνομίῳ, μυριαχοῦ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων τοῦτο τρανότατα λέγοντι· πρὸς μόνον δὲ τὸ ἐκ μόνου λέγειν αὐτὸ τοῦ Υἱοῦ ἀντιλέγει τῷ κακίστῳ καὶ θεομάχῳ. Ὁ δὲ μὴ πρὸς τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀντιλέγων, πῶς οὐ τὸ ἐξ ἀμφοῖν προδήλως οὕτος συνίστησιν; οὐ γὰρ δήπου ἐρεῖ ὁ ἅγιος, ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ μὴ εἶναι λέγων τὸ Πνεῦμα συνίστησιν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι αὐτό· οὐδὲ συλλογίζεσθαι δεῖ ὡς, εἰ ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἔστιν, ἐκ μόνου ἄρα ἐστὶ τοῦ Πατρός, ἀλλ' εἰδέναι ὡς ὁ μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ λέγων προδήλως τὸ ἐξ ἀμφοῖν αὐτὸ εἶναι συνίστησιν. Ὁ δὲ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι θέλων ἀποδεῖξαι τὸ Πνεῦμα, ἄλλως οὐχ ἕξει τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως εὐχερὲς, εἰ μὴ πρὸς ἀνατροπὴν ἀποδύσεται τοῦ ὅλως ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα. Τοῦτο γὰρ μόνον καὶ οὐκ ἄλλο συστῆσαι ἕξει τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα.

CAPUT V.

Ad eos qui dubitant, « Quomodo Spiritus procedit per Filium? »

1. Cum dubiorum absurdum mente concipio, quæ plerique de incomprehensa Triade excogitant, dum interrogationes, quas cogitatione consequi non valeas, mecum revolvo, et quod ipsi pelagus pertransire tentant, et quantam profunditatem investigare audent, projectæ et ad similia concitæ cupiditatis confidentiam demiror, et quasi ipse ego essem, qui talia fidenter aggrederer, totus mente animoque metuens inhorresco. Quæ porro sunt, quæ illi de processione sanctissimi Spiritus addubitant? Nos, inquiunt, Filium et Spiritum una simul ex Patre emanantia didicimus. Et qua ratione qui cum Filio simul emanat ex Patre, per Filium procedit? Et hi quidem hæc.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Πρὸς τοὺς διαπορουῦντας, « Πῶς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ; »

α'. Ὅτε τὸ τῶν ἀποριῶν ἀναλογίσομαι ἄτοπον, ἃς οἱ πολλοὶ περὶ τῆς ἀκαταλήπτου διανοοῦνται Τριάδος· ὅτε τὸ τῶν ἐρωτήσεων κατὰ νοῦν λάβω ἀνέφικτον, καὶ οἷον ἐπιχειροῦσιν οὗτοι πέλαγος νήχεσθαι, καὶ ὅσον ἀνιχνεύειν ἀπατολμῶσι βυθὸν, τὴν πρὸς τὰ τοιαῦτα κινουμένης διανοίας ἀποθαυμάζω τὴν τόλμαν, καὶ ὡς αὐτὸς ἐγὼ τυγχάνων ὁ τούτων κατατολμῶν φρίττω καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν. Οὐ γὰρ διαπορουῦσι περὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως; Ἡμεῖς, φασὶν, Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅμα προερχόμενα ἐκ Πατρὸς μεμαθήκαμεν. Καὶ πῶς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅμα Υἱῷ προερχόμενον ἐκ Πατρός; Καὶ οἱ μὲν ταῦτα.

β'. Ἡμεῖς δὲ, λύσιν τῶν τοιούτων ἀπαιτούμενοι ἀποριῶν, ἄλλοθεν οὐκ ἔχομεν ἐφευρεῖν, ἀλλ' ἐξ ἐπερωτήσεως ἄλλων ἀποριῶν ταῖς ἀπορίαις αὐτῶν ἀντεπαγομένων. Τίνα γὰρ ἄν τις καὶ ἐπινοήσαιτο λύσιν ἐπ' ἐκείνοις, ὧν λόγος φυσικὸς ἐφικνεῖται οὐδείς, καὶ ἅπερ αἰῶνος παντὸς καὶ χρόνου ἀνώτερα, καὶ ὧν οὐδὲν καταλήψεως μέτρον; Τοῖς γὰρ πάνυ περὶ ταῦτα ζητητικοῖς πολλὰ κάμοῦσι πέρας ἐπιθεῖναι τῇ περὶ αὐτῶν γνώσει, καὶ κατάληψιν ἐφευρεῖν, ἔν τι πέρας καὶ μία κατάληψις ἐπιγίνεται μόλις, ἄπειρα γνῶναι ταῦτα καὶ ἀκατάληπτα. Ἐπὶ γοῦν τοῖς οὕτως ἀκαταλήπτοις καὶ ἀπερινοήτοις τίνα ἄν τις λύσιν τοῖς ἀποροῦσιν ἐπινοήσαιτο; Πάντως τοὺς ἐπὶ τοιούτοις διαποροῦντας, οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν στῆναι τοῦ ἀπορεῖν ἀλλ' ἢ ἐξ ἐπαγωγῆς ἄλλων ἀποριῶν, ὡς ἂν διαπορηθέντες οὗτοι ἐφ' εἷς οὐκ ἔστιν αὐτοὺς λύσιν ἀπορίας δοῦναί τινα, οὕτω τοῦ ἀπορεῖν μόλις ἀπόσχωνται.

2. Nos vero de similium dubitationum solutione rogati, aliunde eam conquirere non valemus, quam ex aliarum dubitationum interrogationibus, adversus objectas dubitationes propositis. Quam enim solutionem quispiam unquam invenerit eorum, ad quæ nulla ratio naturalis pertingit, et quæ omni ævo et tempore potiora sunt, et quorum comprehensionis mensura nulla præscribitur? Namque qui de illis anxie investigando sese sollicitant, licet multum defatigentur, ut cognitioni de iis finem imponant, et comprehensionem aliquam assequantur, tandem illis unus terminus et una comprehensio accedit, immoderata ea cognoscere, nullique cognitioni obnoxia. De his itaque, quæ neque mente comprehendi, neque cogitatione cognosci queunt, qua quispiam solutione incertis atque dubitantibus satisfecerit? Plane eos, qui de similibus dubitant, non aliunde quis coercebit, neque dubitationem eximet, quam ex aliarum dubitationum inductione, ut sic illi in dubia conjecti, de quibus nullam solutionem comminisci possunt, tandem aliquando dubitationibus finem imponant.

γ'. Καὶ γοῦν ἐρωτῶσιν ἡμῖν εἰπάτωσαν οὗτοι, πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ Πατρός; Τοῖς δυνησομένοις δοῦναι λόγον ἡμῖν πῶς τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐκ Πατρὸς ἕτοιμοι λόγον ἀποδοῦναι ἡμεῖς πῶς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα δι' Υἱοῦ. Εἰ δὲ διὰ τὸ ἅμα Υἱῷ ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι γίνονται πρὸς τὸ ἀπορεῖν, πῶς δι' Υἱοῦ, διά τινα ἔμφασιν χρόνου οἰόμενοι, καὶ πάλιν, εἰπάτωσαν ἡμῖν αὐτοὶ πρότερον, πῶς ὁ Υἱὸς καὶ ἅμα ἐστὶ τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ Πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι, καὶ ἡμεῖς ἐροῦμεν, πῶς τὸ Πνεῦμα ἅμα ἐστὶ τῷ Υἱῷ, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχει τὸ εἶναι. Εἰ γὰρ ἔχει χρόνου δύναμιν ἡ *διὰ* ἐν τῇ δι' Υἱοῦ ἐκπορεύσει τοῦ Πνεύματος, ἕξει πάντως καὶ ἡ *ἐκ* πρόθεσις τὴν αὐτὴν τοῦ χρόνου δύναμιν κατὰ τὴν ἐκ Πατρὸς γέννησιν τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' οὐδεὶς εὐσεβῶν, εἰ μὴ κατὰ τὸν Ἄρειον μανείη, καὶ Εὐνόμιον, χρονικὴν ἔννοιαν τῆς τοῦ Υἱοῦ προεπινοήσει γεννήσεως. Οὐκ ἄρα οὐδὲ κατὰ τὴν δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου Πνεύματος χρονική τις ἔννοια πάροδον ἕξει τινά. Οὐ δεῖ γοῦν ἀπορεῖν καὶ ἀνταπορεῖσθαι ἐφ' οἷς ἅπας λόγος ἀπορίας ἀργεῖ, ἵνα μὴ οἱ ἀποροῦντες καὶ ἀνταπορούμενοι δοκῶσι παρακύπτειν εἰς μυστήρια Θεοῦ δίχην μεμηνότων καὶ παραπλήγων. Οὐ μὴν ὅτι τὸ πάντα διαπορεῖν περὶ Θεοῦ ἐπικίνδυνον καὶ ἐπισφαλὲς, ἀπαγορευτέον λέγειν καὶ ἀκούειν τι περὶ Θεοῦ, ἵνα μὴ τὸ ἐπὶ παντὶ λόγῳ τῆς θεογνωσίας ἀνεπιχείρητον εἰς τὸ πάντη ἄθεον ἀντιπερισταίη. Ἀλλ' ἐπεὶ διὰ τὸ ἐκ μέρους γινώσκειν, καὶ ἐκ μέρους καταλαμβάνειν τὸ περὶ τοῦ Θεοῦ ζητεῖν ἃ δεῖ, ἀκίνδυνον καὶ ἐπωφελὲς, ἔστιν οὗ δεῖ φεύγειν τὸ ἀπορεῖν, ἔστιν οὗ δεῖ ζητεῖν, καὶ ἀνερευνᾷν.

3. Quare interrogantibus nobis respondeant, quanam ratione Spiritus sanctus procedat ex Patre? Illis qui rationem nobis reddere poterunt, quomodo Spiritus procedit ex Patre, prompti sumus nos quoque rationem reddere, quomodo Spiritus procedat per Filium. Quod si ex eo, quod simul cum Filio Spiritus ex Patre emanat, in dubitationem veniunt, quomodo per Filium, quod aliquod temporis intervallum videatur intercedere, rursus dicant ipsi nobis prius: Quanam ratione Filius et simul est cum Patre, et ex Patre habet quod sit? Et nos exponemus, quomodo Spiritus simul est cum Filio, et ex Filio habet, quod sit. Etenim si *per* in Spiritus processione per Filium tempus includit, habebit prorsus et *ex* propositio easdem vires, et tempus exprimet in generatione Filii ex Patre. Sed nemo dummodo pietatem colat, et cum Ario et Eunomio non insanit, tempus ante Filii generationem præintelliget. Sic itaque neque in processione sanctissimi Spiritus per Filium temporis aliqua intercapedo locum habebit. Non ergo dubitandum est, neque dubiis dubia reponenda de rebus iis, de quibus dubitatio omnis cessat; ne et ii qui dubitant et ii qui contra addubitant, arcana Dei mysteria, æque atque insanientes et fatui obiter atque per transennam intueri videantur. Sed non propterea quod de omnibus, quæ de Deo dicuntur, dubitationem habere, multum mali multumque periculi continet, ideo et de Deo sermones, et auditiones longe amandandæ sunt, ne dum de Dei cognitione omnia intentata relinquuntur, negotium in Deum etiam prorsus sustollendum referatur. Verumtamen cum, ut ex parte quidem cognoscamus, et ex parte comprehendamus, de Deo quærere, quæ oporteat, et periculo et noxa caret, aliquando dubia vitanda sunt, aliquando ea movenda, et sollicite investiganda.

δ'. Διὰ γοῦν ταῦτα κἀν τοῖς παροῦσιν ἡμεῖς τὸ μὲν ἀκατάληπτον, παριστῶντες καὶ ἀνέφικτον τῆς ἀκριβοῦς ἐπὶ τῇ Τριάδι ζητήσεως ταῖς ἀναγεγραμμέναις ἀπορίαις τὰς τῶν ἀντιλεγόντων διεκρουσά-

4. Ob hæc nos quoque, in præsenti, quod neque comprehendi, neque capi intellectu potest exquisitæ de Triade quæstionis proposito, jam descriptis dubitationibus dubitationes contradicentium retun-

dimus; nihilominus cum pauca etiam nobis suppetant, quibus dubitantium desideriis occurrere minimum possumus, eaque non de nostris, sed quibus sacræ Scripturæ nos conducere consuevere, ad veri declarationem quamdam, eamque subobscuram, hæc ad animi dubios incertosque profamur. Vos dubitatis, quomodo simul cum Filio Spiritus ex Patre, et quomodo per Filium ex Patre procedit? At nostra oratio Patres nostros theologos cate novit, in aliquibus rebus theologicis exponendis, imagines quasdam usurpasse, quibus concipi datur, non esse prorsus absurdum, esse duos effectus, qui simul a prima causa emanent, et alius nihilominus per alium sit. Ante alios Gregorius, cui a theologia cognomen est, solem, radium, et lumen ad effingendum nulli assimilandam Triadem assumit. Lumen itaque et radius e solari disco una promanant, nec unum sine altero, sed aliud per aliud: namque per radium lumen: et hujus demonstratio est, ipse noster sensus improbabilis. In quo ergo vulnerat illius *simul* rationem, quæ per radium luminis emanatio fit. Quod vel unum solummodo exemplum a nomine, et cognitione Theologo traditum abunde persundabit, ne in posterum in controversiam voces, simul cum Filio et per Filium esse Spiritum ex Patre. Item rursus, oculum, fontem, et fluvium sententia sua exemplare dat, et notitiæ vestigia: et sunt equidem ex oculo fons et fluvius simul, quamvis in confesso sit apud omnes per fontem fluvium esse, nec illud per fontem ex oculo fluvium exsilire, simul esse cum fonte lædit. Et si non displicet, dictis ea quoque, quæ aliter alii sed in eamdem sententiam exempli causa dictarunt, subdantur, fons, fluvius, aqua, radix, ramus, fructus, rosa, flos, odor. Similia exempla animo volventes, qui addubitant, qua ratione et simul cum Filio et per Filium Spiritus ex Patre, ultra quam par est, curiosi esse desinent. Satis enim vobis est, ad compescendam curiositatem, scire eos, qui per Filium processionem decreverunt, eam absque tempore et supra tempus tenuisse, et nunquam quippiam sive periculosum, sive errori implicitum decrevisse.

CAPUT VI.

Ad eos qui dicunt: « Si per Filium procedit, quomodo non sunt duæ existentiæ Spiritus?

1. Et quo pacto, inquiunt, possumus dicere per Filium Spiritum procedere, absque eo quod concipiamus duas Spiritus exsistentias, unam ex Patre, alteram per Filium? Ecquisnam, o amici, hæc vos edocuit improbitatis atque stultitiæ plena? Qui enim similia effutiunt, non omnes utroque modo, sed hi quidem malitiose, hi vero imprudenter, multitudinis auribus obstrepunt. Namque qui contentionibus addicuntur, reliquosque omnes superare summopere anhelant, in quos sese inferunt, atque intrudunt, hi maligne omnia et comminiscuntur, et enuntiant. Alii naturam nacti simplicem, nullaque

μεθα· ἔχοντες δὲ ὅμως καὶ ὀλίγ' ἅττα εἰπεῖν, ὅσον μικρόν τι τὴν τοῦ ἀποροῦντος παραμυθήσασθαι ἔφεσιν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὴν ψυχαγωγίαν ἡμῶν πραγματεύονται πρὸς ἀμυδράν τινα τοῦ ἀληθοῦς ἔμφασιν τάδε πρὸς τοὺς διαπορουντάς φαμεν. Ὑμεῖς ἀπορεῖτε, πῶς ἅμα (Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ πῶς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεται ἐκ Πατρός; Ὁ δὲ ἡμέτερος λόγος τοὺς θεολόγους ἡμῶν οἶδε Πατέρας, εἰκόνας τινὰς παραλαβόντας ἔστιν οὗ τῶν θεολογιῶν, ἐξ ὧν ἔστι διανοήσασθαι μὴ πάντη εἶναι ἀμήχανον, εἶναί τινα δύο αἰτιατὰ, καὶ ἅμα τοῦ πρώτου αἰτίου προερχόμενα, καὶ ὅμως διὰ θατέρου τὸ ἕτερον. Αὐτίκα Γρηγόριος ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, ἥλιον, ἀκτῖνα, καὶ φῶς εἰς εἰκόνα τῆς ἀνεικονίστου παραλαμβάνει Τριάδος. Φῶς γοῦν καὶ ἀκτὶς τοῦ ἡλιακοῦ δίσκου ἅμα προέρχονται, καὶ οὐδέτερον τοῦ ἑτέρου χωρὶς, ἀλλὰ διὰ θατέρου τὸ ἕτερον. Διὰ γὰρ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς. Καὶ τοῦτο ἀπόδειξις αὐτὴ ἀναπόδεικτος ἡμῶν αἴσθησις. Τί γοῦν ἐλυμήνατο τὸν τοῦ ἅμα λόγον ἡ διὰ τῆς ἀκτῖνος τοῦ φωτὸς πρόοδος; Καὶ ἤδη ἐν τοῦτό σοι παράδειγμα πρόκειται παρὰ τοῦ καὶ τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν γνῶσιν Θεολόγου δοθὲν, ἱκανὸν πεῖσαι, μὴ ἀμφιβάλλειν σε, ἅμα Υἱῷ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ὀφθαλμὸν, πηγὴν, καὶ ποταμὸν εἰς παραδείγματα τῆς αὐτῆς ἐννοίας λαμβάνει καὶ εἰσὶ μὲν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἡ πηγὴ, καὶ ὁ ποταμὸς ἅμα, ἀλλὰ διὰ τῆς πηγῆς ὁμολογουμένως ὁ ποταμὸς, καὶ οὐδέν τι λυμαίνεται τὸν τοῦ ἅμα λόγον τὸ διὰ τῆς πηγῆς ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ προϊέναι τὸν ποταμόν. Εἰ δὲ βούλεσθε, τοῖς εἰρημένοις ἐπισυναφθήτωσαν καὶ ἅπερ ἄλλοι ἄλλως, εἰς δὲ τὴν αὐτὴν εἶπον ἔννοιαν παραδειγματικῶς, πηγὴ, ποταμὸς, ὕδωρ, ῥίζα, κλάδος, καρπὸς, ῥόδον, ἄνθος, ὀσμή. Τὰ τοιαῦτα λογιζόμενοι παραδείγματα οἱ διαποροῦντες, πῶς καὶ ἅμα Υἱῷ, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, πέρα τοῦ μετρίου πολυπραγμονεῖν ὑποστέλλεσθε. Ἱκανὸν γὰρ ἡμῖν εἰς τὴν τῆς πολυπραγμοσύνης ἀπειροπλην τὸ εἰδέναι ὡς οἱ τὴν τοῦ Υἱοῦ δεδογματικότες ἐκπόρευσιν ἄχρονον, καὶ ὑπέρχρονον ταύτην ἐφρόνουν, καὶ οὐκ ἂν ποτε ἐπισφαλές τι περὶ αὐτῆς ἐδογμάτισαν.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, « Εἰ δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεται, πῶς οὐχὶ δύο ὑπάρξεις τοῦ Πνεύματος; »

α'. Καὶ πῶς ἔστι, φασὶ, δι' Υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον, καὶ μὴ δύο νοεῖν ὑπάρξεις τοῦ Πνεύματος, μίαν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἑτέραν διὰ τοῦ Υἱοῦ; Καὶ τίς, ὦ ἑταῖροι, ἐδίδαξεν ὑμᾶς ταῦτα, ἢ κακουργίας, ἢ ἀνοησίας ὄντα μαστά; Τῶν γὰρ ἀπερευγομένων ταῦτα οὐ πάντες ἀμφοτέρα, ἀλλ' οἱ μὲν κακούργως, οἱ δὲ ἀνοήτως τῆς τῶν πολλῶν ἀκοῆς καταφλυαροῦσιν αὐτά. Οἷς μὲν γὰρ ἡ γνώμη φιλόνεικος, καὶ περισπούδαστον τὸ πάντας νικᾷν οἷς ἅπαξ καὶ εἰσωδίζουσιν ἑαυτοὺς, οὗτοι κακούργως πάντα καὶ διανοοῦνται καὶ λέγουσιν. Ἄλλοι δὲ γνώμης τυχόντες ἀπερισκέπτου καὶ ἁπλῆ-

λοῦς ἐκ τῶν τοιούτων ἀνοήτως κακουργούμενα διαδέχονται, καὶ τὸ τῆς κακουργίας βάθος μὴ κατοπτεύοντες, ὡς εὐλόγους ἀπερίσκεπτος πρὸς οὓς ἂν καὶ βούλωνται ταῦτα προσφέρουσιν.

β'. Ἡμεῖς δὲ μηδὲν ἔμπροσθεν τῆς ἀληθείας τιθέμενοι, κἂν καὶ αἱ κατήγοροι γλῶσσαι ἐκεῖνα ἡμῶν καταψεύδωνται, ὧν ἡμεῖς πόρρω καὶ πράξει, καὶ λόγῳ, καὶ διανοίᾳ τυγχάνομεν πρὸς τοὺς διαποροῦντας, πῶς ἔστι λέγειν δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον, καὶ μὴ δύο νοεῖν ὑπάρξεις τοῦ ἑνὸς Πνεύματος· λέγομεν ὡς Ἔδει μὲν ἡμᾶς, ὦ φίλοι, ἅπαξ ἐπαγγειλαμένους τὸ εὐσεβεῖν, μηδενὶ τῶν παρὰ τῆς θείας εἰρημένων Γραφῆς ἐπηρεαστικῶς ἐπιφύεσθαι· ἐπεὶ δὲ τὸ ἀπολυπραγμόνητον τῆς ἀπὸ τῶν Γραφῶν πίστεως ἐκφαυλίζοντες, δύο ὑπάρξεις τοῦ ἑνὸς φαντάζεσθε Πνεύματος, εἰ δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐκ Πατρὸς, ἀκούσατε ὡς οὐδὲ ἐν τοῖς κάτω τούτοις καὶ φαινομένοις, ἐφ' ὧν πραγμάτων εἰσί τινα δύο αἰτιατὰ ἐκ πρώτου αἰτίου προϊόντα, ὧν διὰ θατέρου τὸ ἕτερον, δύο ὑπάρξεις ἔστιν εἰπεῖν τοῦ τρίτου τῇ τάξει, καὶ μὴ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου αἰτίου ὑπάρχοντος. Ἵνα γὰρ καὶ πάλιν εἰς ἀπόδειξιν ὧν βούλομαι, τοῖς παραδείγμασι χρήσωμαι, οἷς κἂν τῷ προεκτεθέντι κεφαλαίῳ, εἴπατε ἡμῖν οἱ ταῦτα διαποροῦντες, ἐὰν δύο τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ὑπάρξεις εἰσὶ, μία ἐκ τοῦ δίσκου, καὶ διὰ τῆς ἀκτῖνος ἑτέρα; Γνωρίσατε ἡμῖν, ἐὰν δύο ὑπάρξεις τοῦ ἑνός εἰσι ποταμοῦ, μία ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ ἑτέρα ἡ διὰ τῆς πηγῆς; Εἰ δὲ ἐπὶ τούτων αἰσθητῶν ὄντων, καὶ κτιστῆς φύσεως ὅροις ὑποκειμένων, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν δύο τὰς ὑπάρξεις εἶναι τοῦ ἑνὸς πράγματος, ὅπερ διὰ τοῦ συμπροϊόντος αὐτῷ αἰτιατοῦ ἐκ πρώτης αἰτίας ἔχει τὴν ὕπαρξιν, πῶς ἐφ' ὧν ἅπας ἀργεῖ φύσεως λόγος, τοιαῦτα διαπορεῖτε, οἷάπερ διαπορεῖτε; Σύνετε, ὡς οὐ χρὴ τὸν εὐσεβεῖν ᾑρημένον περαιτέρω τῶν παραδεδομένων αὐτῷ πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἀκούοντα δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς, πιστεύειν ὡς ἓν τὸ Πνεῦμα, καὶ μία ἡ τοῦ ἑνὸς Πνεύματος ὕπαρξις.

A prudentia communitam ex similibus malitiose congesta excipientes imprudenter, et ingentem improbitatis summam non conspicientes, tanquam a ratione non alienas dubitationes, ad quos ipsis collubitum est, proferunt.

2. Nos vero nihil veritatis præponentes, licet accusatrices linguæ ea nobis sed falso obliciunt, a quibus nos et operatione, et sermone, et cogitatione longe absumus, ad eos qui hæsitant, quo pacto dicere possumus per Filium Spiritum procedere, et non duas unius Spiritus exsistentias concipere, dicimus. Addecebat equidem vos, o amici, semel pietatem colere professos, nihil, quod in divina Scriptura traditur, calumniose invadere. Sed cum minime curiosum, quæ ex Scripturis habetur, fidei contemnentes, duas exsistentias unius Spiritus concipitis, si per Filium Spiritus ex Patre procedit, audite, neque in hisce inferioribus, et sensui subjectis, in quibus duo effectus conspiciuntur ex prima causa provenientes, quorum unus per alium est, duas exsistentias dici posse illius, quod est tertium ordine, et non continenter ex prima causa subsequitur. Et ut rursus ad demonstranda ea, quæ cupio, exemplis utar iis ipsis, quæ in præcedenti rapite usurpavi. Dicite nobis, qui de similibus dubitationes injicitis, an duæ solaris luminis exsistentiæ sunt, una ex disco, altera per radium? Palam facite nobis, an duæ exsistentiæ unius sunt fluvii, una ex oculo, et altera ex fonte? Quod si in similibus sensui obnoxiis, et naturæ creatæ finibus terminatis non possumus dicere, duas esse unius rei exsistentias, quæ per effectum una secum emanantem ex prima causa exsistentiam possidet, quomodo de iis, de quibus naturæ ratio nutat, similia, et quæcunque illa sint, dubitatis? Comprehendite non oportere eum, qui pietatem semel exosculatus est, ultra sibi tradita, curiose perquirere: sed dum audit, per Filium Spiritum procedere ex Patre, credere unum esse Spiritum, et unam unius Spiritus exsistentiam.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πρὸς τοὺς ζητοῦντας μαθεῖν, τίς ἐστιν ἡ μεσιτεία τοῦ Υἱοῦ, ἣν ὁ Νύσσης Γρηγόριος θεολογεῖ, λέγων, Τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας, καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης;

CAPUT VII.

Ad eos qui addiscere cupiunt, quænam sit mediatio Filii, quam Nyssenus Gregorius tradit, dicens: « Filii mediatione, illi unigenitum conservante, et Spiritum a naturali erga Patrem relatione minime arcente? »

α'. Τί σοι ποιήσομεν, ἄνθρωπε, ἅπαξ αἱρετισάμενε τὴν πολυπράγμονα ζήτησιν, καὶ παντὸς ἄλλου προὐργιαίτερον τιθεμένῳ τὸ πάντα διαπορεῖν; Λόγους ἀπαιτεῖς ἡμᾶς ἐφ' οἷς ὁ Θεολόγος διαλογίζεται Νύσσης μεσιτείαν εἰπὼν τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ περὶ Τριάδος θεολογεῖν· καὶ οἱ λόγοι μήτι γε τὴν ἡμῶν ὑπερβαίνουσι γνῶσιν, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐλυσπωμένων τοῖς κάτω, καὶ χαμαὶ συρομένων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἄλλου, βίῳ καὶ λόγῳ καθαροῦ τε καὶ ὑψηλοῦ· τάχα γὰρ εἰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος παρῆν ὁ τὴν μεσιτείαν ταύτην θεολογήσας, καὶ λόγους ἀπῃτεῖτο ἑρμηνείας

1. Quid tibi faciemus, o homo, qui semel curiosis quæstionibus animum addixisti, et rebus reliquis veluti potius ducis, de omnibus dubitationes proponere? Rationes a nobis deposcis, ob quas Theologus Nyssenus, de Triade sermonem habens, Filii mediationem insinuat. Et rationes non tantum cognitionem nostram, eorumque, qui æque atque nos rerum harum inferiorum luto volutati conspurcantur, sed et alterius cujuscunque, qui vita menteque pura atque sublimi condecoratur, exsuperant. Forte enim si idem ipse præsens adesset,

qui mediationem istam decrevit, et de dicto rationes interpretationis expostularetur, rursus expositionis sermones alios de interpretatione, aliasque rursus enarrationes super expositione, non ita facile curiositatem tuam compescuisset, ni ad theologiæ refugium illud confugisset, res divinas neque cognosci, neque comprehendi posse. Sermones enim de dogmatibus, cum necessitatibus naturalibus non subjaceant, prolatique sint de incomprehensibili essentia et natura, pietatis cultores fide, quæ demonstratione non eget, ut plurimum amplectentur. Quod si aliquando sermonum opus fuerit iis, qui disciplinarum studio, et non contentionis addubitant, a quo sermones deposcuntur, ille prorsus dicet, quæ probare poterit a sanctis Patribus theologicisque viris, quos Ecclesia et pietatis magistros et accepit, et agnoscit, antea fuisse dictata. Id nos quoque opere præstabimus, Deo ita annuente, super iis, de quibus nos interrogas.

A ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ῥήσει, καὶ αὖθις ἐξηγήσεως λόγους ἐπὶ τῇ ἑρμηνείᾳ, καὶ ἑτέρας πάλιν ἐπεξηγήσεως ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει, οὐκ ἂν ἁπλῶς ἔστησέ σου τὴν πολυπραγμοσύνην, εἰ μὴ πρὸς τὸ τῆς θεολογίας κατέφυγεν ἀκατανόητον καὶ ἀκατάληπτον. Εἰ γὰρ τῶν δογμάτων λόγοι, ἐπεὶ μὴ ἀνάγκαις εἴκουσι φυσικαῖς, καὶ περὶ ἀκαταλήπτου εἰσὶν εἰρημένοι οὐσίας καὶ φύσεως, τοῖς εὐσεβεῖν αἱρουμένοις πίστει ἀναποδείκτῳ ἀσπασθήσονται τὰ πολλά· εἰ δὲ καί τις χρεία λόγων ἔσται τοῖς φιλομαθῶς, οὐκ ἐριστικῶς, διαπρουμένοις, ὁ οὗτος λόγους ἀπαιτούμενος ἐκεῖνα ἐρεῖ, ἅπερ παραστῆσαι δυνήσεται ἁγίοις ἀνδράσι καὶ θεολόγοις προειρημένα, εὖ ἡ Ἐκκλησία διδασκάλους εὐσεβείας καὶ παρέλαβε, καὶ ὁμολογεῖ, ὅπερ οὖν καὶ ἡμεῖς νῦν ποιήσομεν, σὺν Θεῷ ἐφ' οἷς B διηπόρηκας.

2. Mediationis nomen tuum animum anxie nimisque conturbatum tenet : hinc intervalla excogitas, et realem separationem, quemadmodum in nostris individuis fit, mente comminisceris, et eo usque corporalia hæc concipis propter hanc dictionem, ut non vereris etiam enuntiare, quod plane christiana pietas horret, idem esse tres Deos asserere, et mediationem Filii in Triade statuere. Et tu quidem hæc comminisceris, et similia ex animo tibi conflictis effari præsumis, cum personam meam magis calumniis patentem inveneris, et per me dictorum auctori bellum infers. Ipse porro non mei sed illius defensionem suscipiens, hæc tibi de mediatione hac tradere cogor. Dum maximus in rebus theologicis pertractandis Nyssenus oratione ad Ablabium scribat : « Simile naturæ confitentes, discrimen, quod ex causa oritur et effectu, non inficias imus, in quo solo unum ab alio discerni deprehendimus, quod hoc quidem causam esse credamus, hoc vero ex causa : illiusque quod ex causa est, aliam rursus differentiam intelligimus : hoc enim est continenter ex primo, hoc vero ex eo quod continenter est ex primo : ita ut unigenitum sine ulla hæsitatione in Filio maneat, et ex Patre esse Spiritum minime dubitetur, Fili mediatione, et ipsi unigenitum conservante, et Spiritum a naturali erga Patrem relatione non arcente; » mediationem hanc nihil aliud esse aio, quam naturalem relationem, qua per Filium Spiritus Patri conjungitur, tanquam qui ex Patre per ipsum procedit.

β'. Τὸ τῆς μεσιτείας ὄνομα πολλά σου συνταράττει τὸν λογισμὸν, καὶ διαστηματικὰ σὺ φαντάζῃ, καὶ νοήματα πραγματικὴν διαίρεσιν, ὡς ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὑποστάσεων ἀνατυποῖς ἐν τῷ νῷ, καὶ μέχρι τοσούτου τὰ σωματικὰ ταῦτα φαντάζῃ διὰ τῆς λέξεως, ὡς μηδὲ ὑποστέλλεσθαι λέγειν ἐκεῖνο τὸ φρίκης γέμον, ὡς ταὐτόν ἐστι, τρεῖς δοξάζειν Θεούς, καὶ μεσιτείαν Υἱοῦ λέγειν ἐπὶ Τριάδος. Καὶ σὺ μὲν ταῦτα φαντάζῃ, καὶ τοιαῦτα ἐξ ὧν φαντάζῃ λέγειν ἀποτολμᾷς, τὸ ἐμὸν πρόσωπον εὐεπίβατον ταῖς συκοφαντίαις εὑρὼν, καὶ δι' ἐμοῦ πρὸς τὸν εἰρηκότα C διαβιβάζων τὸν πόλεμον· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ἐκείνου ὑπεραπολογούμενος ταῦτά σοι περὶ τῆς μεσιτείας ταύτης λέγειν προῆγμαι. Ἐπεὶ ὁ θεολογικώτατος Νύσσης ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον λόγῳ φησὶ, « Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. Καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς D πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. » Τὴν μεσιτείαν ταύτην οὐδὲν ἄλλο εἶναί φημι ἢ φυσικὴν σχέσιν καθ' ἣν ἐστι διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα συναπτόμενον τῷ Πατρὶ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον δι' αὐτοῦ.

3. Quod si tu mediationem hypostasis Filii audiens, in tria aliqua essentiali divisione distincta, tres Deitatis hypostases discerpis, hoc absurde tibi animo fingere, sententiam ejus examinans, qua Filius secundus dicitur a Patre, percipies. Has enim secundas partes probe discutiens, facilem tibi feceris et mediationis illius cognitionem. Namque interrogo te. Quid putas esse, dum secundum a Patre Filium audis? Nam secundus a Patre Filius dicetur tempore, et in ipso tempore producta exsi-

γ'. Εἰ δὲ σὺ μεσιτείαν τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως ἀκούων εἰς τρία διῃρημένα κατά τινα οὐσιώδη διαίρεσιν τὰς τρεῖς φαντάζῃ τῆς θεότητος ὑποστάσεις, ἀλλὰ γνώσῃ μὴ καλῶς φαντάζεσθαι τοῦτο, ἐὰν τὴν ἔννοιαν διασκοπήσῃς καλῶς, καθ' ἣν ὁ Υἱὸς δεύτερος εἴρηται τοῦ Πατρός· τὸ γὰρ τοιοῦτον δευτερεῖον διασκοπήσαντί σοι καλῶς, εὐχερὴς ἔσται σοι καὶ ἡ τῆς μεσιτείας αὐτοῦ γνῶσις. Ἐρωτῶ γάρ σε. Τί δῆτα οἴει, δεύτερον τοῦ Πατρὸς ἀκούων τὸν Υἱόν; Ἆρά γε δεύτερος ὁ Υἱὸς ὀνθήσεται τοῦ Πατρὸς

χρόνῳ καὶ τῇ κατὰ χρόνον ὑπάρξει; ἀλλὰ δυνάμει; ἀλλὰ ἀξίᾳ τινί; ἀλλά τινι τῶν ἄλλων τῶν, ὅσα ὑπεροχὴν δηλοῦσι τῶν πρὸς τὰ οἰκεῖα δεύτερα πρώτων; Καὶ τίς ἄνευ Ἀρείου, καὶ τῶν κατὰ τὸν Ἄρειον παραπλήγων καὶ μανικῶν, τοιαύτην ἀπερεύξεται βλασφημίαν; Λείπεται τοίνυν κατὰ μόνον τὸ ἐκ Πατρὸς αἰτιατὸν δεύτερον τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι· ὅπερ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος παρίστησιν ἐναργῶς, « δεύτερον τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν τάξει τε καὶ ἀξιώματι λέγων, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρός. Εἴπερ γοῦν ἐντεῦθεν λαμπρῶς ἀναφαίνεται τὸ μὴ ἄλλως τὸν Υἱὸν δεύτερον τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι, ὅτι μὴ κατὰ μόνον τὸ ἐκ Πατρὸς αἰτιατὸν εἶναι αὐτὸν, ὅπερ εἶπον καὶ πάλιν φημὶ, ἐὰν τὸ πρὸς τὸν Πατέρα δευτερεῖον τοῦ Υἱοῦ διασκοπῇς καλῶς, ἐξέσται σοι ἐντεῦθεν καταλαβεῖν ὡς καὶ ἡ μεσιτεία τοῦ Υἱοῦ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦ αἰτιατοῦ εἰρημένη ἐστίν· ἐπεὶ γάρ ἐστι καὶ τὸ τοῦ Υἱοῦ πρόσωπον αἰτιατὸν ἐκ Πατρὸς, ἔστι δὲ καὶ τὸ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ τὸ μέν ἐστι προσεχῶς ἐκ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ τοῦ αἰτιατοῦ προσεχὲς δεύτερόν τε τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἀναφαίνει, καὶ μέσον Πατρός τε καὶ Πνεύματος. Προσεχῶς μὲν γὰρ ὢν ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ τὸ αἰτιατὸν ὁ Υἱὸς, δεύτερος αὐτοῦ λέγεται. Καὶ οὐκ ἔστι σωματικῶς ἐνταῦθα νοεῖν τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, οὐδὲ διῃρημένον ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ δεύτερον, δι' ἑαυτοῦ δὲ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα συνάπτων, μέσος Πατρὸς καὶ Πνεύματος λέγεται, καὶ τὸ Πνεῦμα τρίτον ἀπὸ Πατρὸς καὶ τάξει καὶ ἀξιώματι λέγεται, διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Καὶ οὐκ ἔστι σωματικῶς οὐδ' ἐνταῦθα τὸ τρίτον νοεῖν, οὐδὲ διῃρημένον ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ τρίτον διὰ τὴν τοῦ δευτέρου μεσιτείαν, ἀλλ' ἡνωμένον θεοπρεπῶς εἰς ἑνότητα οὐσίας ἀσύγχυτον. Τοῦτο δηλοῖ ὁ θεολογικώτατος Νύσσης λέγων, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. Εἰ γοῦν τὸ τοῦ αἰτιατοῦ προσεχὲς, τό τε πρὸς τὸν Πατέρα δευτερεῖον τοῦ Υἱοῦ νοεῖσθαι δίδωσι, καὶ τὴν πρὸς ὅλην τὴν ἁγίαν Τριάδα μεσιτείαν αὐτοῦ, διατί σὺ τριῶν Θεῶν φαντασίαν ὡς ἀπὸ ταύτης ἀναπλάττῃ τῆς λέξεως, μήτε τὸ τοῦ Θεοῦ δυσωπούμενος φοβερὸν, μήτε τὸ τοῦ εἰρηκότος αἰδούμενος ἀδιάβλητον.

δ'. Καὶ ἄλλως δέ. Τίς ποτε δύναται τρία πρόσωπα νοῆσαι ὑφεστῶτα, καὶ καθ' ἑαυτὰ κατὰ τὸ τῆς συναλοιφῆς ἀνώτερον καὶ συγχύσεως, καὶ μὴ νοῆσαι μεσιτείαν ἐν τοῖς τρισίν; Εἰ γὰρ μή ἐστι μέσον, οὐδὲ Τριάς· καὶ εἰ μὴ συναλοιφὴ τῇ Τριάδι παρεισφθαρείη, τὸ μέσον ἐν αὐτῇ πάντως ἐστίν. Ἡ γοῦν ἁγία καὶ μακαρία Τριάς, ἐπεὶ ὑπὲρ πάντα λόγον καὶ πᾶσαν κατάληψιν καὶ μονάς ἐστι καὶ Τριάς, καθ' ὃ μὲν λόγον ἐστὶν Τριὰς ἀληθὴς καὶ ἀσύγχυτος, ἔχει τὸ μέσον, καθ' ὃν δὲ λόγον μονάς ἐστιν, οὔτε τὸ τοῦ δευτέρου, οὔτε τὸ τοῦ τρίτου, οὔτε τὸ τοῦ μέσου ὄνομα δέχεται. Καὶ ἐπεὶ ὁ τῶν προσώπων λόγος ἐστὶ καθ' ὃν ἐστι Τριὰς ὁ Θεὸς, κατὰ τὸν τοιοῦτον λόγον νοηθείη ἂν καὶ τὸ μέσον· κατὰ δὲ τὸν τῆς μιᾶς οὐ-

A sientia? num facultate? num dignitate? num quopiam alio, quod excellentiam eorum, quæ prima sunt ergà secunda et affinia, infert? Ecquis absque Ario, et iis, qui æque atque Arius dementiunt atque insaniunt, similem blasphemiam eructabit? Reliquum est igitur ut tantummodo secundum effectum ex Patre secundus a Patre Filius intelligatur, et dicatur. Quod et magnus Basilius aperte constabilit, « secundum a Patre Filium, et ordine et dignitate, » dicens, « quod ex Patre est. » Si ergo manifesto hinc apparet, non alia ratione Filium secundum a Patre dici, nisi tantummodo quod ex Patre tanquam causa ipse est, quod alias dixeram, et nunc repeto, si secundas partes Filii erga Patrem accurate consideraveris, poteris com-
B prehendere mediationem Filii secundum eamdem rationem causæ et effectus dictam esse, quandoquidem est et Filii persona ex Patre producta: est etiam et Spiritus, sed illa quidem continenter ex prima, hæc vero ex eo, qui continenter est ex primo, continens illius quod ex alio est, secundum a Patre Filium ostendit, mediumque inter Patrem et Spiritum. Continenter enim cum sit ex Patre, ut effectus, Filius secundus ab eo dicitur. Neque corporee hic primum et secundum intelligendum est, neque divisum a primo secundum; quod vero per se Spiritum Patri conjungit, medius inter Patrem et Spiritum dicitur, et Spiritus tertius a Patre et ordine et dignitate, quod ex Patre per Filium pro-
C cedat. Neque hic corporee tertium intelligendum est, neque divisum a primo tertium propter secundi mediationem, sed conjunctum, ut Deum addecet, in unitate essentiæ inconfusum. Hoc indicat in rebus theologicis maximus Nyssænus, cum ait: « Filii mediatione et illi unigenitum conservante, et Spiritum a naturali erga Patrem relatione non arcente. » Si ergo continens, et effectus erga Patrem secundas Filii partes dat intelligere, tum ad universam sanctam Triadem illius mediationem, qua in ratione trium Deorum imaginem, tanquam ex hac dictione id haberetur, tibi effingis, neque Dei timore perterritus, neque auctoris inculpatum reveritus?

D

4. Alia quoque ratione. Quis unquam intelligere poterit tres personas et se ipsis subsistentes, omni commistione et confusione superiores, et inter easdem mediationem nullam concipere? Etenim si medium non est neque erit Trias, et si commistio Triadi non inferatur, medium in eadem modis omnibus fuerit. Sancta itaque et beata Trinitas, cum sermones omnes, et comprehensionem exsuperet, unitas est et Trinitas: et secundum eam rationem, qua Trinitas est vera et inconfusa, medium habet; secundum vero rationem, qua unitas est, neque secundi, neque tertii, neque medii nomen admittit. Et cum personarum ratio sit, qua Trinitas Deus est, secundum hanc rationem et medium intelligo-

tur : et secundum unius essentiæ et Deitatis rationem, qua Deus unitas est, neque intelligetur, neque enuntiabitur in Trinitate medium. Propterea ex causa Patre continenter effectum, personam nempe Filii secundam a Patre dicimus, theologorum Patrum nostrorum vestigiis insistentes, et per Filium ex Patre procedentem Spiritum, tertium a Patre dicimus, ut est a Servatore nostro in baptismate ordo traditus. Hincque indubitata fides nostra secundum et tertium ratione personarum in beata Triade, et intelligit, et asserit. Cum vero Trinitas deitas una sit, nunquam Deus secundus diceretur Filius, neque tertius Deus Spiritus sanctus : sed neque medius inter Patrem et Spiritum Filius, secundum Deitatis rationem. Quod enim unum est, prorsus medium excludit. Non ideo tamen quod inter Patrem et Spiritum secundum unius, ideoque medium non admittentis essentiæ ac Deitatis rationem, Filius medius neque intelligitur, neque dicitur, propterea neque essentialis erit ipsius erga Patrem et Spiritum mediatio : sed quod secundum rationem personarum, qua, ut dictum est, Deus Trinitas est, sua essentia et hypostasi Verbum medium est inter Patrem sua essentia, et sua hypostasi subsistentem, et inter Spiritum sua quoque essentia et hypostasi subsistentem; naturalis vero atque essentialis, et non secundum nudam solam vocem relationis, ut quidam asserere non dubitarunt, mediatio ipsius erit. Nam naturalis relatio, qua Filius secundus est a Patre, quod ex eo continenter est, sed inter Patrem et Spiritum medius, quod ex Patre per Filium Spiritus sanctus procedit, non simpliciter indicatur nuda voce solummodo, sed res, quæ relative una simul conjunguntur, personas scilicet, essentia et hypostasi subsistentes aperte exprimit. Et cum Filius essentia, et hypostasi exsistens, continenter sit et immediate a Patre, essentia et hypostasi subsistente, Spiritus autem sanctus essentia et hypostasi subsistens per Filium ex Patre procedat, mediatio Filii quanam ratione non erit naturalis et essentialis, sed sola nuda voce relationis intelligetur, et enuntiabitur ? Modum vero, quo mens speculationi addictissima, et res alias intentissime penetrans, non est potis, quod in monade est, immediatum concipere, et in Triade medium concipit, et quod in Triade medium est, non est potis animadvertere, oratio consequitur.

5. Nihilominus cum naturæ illius nulli imagini obnoxiæ, imagines nonnullæ desumuntur ab illis, qui eorum, quæ supra nos sunt, et comprehendi nequeunt, cognitionem ambiunt, ex hisce nostris cogitatione comprehensis, ultra jam dicta, illud quoque apponemus. Licet nihil ex iis, quæ sunt, sed super omnia divina essentia sit, nos nihilominus imaginis, exemplique gratia ignem supponemus, aut lumen ipsam esse. Qui itaque ad speculandum hunc ignem aggreditur, cum in illo, quod neque principio, neque fine ullo circumscribitur,

σίας καὶ θεότητος λόγον, καθ' ὃν ἐστι μονὰς ὁ Θεὸς, οὔτε νοηθείη, οὔτε ῥηθείη ἂν τὸ μέσον ἐν τῇ Τριάδι. Διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἐξ αἰτίου Πατρὸς προσεχῶς αἰτιατὸν πρόσωπον τοῦ Υἱοῦ, δεύτερον λέγομεν τοῦ Πατρὸς, τοῖς θεολόγοις ἡμῶν Πατράσιν ἑπόμενοι, καὶ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα τρίτον ἀπὸ Πατρὸς λέγομεν, κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σύνταξιν, καὶ ἀναμφίβολος ἐντεῦθεν πίστις ἡμῖν, τὸ δεύτερον καὶ τρίτον κατὰ τὸν τῶν ὑποστάσεων λόγον ἐν τῇ μακαρίᾳ Τριάδι καὶ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι. Ὅτι δὲ μία ἡ τῆς Τριάδος θεότης ἐστὶ, δεύτερος Θεὸς οὐδέποτ' ἂν ῥηθείη ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τρίτος Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ' οὐδὲ μέσος Πατρὸς καὶ Πνεύματος ὁ Υἱὸς κατὰ τὸν τῆς θεότητος λόγον· ἡ γὰρ ἐν πάντως καὶ ἄμεσον, οὐ μὴν ὅτι μὴ μέσος Πατρὸς καὶ Πνεύματος κατὰ τὸν λόγον τῆς μιᾶς, καὶ διὰ τοῦτο ἀμέσου οὐσίας καὶ θεότητος ὁ Υἱὸς ἐστί τε καὶ λέγεται, διὰ τοῦτο οὐδὲ οὐσιώδης ἔσται ἡ πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τὸ Πνεῦμα μεσιτεία αὐτοῦ· ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸν τῶν ὑποστάσεων λόγον, καθ' ὃν λόγον, ὡς εἴρηται, Τριάς ἐστιν ὁ Θεὸς ἀνούσιος, καὶ ἀνυπόστατος λόγος μέσος ἀνουσίου καὶ ἀνυποστάτου Πατρὸς, καὶ ἀνουσίου καὶ ἀνυποστάτου ἐστὶ Πνεύματος, φυσική τε καὶ οὐσιώδης, καὶ οὐχὶ κατὰ ψιλὴν μόνην φωνὴν σχέσεως, ὥς τινες εἰπεῖν τετολμήκασιν, ἡ μεσιτεία ἔσται αὐτοῦ. Ἡ γὰρ φυσικὴ σχέσις, καθ' ἣν ὁ Υἱὸς τοῦ μὲν Πατρός ἐστι δεύτερος, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ προσεχῶς εἶναι, τοῦ δὲ Πατρὸς καὶ Πνεύματος μέσος, διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ἁπλῶς ἐστι δηλουμένη ἐν ψιλῇ φωνῇ μόνῃ, ἀλλὰ δήλωσιν ἔχει πραγμάτων συναπτομένων σχετῶς, προσώπων δηλαδὴ ἀνουσίων καὶ ἀνυποστάτων. Καὶ ἐπεὶ ὁ Υἱὸς ἀνούσιος καὶ ἀνυπόστατος ὢν προσεχῶς ἐστι καὶ ἀμέσως ἐκ Πατρὸς ἀνουσίου καὶ ἀνυποστάτου, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνούσιον καὶ ἀνυπόστατον ὂν διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἡ τοῦ Υἱοῦ μεσιτεία πῶς οὐ φυσικὴ καὶ οὐσιώδης, ἀλλὰ κατὰ ψιλὴν μόνην φωνὴν σχέσεως νοηθήσεται, καὶ ῥηθήσεται; Ὅπως δὲ ὁ θεωρητικώτατος καὶ διαβατικώτατος νοῦς οὐ φθάνει τὸ κατὰ τὴν μονάδα νοῆσαι ἄμεσον, καὶ τὸ κατὰ τὴν Τριάδα φαντάζεται μέσον, καὶ ὅπως οὐ φθάνει τὸ κατὰ τὴν Τριάδα φαντάσασθαι μέσον, καὶ τῷ ἀμέσῳ τῆς μονάδος ἐλλάμπεται, λόγος φυσικὸς παραστήσει οὐδείς.

ε'. Ὅμως ἐπεὶ τῆς ἀνεικονίστου ἐκείνης φύσεως εἰκόνας ἐστὶ παραλαμβάνειν τινὰς τοὺς εἰς τὴν γνῶσιν ἀνατεινομένους τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ἀκαταλήπτων, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ καταλήπτων ἐπὶ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο ἐροῦμεν, εἰ καὶ μηδὲν τῶν ὄντων καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα ἡ θεία οὐσία ἐστίν. Ἀλλ' ἡμεῖς ὑποδώμεθα ὡς ἐν εἰμένι καὶ παραδείγματι πῦρ ἢ φῶς εἶναι αὐτήν. Ὁ γοῦν διαβαίνειν ἐπιχειρῶν νοῦς εἰς θεωρίαν τοῦ τοιούτου πυρὸς, ὅταν μὲν, εἰς τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον ἐξαπλούμενος, οὐκ ἔχει, ὅποι στῇ, καὶ ἀπειρίσεται ἀόρ-

ατον μονάδα τὸ πᾶν ἐκεῖνο τῆς οὐσίας φαντάζεται πέλαγος· καὶ ἔστι γε μονὰς ἀόριστος ἀληθῶς, μήτε ποθὲν ἀρχομένη, μήτε ποῖ λήγουσα· ὅταν δὲ κατὰ πίστιν ἀνεξέταστόν τε καὶ ἀναπόδεικτον, ποία γὰρ ἂν εἴη ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἀπόδειξις; εἰς Τριάδα προσώπων διελεῖν ὁρμήσῃ τὴν τοιαύτην μονάδα, ὅλος τῆς κατ' ἐπίνοιαν γίνεται διαιρέσεως, πᾶν νόημα οὐσιώδους, καὶ πραγματικῆς διαιρέσεως ἀπωθούμενος, καὶ τούτου ὄντος γε ὁμολογουμένου ἐν αὐτῇ τῇ κατ' ἐπίνοιαν θαυμαστῇ διαιρέσει, πῶς ἂν εἴη τριὰς ἡ Τριάς, εἰ μὴ τὸ μέσον εἴη ἐν αὐτῇ; Ὡς γὰρ καὶ πρεειρήκειμεν, εἰ μὴ ἐστι μέσον, οὐδὲ Τριάς, καὶ εἰ μὴ ἐστι μέσον, τάχα ἂν ἀναζήσῃ Σαβέλλιος, καὶ ἡ τοῦ Σαβελλίου συναλοιφή.

A longe lateque vagatus, non reperit, ubi subsistat, aut accumbat, unitatem nullis terminis circumscriptam, universum illud essentiæ pelagus cognoscit: et est vere unitas interminata, neque alicunde principium agnoscens, neque loco in aliquo finiens: sed cum fide omni examine et demonstratione superiore, (quæ enim in iis, quæ supra naturam sunt, demonstratio esse poterit?) hanc monadem in Triadem dividere tentaverit, totus in divisione per intellectum excogitata fit, omnem essentialis, realisque divisionis cogitationem expellens: et hoc cum jam in confessis sit, in hac per intellectum pertentata admirabili divisione, quomodo Trinitas trinitas fuerit, nisi esset in ipsa medium? Quemadmodum enim antea diximus, si medium non est, neque Trinitas erit: et si medium non fuerit, fortasse Sabellius, Sabelliique contractio reviviscet.

ς'. Εἰ δὲ σὺ τὴν κατ' ἐπίνοιαν ἀκούων διαίρεσιν, οὐ φυσικὴν καὶ οὐσιώδη τὴν τοῦ μεσιτεύοντος ἐν τῇ κατ' ἐπίνοιαν διαιρέσει προσώπου μεσιτείαν δέχεσθαι θέλεις, ἀλλὰ λέγεις ὡς, ἐπεὶ ἡ διαίρεσίς ἐστι κατ' ἐπίνοιαν, καὶ ἡ μεσιτεία λοιπὸν ἐν ψιλῇ μόνῃ ἐστὶ φωνῇ, ἀλλὰ πολλῆς ἔσθι γέμειν τοῦτο τῆς πλάνης, καὶ οὐ τὸ τυχὸν λυμαίνεσθαι τὴν εὐσέβειαν. Εἰ γὰρ διὰ τὴν κατ' ἐπίνοιαν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς διαιρουμένοις προσώποις μεσιτείαν ἐν ψιλῇ μόνῃ φωνῇ διανοῇ καὶ φαντάζῃ, τὸ κεφάλαιον οἰχήσεταί σοι τῆς εὐσεβείας, καὶ ἡ Τριὰς οὐκέτι προσώπων ἐνουσίων καὶ ἐνυποστάτων ἔσται Τριάς, ἐπινοίᾳ δὲ καὶ ψιλῇ μόνῃ φωνῇ τὸ εἶναι ἐχόντων. Ἀλλὰ ποῖος ᾅδης τοιαύτην ἀπερεύξεται βλασφημίαν; Εἰ γὰρ καὶ ἡ τῶν εἰρημένων προσώπων διαίρεσις κατ' ἐπίνοιάν ἐστί τε καὶ λέγεται, ἀλλά γε αὐτῶν ἕκαστον πρόσωπόν ἐστιν ἀληθῶς ἐνούσιον καὶ ἐνυπόστατον, καὶ οὐχ ὅτι ἡ διαίρεσις κατ' ἐπίνοιαν, ἤδη καὶ ἡ τούτων ὕπαρξις κατ' ἐπίνοιαν. Καὶ διὰ ταῦτα ἡ τοῦ Υἱοῦ μεσιτεία φυσικὴ καὶ οὐσιώδης ἐστὶ μέσον Πατρός τε καὶ Πνεύματος.

B 6. Quod si tu intellectu factam divisionem audiens, naturalem et essentialem personæ, quæ in divisione secundum intellectum media est, mediationem admittere renuis, sed contendis, cum divisio per intellectum fit, mediationem quoque esse in sola nuda voce, scito hoc plane maxime temerarium esse, errorisque plenum, nec utcunque pietatem vulnerare. Etenim si propter secundum intellectum divisionem, et in divisis personis mediationem in nuda sola voce intelligis, ac comminiscere, summa tibi pietatis periclitabitur, et Trinitas non erit personarum essentia et hypostasi subsistentium trinitas, sed cogitatione tantummodo, et nuda sola voce existentium. At quisnam orcus similem blasphemiam eructabit? Licet enim dictarum personarum divisio secundum intellectum sit, et asseratur, est tamen unaquæque earum persona vera, essentia et hypostasi subsistens. Et non quod divisio secundum intellectum est, earum quoque existentia secundum intellectum erit. Propterea que Filii mediatio naturalis et essentialis est inter Patrem et Spiritum.

C

Ζ. Τούτους ἐγὼ τῆς μεσιτείας δίδωμί σοι τοὺς λόγους, ταύτης ἐξηγητὴν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν εἰρηκότα Πατέρα εὑρίσκων. Εἰρηκὼς γὰρ πρότερον τὸ « διὰ τοῦ προσεχῶς, » οὕτω τὸ τῆς μεσιτείας ἐπήγαγεν ὄνομα, δεικνὺς ἐντεῦθεν ὡς αἴτιον τοῦ τῆς μεσιτείας ὀνόματος τοῦτ' αὐτὸ ἦν τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα. Σὺ γοῦν μὴ μόναις ταῖς λέξεσι πανούργως ἐπικαθήμενος εἰς Τριάδα φύσεων τὰ εἰρημένα διάβαλλε, μηδὲ φυσικοῖς λόγοις τὰ ὑπὲρ φύσιν θέλε κατανοεῖν. Ἀλλ' εἰδὼς ἀνέφικτον εἶναι παντὶ κατανοῆσαι, πῶς καὶ τρία καὶ ἓν ἡ θεότης ἐστί, καὶ τὸν τῆς Τριάδος φύλαττε λόγον, καθὸ Τριὰς ὁ Θεός, μηδὲν ὑποστελλόμενος τὸ μέσον λέγειν ἐν τῇ Τριάδι, καὶ τὸν τῆς μονάδος πίστευε ὅρον, καθὸ μονάς ἐστιν ὁ Θεός, μηδόλως ἀποταλμῶν τὸ μέσον λέγειν ἐν τῇ Τριάδι. Καὶ οὕτω μὴ ταῖς λέξεσιν, ὡς ἔφην, πανούργως ἐπικαθήμενος, ἀλλὰ ταῖς ἐννοίαις τῶν λέξεων ἐμβαθύνων, γνῶναι ἔχεις ὡς οὐχὶ διὰ τὸ φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς μεσιτεύειν τὸν Υἱὸν τῇ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύσει τοῦ Πνεύματος, ἡ θεία φύσις διήρηται,

D 7. Hos ego tibi mediationis tradio sermones, illius interpretem illum ipsum Patrem, qui tradiderat, nactus. Namque cum prius dixisset: « Per eum, qui continenter est, » statim mediationis nomen adjunxit, inde commonstrans, mediationis nominis causam esse hoc ipsum, per Filium ex Patre Spiritum esse. Tu ergo ne solis vocibus malitiose insistens, quasi tres naturas inferrent dicta criminare, neque a natura petitis rationibus, quæ supra naturam sunt, percipere præsume. Sed quarus omnibus incomprehensum esse cognitione, qua ratione Deitas et unum et tria sunt, et Trinitatis rationem conserva, qua Deus Trinitas est, non refugiens in Trinitate medium dicere, et unitatis finitionem teneto, qua unitas Deus est, nullo modo audens, in unitate medium interponere. Et sic non vocibus, ut dixi, insistens, sed in sententias dictionum penetrans, capies, non propterea quod naturaliter et essentialiter Filius mediat in Spiritus ex Patre processione, naturam divinam dividi, sed quod conjungatur Spiritus essentialiter Patri per Filium, tu

unitatem essentiæ Triadem cogi. His de mediatione expositis, ad aliam dubitationem convertamus orationem.

CAPUT VIII.

Adversus eos, qui ordinem in Trinitate respuunt : neque per Filium exsistere Spiritum acceptant.

dicitur habere Spiritum charitatis. Quando quis acceperit donum martyrii, dicitur habere virtutis Spiritum, hoc est donum : quod datum Spiritus sanctus appellatur, et donum eodem nomine, quo is, qui donat. » Et paucis interjectis. « Ita et beatus Isaias : « Egredietur, inquit, de radice Jesse virga, et flos ex ea ascendet, et requiescet super eum Spiritus Dei [38]. » Hic est nomen ipsius naturæ Spiritus, deinceps sequuntur dona : Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus cognitionis, Spiritus pietatis, Spiritus timoris Dei. » Et post pauca : « Accepit docens Spiritum sapientiæ, et addiscens Spiritum intelligentiæ, ut intelligat. Propterea Isaias sapientiam ascribit dicenti, intellectum audienti. Et inquit, sapientem architectum, et intelligentem auditorem. Spiritus consilii datur consiliario, Spiritus fortitudinis consilium accipienti. » Et post alia nonnulla pericopes : « Repeto igitur nomina ineffabilis naturæ spiritus Dei, spiritus qui ex Deo, spiritus Domini, spiritus Patris, spiritus Filii, spiritus Christi, spiritus qui excitavit Christum, spiritus vitæ, spiritus veritatis. Dein dona, spiritus virtutis, spiritus charitatis, spiritus temperantiæ, spiritus promissionis, spiritus fidei, spiritus revelationis, spiritus adoptionis filiorum. »

γ'. Ταῦτα σαφῶς τοῦ Χρυσορρήμονος Πατρὸς διηυκρινηκότος καὶ παραδεδωκότος, πῇ μέν ἐστιν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ πνεύματος ὄνομα, καὶ νοῆσαι αὐτὸν τὸν Παράκλητον, πῇ δὲ ἀκοῦσαι πάλιν ὄνομα πνεύματος, καὶ νοῆσαι χάριν τινὰ δηλουμένην πνευματικήν. Ποῦ εἰσιν οἱ σύμπαν τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀπυλώτῳ ἀπερευγόμενοι στόματι, καὶ διενιστάμενοι οὐχὶ τὴν φύσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δηλοῦσθαι, ἀλλὰ τὰ πνευματικὰ χαρίσματα πανταχοῦ ἐν οἱῳδήτινι ἂν τῆς θείας Γραφῆς μέρει εὑρίσκηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχον, καὶ ἀναβλύζον, καὶ προχεόμενον ἐξ Υἱοῦ, ὡς ἂν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐντεῦθεν ἀποδειχθείη μὴ τὴν κατὰ τοῦ Λόγου θεότητα ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὴν φύσιν εἶναι τοῦ Πνεύματος, μηδὲ προχεῖσθαι ταύτην καὶ ἐξ αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει τοι καὶ ἐκ τοῦ Πατρός; Εἰ γὰρ τὸν περὶ τῶν ὀνομάτων λόγον ὁ ἅγιος ποιούμενός φησιν· « Ὄνομα δὲ αὐτοῦ, Πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας, πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. » Καὶ προστίθησιν· « Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφαντικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστῶσα τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν φύσιν, καὶ ἐπάγει ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῆς τῆς αὐθεντίας, αὐτῆς τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος φύσεως· » τίς ἂν μὴ βουλόμενος τὴν ἀλήθειαν ἐπηρεάζειν διακενῆς οὐχ ὁμολογήσειε τὸ ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀδιορίστως εἰρημένον ἅγιον Πνεῦμα αὐτῆς τῆς φύσεως, αὐτῆς τῆς αὐθεντίας τοῦ Παρακλήτου ὄνομα εἶναι; Καὶ εἰ τοῦτο, πῶς ἂν τολμήσειεν εἰπεῖν χάρισμα

3. Hæc palam Chrysostomo discernente, traditeque aliquando audimus spiritus nomen, et Paracletum ipsum intelligimus, aliquando rursus audimus nomen spiritus, et aliquod spiritale donum per illud indicatum cognoscimus. Ubinam sunt illi, qui, quidquid visum fuerit, effreni ore effutiunt, contenduntque, non naturam sancti Spiritus denotari, sed semper spiritalia dona in quacunque Scripturæ parte reperiri, Spiritum sanctum esse, emanare et effundi ex Filio, ut inde, pro arbitrio, nutuque suo demonstrent, non secundum Verbi divinitatem, ex Filio naturam esse Spiritus, nec effundi eam ex ipso, quemadmodum scilicet et ex Patre? Namque si de nominibus Spiritus verba faciens sanctus, ait, « Nomen vero ipsius, Spiritus sanctus, spiritus veritatis, spiritus Dei, spiritus Patris, spiritus Filii. » Et addit : « Hæc enim est propria et prima appellatio, quæ sententiam habet expressiorem, et naturam Spiritus sancti repræsentat. » Tum subdit deinde : « Hæc sunt nomina ipsius sancti Spiritus naturæ, » quis, dummodo veritatem frustra oppugnare non appetit, non fatebitur, qui in Scripturis indistincte Spiritus sanctus vocitatur, ipsius naturæ, ipsius dominatus Paracleti nomen esse? Et si id est, quanam ratione audebit affirmare donum spiritale denotari cum prope locis Scripturæ innumeris reperitur, nunc quidem Spiritus sanctus ex Patre et Filio progrediens, nunc ex utroque exsistens, et nunc ex Patre emanans, nunc ex Filio

[38] Isa. xi, 1, 2.

exsiliens naturaliter et essentialiter? Nemo, ut reor, adversus veritatem ita inverecundus fuerit, ut ex his, quæ Chrysostomus de nominibus Spiritus præscripsit, certam patentemque demonstrationem non habeat, ipsam Paracleti naturam significari, cum quis simpliciter et indistincte Spiritum sanctum pronuntiat.

Πνεύματος ὁμολογουμένην ἔχειν ἀπόδειξιν τοῦ αὐτὴν τὴν τοῦ Παρακλήτου φύσιν δηλοῦσθαι, ὁπηνίκα τις Πνεῦμα ἅγιον λέγῃ ἁπλῶς καὶ ἀπροσδιορίστως.

4. Hac demonstratione pro certo habita, quanam ratione hinc citra contradictionem non se juetur refutatio dicentium, ex Filio emanare, prosilireque Spiritum sanctum, veluti donum quoddam spiritale? Sed adhuc ultra blaterantes obstrepunt. Et, ubicunque Spiritus sancti mentio introducitur, semper donum spiritale denotari, et tanquam a conceptaculo carne Domini, dona dignis impendi. Quibus nos rursus hæc objicere non detrectamus. Addecebat vos, qui inconsiderate de nominibus Spiritus decernitis, illis, quæ jam supra nostra oratione complexi sumus, suaderi, at cum, licet exilem, reprehensionis tamen ansam vobis præbent in supra laudata oratione a beato Chrysostomo exposita, illa evangelica interpretante, « De meo accipiet, » age jam ea dilucidius exponantur, ut magis ac magis vestræ interpretationis absurda sententia redarguatur. Aureo eloquio præditus Pater adversus illos certamen subiens, qui ex hoc dicto, Spiritus naturam infra esse naturam Filii comprobare nitebantur; quo enim pacto, dicentes, esse potest Spiritus Filio æqualis, qui ex eo accipit et mutuatur? in una prædictæ orationis parte hæc ad verbum edisserit, « De meo accipiet, et annuntiabit vobis, » et ut ostendat non Spiritus sancti sed donorum mentionem fecisse, subdit postquam dixit : De meo accipiet confestim : Quæcunque habet Pater, mea sunt. »

5. Et aurea eloquentia Pater hæc tradit. Vos vero dictionibus malitiose insistentes, audientes sanctum tradere, non Spiritus sancti, sed donorum mentionem fecisse, Verbum arripientes ex animo : Vide modo, inquitis, en eloquio aureo Pater illud, « De meo accipiet; » non ad ipsum Spiritum, sed ad dona illius refert. Nos autem non aliis, sed iis solummodo, quæ jam dictus Pater ante et post verba adducta concinnavit, vestram plane absurdam, et a ratione alienam demonstrabimus. Ait enim paulo ante verba allata : « De meo accipiet, » de his, quæ mihi homini Dominico suppeditavit, accipiet, ipse qui dedit, qui venit et stetit super me, qui unxit me, qui sanctificavit, qui in eremum conduxit et victorem reduxit. » Quid hic vos dicitis, qui nimia licentia libertateque dicendi quidquid in buccam venerit, enuntiare non veremini? Spiritumne, qui ex Dominico homine accipit, spiritale donum dicitis, et non Paracletum ipsum? Verumtamen dictis attentius animum advertens, pronuntiatum Spiri-

A δηλοῦσθαι πνευματικὸν, ὅταν μυριαχοῦ τῆς Γραφῆς εὑρίσκηται, νῦν μὲν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προῖὸν, νῦν δὲ ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον, καὶ νῦν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς πηγάζον, νῦν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀναβλύζον φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς; Οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, τῆς ἀληθείας οὕτω καταναιδεύσηται, ὡς μὴ ἐξ ὧν ὁ Χρυσορρήμων ἔφη περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ

δ'. Ταύτης δ' ὁμολογηθείσης τῆς ἀποδείξεως, πῶς οὐκ ἀναντίῤῥητος ἀκολουθήσει ἐντεῦθεν ὁ ἔλεγχος τῶν λεγόντων ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀναβλύζειν τε καὶ ἀναπηγάζειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς χάρισμά τι πνευματικόν. Ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν λαλαγοῦντές φασι· Καὶ εἰ μὴ πανταχοῦ πνευματικὸν δηλοῦται χάρισμα, ὅπου ἂν ῥηθείη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἀπὸ δεξαμενῆς τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς, καὶ διανέμειν τὰ χαρίσματα τοῖς ἀξίοις. Πρὸς οὓς οὐδὲ ἡμεῖς πάλιν λέγειν ἀναβυόμεθα. Ἔδει μὲν ὑμᾶς τοὺς ἀπερισκέπτως περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ Πνεύματος δογματίζοντας πεισθῆναι τοῖς ἱκανῶς ἤδη τῷ λόγῳ περὶ τούτων διειλημμένοις, ἐπεὶ δὲ ὑμῖν εἰς ἀγενῆ τινα γίνεται πρόφασιν τὰ τῷ μακαρίῳ Χρυσορρήμονι ἐξηγηθέντα καλῶς ἐν τῷ ἤδη δηλωθέντι λόγῳ αὐτοῦ ἐπὶ τῇ Εὐαγγελικῇ ῥήσει τῇ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » φέρε δὴ καὶ ἔτι διασαφητέον τὰ περὶ τούτων, ὡς ἂν εἴη ἐπὶ πλέον τὴν ἄτοπον ἔννοιαν ἀπελέγχεσθαι τῆς ὑμετέρας παρεξηγήσεως. Ὁ Χρυσορρήμων Πατὴρ, κατ' ἐκείνων τὸν ἀγῶνα ποιούμενος, οἵπερ ἐκ τῆς ῥήσεως ταύτης συστῆσαι ἐσπούδαζον τὴν τοῦ Πνεύματος φύσιν τῆς τοῦ Υἱοῦ καθυφίεσθαι φύσεως, πῶς γὰρ ἂν εἴη, ἔλεγον, ἴσον Υἱῷ τὸ Πνεῦμα, ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον καὶ δανειζόμενον; ἐν μέρει τοῦ ῥηθέντος λόγου οὕτως ἐπὶ λέξεων ἔφη· « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » καὶ, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ τῶν δωρεῶν, ἐπάγει μετὰ τὸ εἰπεῖν, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » εὐθὺς, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστιν. »

ε'. Καὶ ὁ μὲν Χρυσορρήμων Πατὴρ ταῦτα. Ὑμεῖς δὲ ταῖς λέξεσι πανούργως ἐπικαθήμενοι ἀκούοντες ὡς ὁ ἅγιος ἔφη ὅτι οὐ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ τῶν δωρεῶν, ὅλοι τῆς λέξεως γίνεσθε, καὶ Ὅρα, φατέ· ἰδοὺ γὰρ ὁ Χρυσορρήμων Πατὴρ τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » οὐκ εἰς αὐτὸ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τὰ τοῦ Πνεύματος ἀναφέρει χαρίσματα. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐξ ἄλλων, ἀλλ' ἐξ ὧν καὶ πρὸ τῆς ῥήσεως ταύτης καὶ μετὰ τὴν ῥῆσιν ταύτην αὐτὸς ὁ Χρυσορρήμων ἔφη, τὸ τῆς ὑμῶν διανοίας ἀλόγιστον ἀπελέγξομεν. Φησὶ γὰρ ὀλίγῳ τῆς ῥήσεως πρότερον, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Ἐξ ὧν ἐχορήγησέ μοι τῷ Κυριακῷ ἀνθρώπῳ, λήψεται αὐτὸ τὸ δεδωκὸς, τὸ ἐλθὸν, καὶ μεῖναν ἐν ἐμοὶ, τὸ χρίσαν με, τὸ ἁγιάσαν, τὸ ἀναγαγὸν εἰς τὴν ἔρημον, τὸ ὑποστρέψαν με νικητήν. » Τί γοῦν ὑμεῖς φατε, οἱ κατὰ πολλὴν ἄδειαν τὸ παριστάμενον οὐχ ὑποστελλόμενοι λέγειν; Ἆρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Κυριακοῦ ἀνθρώπου λαμβάνον πνευματικὸν χάρισμα εἶναί φατε, καὶ οὐχὶ αὐτὸν τὸν Παράκλητον; Ἀλλ' ὁ

τοῖς εἰρημένοις ἐπιστατικώτερον ἐμβαθύνων αὐτὸν ἐρεῖ τὸν Παράκλητον δηλοῦν τὸ εἰρημένον ἐνταῦθα τοῦ Πνεύματος ὄνομα. Εἰ μὴ γὰρ τὸν Παράκλητον ἐνταῦθα δηλοῖ τὸ τοῦ πνεύματος ὄνομα, πῶς ἀπὸ τοῦ Κυρίου ὁ ἅγιος λέγει ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, ἐξ ὧν ἐχορήγησέμοι τῷ Κυριακῷ ἀνθρώπῳ, αὐτὸ τὸ δεδωκὸς τὸ ἐλθὸν, καὶ μεῖναν ἐν ἐμοὶ, τὸ χρῖσάν με, τὸ ἁγιάσαν με ; » Μὴ χάρισμα ἐρεῖτε εἶναι πνευματικὸν αὐτὸ τὸ δεδωκὸς τῷ προσλήμματι τὰ χαρίσματα, τὸ ἐλθὸν, καὶ μεῖναν ἐν αὐτῷ, τὸ χρῖσαν, τὸ ἁγιάσαν τὸ πρόσλημμα ; Ἔγνωτε πάντως, εἰ μὴ ἐκοντὶ μυωπάζειν πρὸς τὴν ὀλήθειαν βούλεσθε, ὡς τὸ ἐκ τοῦ Κυριακοῦ ἀνθρώπου λαμβάνον Πνεῦμα αὐτός ἐστιν ὁ Παράκλητος. Εἰ δὲ, ὅτι ἔφη ὁ Χρυσορρήμων ὅτι οὐ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ τῶν δωρεῶν, εἰς πνευματικὸν χάρισμα θέλετε ἐκλαμβάνειν ἐνταῦθα τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα· ἀλλ' ἀκριβῶς τοῖς νῦν ῥηθησομένοις προσεχόντες, γνωριεῖτε ἑκάτερον εἰς τὴν αὐτῷ προσφυῆ ἔννοιαν ἀποτεῖνον. Καὶ δὴ προσέχετε ἀκριβῶς. Ὁ ἅγιος ὀλίγῳ πρότερον τῆς περικοπῆς ταύτης, περὶ ἧς ὁ λόγος ἡμῖν, τὸ τῶν αἱρετικῶν εἰσάγει πρόσωπον, διαπροῦν πρὸς αὐτὸν καὶ λέγον· Εἶδες πῶς ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ λαλεῖ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει ; Μὴ δύναται ἡ αὐθεντία δειχθῆναι τοῦ Πνεύματος ; οὐκ ἔδειξεν ἡ Γραφὴ ὑποκείμενον αὐτὸ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Υἱοῦ, δανειζόμενον παρ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλοις χορηγοῦν ; Ταύτην τὴν ἀπορίαν παρὰ τῶν αἱρετικῶν προτεινομένην ὁ ἅγιος τῷ λόγῳ καταστρωννὺς, οὐχὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τὸν τῆς ἀντιῤῥήσεως λόγον ποιεῖται, οὐδὲ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς λέγει, ὡς τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον Πνεῦμα, οὐχ ὁ Παράκλητός ἐστιν. ἀλλὰ τὸ πνευματικὸν χάρισμα. Καὶ πῶς γάρ ; εἴπερ αὐτὸ ἐκεῖνο εἶναι τὸ πνεῦμά φησι, τὸ δεδωκὸς, τὸ ἐλθὸν, καὶ μεῖναν ἐν τῷ Κυριακῷ ἀνθρώπῳ, τὸ χρῖσαν, καὶ ἁγιάσαν αὐτόν ; ἀλλ' ὡς τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος μετὰ τοῦ Πνεύματος ἐρευνῶν, ἐπεὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἤδει ἐκ τοῦ ταπεινοῦ τῆς *λήψεται* λέξεως εἰς τὴν τῆς παρεξηγήσεως ἁπάτην ἐλθόντας ; ἐπὶ τῷ τοῦ Πνεύματος ὀνόματι, μονονουχὶ οὕτω προφέρει τὸν λόγον. Ὡς εἰ καὶ τὸ ταπεινὸν τῆς *λήψεται* λέξεως ὑμᾶς κινεῖ τοὺς αἱρετικοὺς τὴν τοῦ Πνεύματος αὐθεντίαν καταβιβάζειν εἰς ὕφεσιν, ὡς ὑποκείμενον ὄθεν αὐτοῦ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Υἱοῦ, καὶ δανειζομένου παρ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλοις χορηγοῦντος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν ἐκ τοῦ Κυριακοῦ ἀνθρώπου τὸ θεῖον Πνεῦμα λαμβάνον ἐστὶν, ἵν' ἔχῃ τὸ εὔλογον ὁ λόγος ὑμῶν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ κατὰ χρόνον ἄναρχον ἅγιον Πνεῦμα, ἐνοικῆσαν τῷ τὴν ἀρχὴν λαβόντι προσλήμματι, δεξαμενὴν αὐτὸ πάντων τῶν οἰκείων χαρισμάτων ἀπέδειξε, λαμβάνειν ἐκ μέρους ἀπὸ τοῦ Κυριακοῦ σώματος ὡς ἀπὸ δεξαμενῆς. Ἐκ γὰρ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντας λαμβάνειν Ἰωάννης ὁ τῆς ἀληθείας μαρτυρεῖ κήρυξ· διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ Κυριακοῦ ἀνθρώπου λαμβάνον ἐῤῥέθη αὐτό.

ς'. Οὐχὶ τὸ ὄνομα τοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς δήλωσιν πνευματικοῦ χαρίσματος ὁ ἅγιος ἐκλαμβάνων τὰ περὶ τῆς λήψεως ταύτης ἔφη, ἀλλ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν λῆψιν εἰς δήλωσιν τῆς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων διανομῆς ἐξηγούμενος, ἀφῆκε

tus nomen, Paracletum insinuare affirmabit, nisi enim hic Spiritus nomen Paracletum indicat, quomodo ex persona Domini sanctus ait : « De meo accipiet, de his, quæ mihi homini Dominico suppeditavit, ipse, qui dedit, qui venit, et stetit super me, qui unxit me, qui sanctificavit me? » Annum donum esse affirmabitis spiritale, ipsum qui dedit homini assumpto dona, qui venit, et stetit in ipso, qui unxit, qui sanctificavit assumptum ? Noveritis aperte, ni sponte in veritate soleque caligare vultis, Spiritum ex Dominico homine assumentem ipsum Paracletum esse. Et si, quod Chrysostomus dixit, Spiritus sancti non meminisse, sed donorum, in donum hic spiritale, nomen Spiritus accipere præsumitis, attentius actutum dicendis animum advertentes, intelligetis, utrumque sibimet aptam sententiam continere, et attentissimis animis audite. Sanctus paulo ante dictam pericopem, de qua nunc nobis sermo est, hæreticorum personam introducit hæsitantem, ipsumque alloquentem. Viden, non a seipso Spiritum loqui, sed a Filio accipere ? Num potest dominatus Spiritus demonstrari ? Non ostendit ipsum Scriptura dominatui Filii obnoxium, et ab illo mutuantem reliquis suppeditare? Hanc dubitationem ab hæreticis propositam sanctus in oratione digerens, non de ipso nomine contradictionem orditur, neque hæreticis respondet Spiritum, qui ex Filio accipit, Paracletum non esse, sed Spiritale donum. Et quanam id ratione peragit? Si eumdem ipsum esse Spiritum dicit, qui dedit, qui venit, qui stetit in Dominico homine, qui unxit, qui sanctificavit illum, sed altitudines Spiritus cum Spiritu investigans, cum sciret hæreticos, ex tenuitate dictionis *accipiet* in pravæ interpretationis fraudem gradum fecisse, de Spiritus nomine tantum orationem ita instituit. Et si dictionis *accipiet* exilitas, vos hæreticos ad Spiritus principatum submovendum excitat, quasi ille subesset dominatui Fili, mutuareturque ab eo, et aliis suppeditaret, non ideo tamen natura sua divina a Dominico homine Spiritus sanctus, accipit, quo vester sermo non esset a ratione alienus. Sed cum secundum tempus citra principium Spiritus sanctus, qui habitavit in eo, qui assumptionem accepit conceptaculum illum omnium propriorum donorum effecit. Oportebat vero omnes, qui postmodum credidissent, ex parte veluti conceptaculo a Dominico corpore accipere. Ex complemento enim illius Joannes veritatis præco omnes accipere astruit : ideoque ex Dominico corpore accipere dictus est.

6. Non itaque nomen sancti Spiritus ad notandum spiritale donum sanctus assumens, de acceptione illa similia tradidit, sed illam ipsam acceptionem ad significandam spiritalium donorum distributionem, exponens, considerandum reliquit,

ipsum Paracletum, qui in assumpto datus, invectusque inhabitavit, eumdem esse, qui ab assumpto veluti a conceptaculo distributionem donorum efficit : ut jam sit, et accipiens Spiritus, et acceptus, et hoc quidem innuere Paracletum, qui accipit non mutuatus, hoc vero dona, quæ ab ipso exhibente Paracleto accipiuntur. Et addiscit hæc latius, qui omnia secundum partes percurrerit, quæ pro sententiæ hujuscemodi structura, in jam sæpius laudata oratione explicuit. Et Sanctus quidem non alio pacto de similibus, quæ in adducta pericope habentur, in propria oratione tradidit. Vos vero, qui cuncta temere pronuntiare non veremini quod spiritalia dona indicentur dictione *accipiet*, ipsum Spiritus nomen male interpretantes, hanc pravam nominis interpretationem arripitis, ad decernendum non absque errore, non ex Verbo esse Spiritum, sua natura ac divinitate. Verumtamen contentionibus, et vobis ipsis complacendi studio sepositis, si optatis addiscere, an ex Filio Spiritus sit, illud procurate, ex divinis Scripturis cognoscere, undenam ipse Spiritus sanctus rei assumptæ per Dominum exhibitus est? Unde exsistens naturaliter et essentialiter, datus invectusque est Dominico corpori? Num ex Patre solo, tanquam ex eo solo exsistens rei assumptæ Spiritus donatus est? At magnus Athanasius clamat de Filio : « Ex ipso itaque in eumdem descendebat, ex divinitate sua, in humanitatem suam. » Num rursus ex Filio solo, perinde ac si ex ipso solo exsisteret, rei assumptæ attributus est Spiritus? At Chrysostomus, in sæpius laudata oratione inter alia hæc quoque aperte tradit : « Deus sanctificavit carnem Spiritu sancto. Et misit donum Spiritus Pater in carnem Christi : et cum adveniens gratia universa dona Christi indidit, dicit : De meo accipiet, et annuntiabit vobis. »

7. Et hinc palam probatum remanet, neque ex solo Patre, neque ex solo Filio divinum Spiritum datum invectumque Dominicæ carni fuisse, sed ex utroque : et prorsus tanquam ex ambobus exsistens, ex ambobus datus est carni. Quod si forte ex Patre quidem rei assumptæ datum fuisse Spiritum, veluti ex eo exsistentem; ex Filio vero exhibitum, non veluti ex eo exsistentem affirmare vultis, haud scio, an quispiam unquam futurus est, qui inde emergentem impietatem non agnoscat. Cum ergo Spiritum sanctum et ex Patre et ex Filio exhibitum esse rei assumptæ nemo, qui divinas Scripturas evolvit, nescius est, ni exhibitus sit ex Filio veluti ex eo exsistens, quemadmodum scilicet et ex Patre, manifestum sit, ministratorio, servilique modo ex Filio exhiberi, quo quid absurdius, quid contumeliosius dici potest? Hæc igitur absurda quæ inde exoriuntur, edocti, tandem vos, qui ex Filio non esse Spiritum naturaliter et essentialiter contenditis, ne malitiose verbis Chrysostomi, quæ de

A νοεῖσθαι, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Παράκλητος ὁ τῷ προσλήμματι δοτῶς ἐνοικήσας, καὶ ἐπακτῶς, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὴν ἀπὸ δεξαμενῆς τοῦ προσλήμματος διανομὴν τῶν χαρισμάτων ποιούμενος· ὡς εἶναι καὶ τὸ λαμβάνον Πνεῦμα, καὶ τὸ λαμβανόμενον Πνεῦμα, καὶ τὸ μὲν δηλοῦν τὸν Παράκλητον, ὃς λαμβάνει μὴ δανειζόμενος, τὸ δὲ τὰ χαρίσματα, ἅπερ παρ' αὐτοῦ τοῦ διδόντος Παρακλήτου λαμβάνονται. Καὶ εἴσεται τὰ περὶ τούτου πλατύτερον ὁ πᾶσιν ἐντευξόμενος κατὰ μέρος τοῖς περὶ κατασκευῆς τοῦ νοήματος τούτου ῥηθεῖσιν ἐν τῷ πολλάκις ῥηθέντι λόγῳ αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ἅγιος οὕτω καὶ ἐπὶ τοιούτοις τὰ τῆς ἀναγεγραμμένης περικοπῆς ἐν τῷ οἰκείῳ λόγῳ προήνεγκεν, ὑμεῖς δὲ οἱ πάντα, ὡς ἔτυχε, λέγειν ἀποτολμῶντες, διὰ τὸ τὰ πνευματικὰ δηλοῦσθαι B χαρίσματα ἐκ τῆς λήψεται λέξεως, αὐτὸ τὸ τοῦ Πνεύματος παρεξηγούμενοι ὄνομα, ἀφορμὴν ποιεῖσθε παρεξήγησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ δογματίζειν ἐπισφαλῶς, μὴ ἐκ τοῦ Λόγου εἶναι τὸ Πνεῦμα κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν τε καὶ θεότητα. Ἀλλ' ἀποθέμενοι τὸ φιλόνεικον καὶ αὐτάρεσκον, εἰ ζητεῖτε ὄντως μαθεῖν, εἰ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, ζητήσατε γνῶναι ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πόθεν τῷ προσλήμματι Κυρίου ἐδόθη, πόθεν ὑπάρχον φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, δοτὸν καὶ ἐπακτὸν τῷ Κυριακῷ σώματι ἐγεγόνει; Ἆρ' ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, ὡς ἐξ αὐτοῦ μόνου ὑπάρχον τῷ προσλήμματι ἐδόθη τὸ Πνεῦμα; Ἀλλ' ὁ μέγας Ἀθανάσιος βοᾷ περὶ τοῦ Υἱοῦ· « Ἐξ αὐτοῦ C οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ μόνου, ὡς ἐξ αὐτοῦ μόνου ὑπάρχον τῷ προσλήμματι ἐδόθη τὸ Πνεῦμα; Ἀλλ' ὁ Χρυσορρήμων ἐν μέρει τοῦ πολλάκις ῥηθέντος λόγου λέγει τρανῶς, « Ὁ Θεὸς ἡγίασε τὴν σάρκα Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἀπέστειλε τὴν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος ὁ Πατὴρ εἰς τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἐπειδὴ ἐλθοῦσα ἡ χάρις ὅλα τὰ δῶρα ἐνέθηκε τῷ Χριστῷ, λέγει. « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. »

ζ'. Καὶ δείκνυται λοιπὸν ἐντεῦθεν σαφῶς ὡς οὔτε ἀπὸ μόνου τοῦ Πατρὸς οὔτε ἀπὸ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὸ θεῖον Πνεῦμα δοτὸν καὶ ἐπακτὸν τῇ σαρκὶ τοῦ Κυρίου ἐγεγόνει, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν, καὶ πάντως ὡς ἀμφοῖν ὑπάρχον, καὶ ἐξ ἀμφοῖν δοτὸν γέγονε τῇ σαρκί. D Εἰ δ' ἴσως ἐκ μὲν τοῦ Πατρὸς δοθῆναι τῷ προσλήμματι βούλεσθε λέγειν τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον, ἐκ δὲ τοῦ Υἱοῦ δοθῆναι, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον, οὐκ οἶδα εἴ τις ἂν ἐναποληφθείη λοιπὸν τὴν ἐντεῦθεν ἀναφαινομένην ἀγνοήσας ἀσέβειαν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δοτὸν τῷ προσλήμματι, οὐδεὶς τῶν τὰς θείας ἐπιόντων Γραφὰς ἀγνοεῖ, εἰ μὴ δοτὸν εἴη καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον, καθώσπερ ἀμέλει τοι καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς πρόδηλον ὡς διακονικῶς καὶ ὑπηρετικῶς ἐκ τοῦ Υἱοῦ διδόμενόν ἐστιν, οὗ τί ἀτοπώτερον, ἢ βλασφημώτερον; Ταῦτ' οὖν τὰ οὕτως ἀνακύπτοντα ἄτοπα μαθόντες μόλις ὑμεῖς οἱ ἐκ τοῦ Υἱοῦ μὴ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα διενιστάμενοι φυσικῶς τε κα

οὐσιωδῶς, μὴ τοῖς τοῦ Χρυσορρήμονος ἐπηρεαστικῶς ἐπιφύεσθε ῥήμασιν, ἅπερ περὶ τῆς « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται » Εὐαγγελικῆς ῥήσεως εἰρηκεν ἐν τῷ περὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος λόγῳ αὐτοῦ μηδὲ λέγετε ὡς τὸ ἀναβλύζειν, καὶ πηγάζειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, οὐ κατὰ τὴν τοῦ λόγου θεότητα, ἀλλὰ κατὰ τὸ πρόσλημμα εἴρηται διὰ τὰ πνευματικὰ χαρίσματα.

A dicto illo evangelico : « De meo accipiet, » in sua de Spiritu sancto oratione tradidit, adhærescatis, neque asseratis, emanare progredique ex Filio Spiritum, non secundum Verbi divinitatem, sed secundum rem assumptam propter spiritalia dona, dictum fuisse.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Πρὸς τοὺς προβαλλομένους τὴν ῥῆσιν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, τὴν λέγουσαν ὅτι « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὡς ἀπὸ στόματος, πεφηνότι δὲ δι' Υἱοῦ. »

α'. Ἐπειδὴ περ τὸν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης Ἀπολογητικὸν σχεδιάσαντες πρότερον, ἐκεῖνα ὕλην τοῦ παντὸς ἐποιησάμεθα λόγου, οἷς ἡμῖν ἐξεγένετο ἐντυχεῖν ἐν συγγράμμασι τῶν, οἷς τὸ θεομισὲς σκάνδαλον τῶν Ἐκκλησιῶν ὡς θεοφιλὲς ἐσπουδάζετο· ἔτι δὲ καὶ οἷς πολλοὶ τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς ἀντεῖπον ἡμῖν, τὴν εἰρήνην τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπωθούμενοι, τοῦ δὲ χρόνου ἤδη προβαίνοντος, ἀνεφάνησάν τινες ἕτεροι ἀπὸ τῆς πολυζητήτου τῶν Γραφῶν ἐρεύνης ἐκλεξάμενοί τινας ῥήσεις, δοκούσας πολὺ τὸ κατὰ τῶν ἄλλων κράτος ἔχειν ἐπὶ συγκροτήσει τοῦ σχίσματος· δέον ἡμῖν ἔδοξεν ἐν ἰδίῳ γυμνάσαι λόγῳ καὶ τὰ περὶ τῶν λέξεων τούτων. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἁπάντων ὅσα διαφόρως προετάθη ἡμῖν εἰς ἀντίῤῥησιν ἔδοξε τοῖς ἀντιλέγουσι πλέον ἔχειν ταύτας τὸ δυσάντητόν τε καὶ δυσαντίβλεπτον· ὄκνος οὐδεὶς αὐτά τε τὰ παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων προτεινόμενα ὡς τῶν ἄλλων ἰσχυρότερα προθεῖναι ἐπὶ τοῦ μέσου, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν εὐλόγους ἀντιθέσεις ἀντιπροτεῖναι εἰς ἔλεγχον τῶν οὐ καλῶς τὰ γραφικὰ ἐξηγουμένων ῥητά. Ἓν μὲν οὖν τούτων ἐστὶ ῥητόν τι, ὅπερ, ὡς αὐτοί φασιν, ἐν τῷ περὶ Τριάδος ἐκτεθέντι παρὰ τοῦ θαυμαστοῦ Κυρίλλου εὑρίσκεται λόγῳ, τὸ Πνεῦμα δηλοῦν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· ἕτερον δὲ, ὅπερ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ Θεολόγος ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ, τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων, οὗ ἡ ἀρχή· « Τὸ Θεῖον, ἀκατάληπτον ὄν, πάντως καὶ ἀνώνυμον ἔσται, » φησίν· ἐν γὰρ τῷ τοιούτου κεφαλαίου τέλει εὕρηται λέγων ὁ ἅγιος· « Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Οὐδεμία γὰρ ὁρμὴ ἄνευ Πνεύματος, καὶ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ. » Ταῦτα μὲν τὰ δοκοῦντα τοῖς πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀντιλέγουσιν, ἐπιπλέον τὸ σχίσμα τῶν Ἐκκλησιῶν συγκροτεῖν

β. Ἡμεῖς δὲ, ἤδη γινόμενοι πρὸς τὸ ἐλέγχειν αὐτοὺς, ὡς τὴν τῶν τοιούτων ῥητῶν ἔννοιαν πρὸς τὸ τῆς ἐξηγήσεως κακόσχολον ἐκλαμβάνοντας, οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν τὰς πρὸς αὐτοὺς ποιησόμεθα ἀντιῤῥήσεις, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ θεολογίᾳ περίβλεπτον Βασίλειον; τὸν πολὺν τοῦ ἑαυτῶν προστησόμεθα λόγου. Πρὸς γὰρ τὸ « ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι Πνεῦμα, » καὶ πρὸς τὸ, « μόνος αἴτιος ὁ Πατὴρ, » εἰς καὶ τὸ « οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ » συνδιανοηθήσεται,

CAPUT XII.

Adversus eos, qui dictum sancti Cyrilli proponunt, « Spiritum sanctum ex solo Patre procedere, ut ab ore, sed apparere per Filium. »

1. Cum ante alia pro ecclesiastica pace orationem apologeticam tumultuario et subitario opere concinnantes, illa universæ nostræ orationis argumentum suscepimus, quæ reperire forte contingeret in eorum Commentariis, a quibus in Deo inviso Ecclesiarum dissidio, tanquam Deo grato continuando promovendoque nimia cogitatione, ac cura incumbebatur : tum præterea quæ multi hac nostra ætate vitam agentes, pacem Ecclesiarum rejicientes, nobis opposuere ; et tempore jam procedente quidam alii ex sedula Scripturarum investigatione dicta quædam collegerunt, quæ multo aliis validiora ad confirmandum dissidium reputata sunt, operæ pretium nobis visum est, dicta similia propria singularique oratione discutere. Et cum inter omnia varie nobis proposita, atque objecta, contradicentibus visum est, hisce minus aliis aliquid reponi, aut objici posse, non cunctabimur, quæ ab adversariis veluti aliis validiora proponuntur, in medium afferre, singulisque rationi consentaneas objectiones contra opponere, ad eos redarguendos, qui dicta scripto tradita male interpretantur Unum ex his fuerit dictum, quod, ut ipsi tradunt, in oratione de Trinitate ab admirabili Cyrillo scripta reperitur, Spiritum innuens, ex Patre solo procedere : aliud quod ex Damasco theologus in tertio decimo theologicorum capitum, cujus principium : « Deus cum prorsus comprehendi nequeat, prorsus et sine nomine erit, » posuit. Namque in fine illius capitis sanctus scribit : « Spiritus Patris tanquam qui ex Patre procedit. Nullus enim motus absque Spiritu, et Filii quoque Spiritus non veluti ex ipso, sed veluti per ipsum ex Patre procedens. Solus enim causa est Pater. » Et hæc quidem, qui ecclesiasticam pacem respuunt, magis ac magis Ecclesiarum dissidium constabilire judicant.

2. Nos porro cum jam prope simus ad ipsos refellendos, veluti sententiæ similium dictorum malos nec fidos interpretes, non de nostris adversus eosdem objectiones refutationesque ordiemur, sed celebrem in rebus theologicis Basilium nostræ præponemus orationi. Ad illud siquidem, « ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, » nec non ad illud, « solus Pater causa » quibus una simul, « non tanquam ex ipso » intelligetur, illius expo-

sitio satis fuerit, quam ille in nonnullis dictis evangelicis digessit, in quibus nomen Patris cum additione « solius » circumfertur, ad comprobandum, non ad excludendum Filium, Patris nomen referri, in quibus solus dicitur Pater. Nihilominus licet tanquam certissimum ex magni Basilii expositionibus confirmare possimus, non ad excludendum Filium dictionem poni « ex solo Patre Spiritum, » insinuantem, « procedere; » ne interim inconsiderate et sine ullo examine quidquid a contradicentibus proponitur, sequi videatur, antequam aggrediamur secundum obsistentiam ex habitis a magno Basilio expositionibus, demonstrare, nihil differre, sive aliquando dixeris, « ex Patre solo Spiritum, » sive « ex Patre et Filio, » protendentibus nobis « ex solo, » instanter hæc dicimus. « Ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ » λέγειν αὐτὸ, πρὸς τοὺς τὸ « ἐκ μόνου » προτείνοντας, κατ' ἐνστασιν οὕτω φαμέν.

A ἡ τούτου ἀρκέσει ἐξήγησις, ἣν ἔν τισι τῶν Εὐαγγελικῶν ῥητῶν ἐποιήσατο, ἐν οἷς τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα μετὰ τῆς τοῦ μόνου προσθήκης ἐμφέρεται εἰς παράστασιν τοῦ μὴ πρὸς διαστολὴν τοῦ Υἱοῦ εἰρῆσθαι τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα ἐφ' οἷς μόνος λέγεται ὁ Πατήρ. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ κατὰ τὸ πάντη βέβαιον ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐξηγήσεων ἔχομεν παραστῆσαι, μὴ πρὸς διαστολὴν τοῦ Υἱοῦ λέγεσθαι τὴν φωνὴν τὴν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα λέγουσαν « ἐκπορεύεσθαι, » ἵνα τέως μὴ ὀξέως μὲν ἀλογίστως, καὶ ἀνεξερευνήτως τοῖς ἀντιλέγουσιν ἕπεσθαι πρὸς πᾶν τὸ παρ' αὐτῶν προτεινόμενον, πρὶν μεταλειρίζεσθαι κατ' ἀντιπαράστασιν τὴν ἀποδεῖξαι ἀπὸ τῶν ῥηθεισῶν τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐξηγήσεων, μηδέν τι διαφέρειν, ἔστι μὲν οὗ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου » λέγειν « τὸ Πνεῦμα, » ἔστι δὲ οὗ

B

3. Et quo pacto vos probare poteritis ab admirabili Cyrillo dictatum fuisse, « ex solo Patre Spiritum sanctum procedere? » Ex oratione, inquiunt, quam divus Cyrillus de Trinitate composuit, continuoque chartulas præ manibus tenent, complures eas quidem, quod aliæ ex aliis eo fine descriptæ sint, nihil vero ad fidem sibi conciliandam habent, quod dignum consideratione sit. In nulla enim ex his schedulis ea quam ipsi comminiscuntur, inscriptionem, sancti Cyrilli oratio de Trinitate reperitur integre descripta, proœmiis, certaminibus, et epilogis perfecta, quibus fabula C deprehendi posset. Tum enim facilius fabula deprehensa fuisset, si quis integram orationem concinnasset, tanquam quæ et modo dicendi, et scriptionis caractere sancti Cyrilli nullo negotio innotuisset, et figmentum posset dignosci. Oratio itaque integra nulla propterea reperitur in schedulis maximo numero productis, ut dictum est. Sed frustulum orationis, tanquam segmentum illius, quam ipsi ferunt compositam fuisse a sancto orationem in similibus omnibus schedulis invenitur. Et schedulæ quidem productæ segmentum hoc referunt, quo magis ac magis Ecclesiarum dissidium constabiliri videtur. Eoque adversarii instantibus nobis respondent, dum ab illis exposcimus, ut demonstrent D an ex solo Patre Spiritus est.

4. Nos vero illis propria reddentes, et undenam, inquimus, fidem assequetur, dictum sancti Cyrilli esse, quod ait, « ex solo Patre Spiritum procedere? » Undenam? isti aiunt. Quod illud in codicibus circumferatur, annorum antiquitate conspicuis, quod ad promerendum sibi fidem abunde est. Et hi quidem ad nostram instantiam, quam demonstrari ab iisdem inquirimus, fidem auctoritatemque dicti, codicum antiquitatem, in quibus dictum habetur, obtendunt. At nos fidei, quam inde sibi astruunt, opponentes, (adhuc enim certamen secundum obsistentiam contradictionis continuantes, recusamus et illud « ex solo » admittere, et secundum obsistentiam demonstrare, licet ex solo Patre quispiam

γ'. Καὶ πῶς, ὦ ὑμεῖς, ἔχετε παραστῆσαι τῷ θαυμαστῷ θεολογηθῆναι Κυρίλλῳ τὸ « ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι Πνεῦμα; » Ἐκ τοῦ λόγου, φασὶ, τοῦ περὶ Τριάδος συντεθειμένου τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ καὶ παρευθὺς δελτάρια μετὰ χεῖρας αὐτοῖς, πολλὰ μὲν ὅτι ἄλλα ἐξ ἄλλων μετεγράφη κατὰ σπουδὴν, οὐδὲν δὲ καὶ εἰς πίστιν εὐπαράκτον ἔχοντα. Ἐν γὰρ οὐδενὶ τῶν δελταρίων, ὃ κατὰ τὴν παρ' αὐτῶν συντεθεῖσαν ἐπιγραφὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου λόγος περὶ Τριάδος εὕρηται δι' ὅλου ἐξυφασμένος, προοιμίοις, καὶ ἀγῶσι, καὶ ἐπιλόγοις ἀπαρτιζόμενος, ἐξ οὗπερ τὸ δρᾶμα ἐξέλλει γενέσθαι εὐφώρατον. Ῥᾷον γὰρ ἂν ἐφωράθη τὸ δρᾶμα, εἰ λόγον ὅλον συνεπλάσατό τις, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τῆς φράσεως, καὶ τοῦ τῆς Γραφῆς χαρακτῆρος δυναμένων εὐέλεγκτον ποιῆσαι τὸ δραματούργημα. Λόγος μὲν οὖν ὅλος οὐχ εὕρηται ἐν ταῦτα ἐν τοῖς εἰς πλῆθος προτεινομένοις δελταρίοις, ὡς εἴρηται, τεμάχιον δέ τι λόγου, ὡς τάχα περιπῆ, τοῦ, ὡς αὐτοί φασι πεπονημένου τῷ ἁγίῳ λόγου ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις εὕρηται δελταρίοις. Καὶ τὰ μὲν δελτάρια προτεινόμενα τὴν περικοπὴν φέρουσι ταύτην, καθ' ἣν ἐπιπλέον τὸ τῶν Ἐκκλησιῶν σχίσμα συγκροτεῖσθαι δοκεῖ· καὶ διὰ ταύτης οἱ ἀντιλέγοντες πρὸς τὴν ἡμῶν ἔνστασιν ἀπαντῶσι, καθ' ἣν ἀποδεῖξαν ἀπαιτοῦμεν αὐτοὺς, εἰ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμά ἐστιν.

δ'. Ἡμεῖς δὲ τούτοις ἀνθυποφέροντες τὰ παρ' ἑαυτῶν, καὶ πόθεν ἔξει, φαμὲν, τὸ πιστὸν ῥῆσιν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἶναι τὴν ῥῆσιν ἥτις « ἐκ μόνου τοῦ Πνεῦμα » λέγει « τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι; » Πόθεν; οὗτοί φασιν· ἐκ τοῦ βίβλοις ταύτην ἐμφέρεσθαι χρόνου παλαιότητι συγκροτουμέναις πρὸς τὸ ἀξιόπιστον. Καὶ οἱ μὲν πρὸς τὴν ἐνστατικῶς ἀπαιτουμένην παρ' ἡμῶν ἀπόδειξιν τοῦ τῆς ῥήσεως ἀξιοπίστου τὴν τῶν βίβλων προβάλλονται παλαιότητα, ἐξ ἧς ἡ ῥῆσις ἐμφέρηται· ἡμεῖς δὲ, πρὸς τὸ ἐντεῦθεν ἀξιόπιστον αὐτοῖς ἀντιλέγοντες ἔτι γὰρ τὸν ἀγῶνα τῆς κατὰ τὴν ἔνστασιν ἀντιῤῥήσεως ὑποδυόμενοι, οὔπω βουλόμεθα καὶ τὸ μόνου δέξασθαι, καὶ κατ' ἀντιπαράστασιν ἀποδεῖξαι ὡς, εἰ καὶ ἐκ μόνου τοῦ

Πατρὸς εὑρίσκεταί τι; τῶν ἁγίων λέγων τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' οὐδὲν φησὶ διαφέρον πρὸς τὸ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑπάρχον αὐτὸ, ἀξιοῦμεν τοὺς τῶν ἑκατέρων λόγων ἀκροατὰς ἀπροσπαθῶς διατεθῆναι πρὸς τὴν διάγνωσιν. Οἱ μὲν τὴν ῥῆσιν προβαλλόμενοι ταύτην, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, λέγουσαν εἶναι, μόνου τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ταύτην εἶναί φασι, καὶ ἐν μιᾷ περικοπῇ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ὁμολογοῦσι ταύτην εὑρίσκεσθαι, καὶ ἀπόδειξιν τοῦ ταύτης ἀξιοπίστου οὐδὲν ἕτερον προβάλλεσθαι ἔχουσιν, ἢ τὴν τῶν βίβλιων, αἷς ἡ ῥῆσις ἐμφέρεται, παλαιότητα. A

ε'. Ἡμεῖς δὲ ἀνθυποφέρομεν ὡς ἐπὶ παρὰ πάντων τούτων κοινῶς ὡμολόγηται μόνου τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἶναι ταύτην τὴν ῥῆσιν, πῶς ἄντις τὸ τῆς ἴσης φιλῶν ἀρρεπὲς οὐ τὰ νικητήρια δώσει τοῖς ἔχουσιν ἀποδεῖξαι σαφῶς παρά τε τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, παρά τε τοῦ μεγάλου Βασιλείου, παρά τε τοῦ Νύσσης, παρά τε τοῦ Χρυσοστόμου, παρά τε τοῦ μεγάλου Ἐπιφανίου θεολογηθῆναι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν ἐνυποστάτως καὶ οὐσιωδῶς; Σκεπτέον, πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς, εἰ ἔστιν ὅπως ἡ τοῦ ἑνὸς μαρτυρία τριῶν καὶ δὶς τοσούτων εἰς ἀξιοπιστίαν προτιμοτέρα. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον, ὃν ἐν μιᾷ ταύτῃ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων περικοπῇ φασιν οὗτοι τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἰπεῖν ἐκπορεύεσθαι, παραστῆσαι ἔξει ὁ τούτοις ἀντιφερόμενος πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ διαῤῥήδην διατρανοῦντα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς, καὶ ἐνυποστάτως καὶ οὐσιωδῶς εἶναι τὸ Πνεῦμα, τίς ἂν πιστεύσειεν αὐτὸν ἑαυτῷ ἐναντία τὸν ἅγιον θεολογεῖν; B C

ς'. Πρὸς μὲν οὖν τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου μόνου ῥηθῆναι τὴν « ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς » λέγουσαν ῥῆσιν εἰς ἀντίῤῥησιν προβαλλόμεθα τὸ παρὰ τῶν ἀναγεγραμμένων θεολόγων Πατέρων ῥηθῆναι τὸ « ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ · » εἰς δὲ ἀπόδειξιν τοῦ μηδὲ ἐν τῇ μιᾷ ταύτῃ περικοπῇ τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ τὴν φωνὴν ταύτην ῥηθῆναι τὸ μηδενὶ τῶν ἁπάντων πιστεύεσθαι εἰπεῖν τι τὸν ἅγιον Κύριλλον ἑαυτῷ · πρὸς δὲ τὴν παρ' αὐτῶν προβεβλημένην παλαιότητα τῶν βίβλων παλαιότης ἀντιπροβληθήσεται βίβλων. Καὶ εἴγε τι ἴσως ἔχει βίβλων παλαιότης βίβλων παλαιότητι μάχεσθαι, ἀλλὰ κἀνταῦθα ὑπερεκπερισσοῦ τὸ νικᾶν ἐπιβραβευθήσεται τῷ τὸ πλεῖον ἔξοντι ἐπὶ τῷ ἀριθμῷ. Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ προτείνουσιν οὗτοι δελτάρια, ἄλλα ἐξ ἄλλων μεταγραφέντα, οἷς ἡ ῥῆσις αὕτη ἐμφέρεται, ἀλλ' ἐγὼ, νὴ τὸ τῆς ἀληθείας κράτος, ἐπὶ μακρὸν ἤδη χρόνον τοῦ ζητήματος κινουμένου, ἅπαξ ἐνὶ μόνῳ δελταρίῳ πεπαλαιωμένῳ τὰς ὄψεις ἐπέβαλον, τὴν ῥῆσιν φέροντι ταύτην, καὶ τὸ δελτάριον, ὡς ἐξ ἑνὸς καὶ συλλογῆς διαφόρων συγγραμμάτων συγκείμενον, οὗ μέρος ἐδόκει βίβλου τῶν, ὁποῖαι πολλαὶ τῷ θεηγόρῳ Κυρίλλῳ διεπονήθησαν. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο μικρὸν εἰς ἀποτροπὴν τῆς ῥήσεως, τὸ ἐν μηδεμιᾷ τῶν βίβλων ταύτην εὑρίσκεσθαι ὧν ἑκάστου τὰ τοῦ ἁγίου συγγράμματα ὅλου αὐχεῖ. Τέως ὅπως εἰ καὶ παλαιὸν ἦν τὸ ἐμφανισθέν μοι τοῦτο δελτάριον, ἀλλά τινα παραδέξε- D

sanctorum inveniatur dicere Spiritum, nihil differre ab eo, ex Patre nempe et Filio illum esse,) rogamus utrorumque sermonum auditores, omni affectione semota, in judicium venire. Qui dictum hoc proponunt, ex solo Patre Spiritum esse insinuans, solius sancti Cyrilli illud esse asserunt, et in uno segmento illius scriptionum inveniri fatentur, et ad fidem illi auctoritatemque conciliandam, nihil aliud afferunt, quam codicum in quibus reperitur, antiquitatem.

5. Nos vero contra objicimus. Cum apud hos omnes unis animis in confesso sit, hoc dictum sancti Cyrilli solius esse, quanam ratione quispiam, æqui amans, et gemina justum lance suspendens, victoriam non illis concedet, qui palam demonstrant, et a magno Athanasio, et a magno Basilio, nec non Nysseno, atque Chrysostomo, tum etiam a magno Epiphanio traditum fuisse, et ex Filio Spiritum esse sua hypostasi, et essentia? Et considerandum utique est, per veritatem ipsam, an unius testimonium, trium vel sex auctoritate ad fidem comparandam potius sit? Quod si et illum ipsum quem in una tantum propriorum commentariorum pericopa asserunt hi, Spiritum ex solo Patre procedere affirmasse, comprobare poterit qui illis opponitur, multis aliis scriptionum locis aperte edicentem, ex Patre et Filio naturaliter, hypostatice, et essentialiter Spiritum esse, quis credet, eumdem sanctum sibimetipsi adversari?

6. Ad illud itaque sancti Cyrilli solius dictum insinuans, « ex solo Patre, » contra opponimus quod a jam laudatis Patribus theologis traditur, « ex Patre et Filio: » ad demonstrandum neque in una hac pericopa a sancto Cyrillo dictionem hanc fuisse insertam, quod nullus ex omnibus credet, sanctum Cyrillum adversantia sibimetipsi enuntiasse. Ad prætensam per ipsos codicum antiquitatem, codicum aliorum antiquitas proponetur. Et si quid forte codicum antiquitas codicum antiquitatem contundere valet, hinc quoque multis ex partibus palmarium dabitur illi, qui majori numero constipatus accedet. Licet enim ipsi multas schedulas proferant, alias ex aliis descriptas, in quibus dictum hoc circumfertur, sed mihi, vim ipsam veritatis testor, cum quæstio hæc multos jam annos in controversia sit, semel una solummodo schedula vetustatem ferens, et in qua dictum legebatur, objecta est, eaque veluti ex varia collectione, congerieque diversarum scriptionum conflata, non pars libri videbatur, quales multæ per deiloquum Cyrillum elaboratæ sunt. Hæc etiam non parvi momenti fuerit ad refellendum dictum, quod in nullo codice reperiatur, qui sancti scripta per omnes suas partes complectatur, illisque superbiat. Interea licet vetustatem præ se ferebat comperta per me schedula,

sed quadam comparatione conferetur ad vetustatem codicum beati Cyrilli, quorum plane, ut ipse animadverti, « ex Patre et Filio Spiritum » decernentium numerum, ob affluentem copiam, et testis sit veritas, numerum non novi?

7. Quæ igitur a nobis per instantiam dici decreta sunt, ad refellendum ex solo Patre et stabiliendum ex Patre et Filio Spiritum oratio supra promisit, hæc sunt. Verumtamen operæ pretium est universum illud segmentum, in quo *ex solo* habetur hac in oratione digerere, tum deinceps, quod promissum est, perficiendum. Segmentum hisce verbis concipitur : « Sanctissima et veneranda Trinitas ante omnia sæcula, et semper exsistens, immaculata est et sempiterna, increata, invisibilis, incorporea, incomprehensibilis. » Et post pauca : « Adorandæ tres hypostases cognoscuntur, et creduntur in Patre principii causæque experte, ingenito, sempiterno; et in Filio Unigenito, generato ineffabiliter, impassibiliter, indicibiliter, ante omnia sæcula ex essentia ipsa Patris, ideoque consubstantiali, ejusdem throni et dignitatis consorte, secundum omnia simili et æquali Patri citra paternitatem; principium vero et causam per generationem Patrem habente : et in Spiritu sancto, vivificante, adorando, procedente ex Patre, hoc est ex essentia Patris, non generatione quemadmodum Filius, ne duo Filii sint in Trinitate, sed procedente, ut dictum est, ex solo Patre, veluti ab ore, sed qui comparuit per Filium, locutusque est in universis sanctis apostolis et prophetis, nihilominus, uti dixi, ex essentia Patri et Filii exsistente, et ejusdem cum Patre et Filio essentiæ. Incommunicabilis vero et ipse est quemadmodum Pater et Filius ad omnem creaturam secundum essentiæ rationem. » Et segmentum quidem hoc est.

8. Nos porro jam demonstrandi certamen aggressi, illi, qui dictionem solam, *ex solo* affirmantem arripit, dicimus. Et quid tibi, o optime, videtur? Num solummodo dictioni huic attendendum est, an vero et aliæ, quæ eam præcedunt, et subsequuntur, in toto eo segmento appositæ examinandæ, et ex illis omnibus simul, dicta alia scripto tradita ad mutuam concordiam consensionemque adducenda? Sat scio te non primum sed secundum mihi assensurum. Et si id est, considera sanctum, antequam « ex solo » diceret, « procedente ex Patre » dixisse, « hoc est ex essentia Patris; » deinceps addidisse, « non generatione quemadmodum Filius, ne duo filii sint in Trinitate, sed procedente, ut dictum est, ex solo Patre veluti ab ore, sed qui apparuit per Filium. » Si tu ergo sententiam jam dictorum penetrare concupiscis, eum aliis scripto traditis dictis eorumdem consensionem conferens percipies. Et attento animo sis : « Procedente » prius dixit « ex essentia Patris, » tum adnexuit, « Procedente, ut dictum est, ex solo Patre, veluti ab ore, sed qui apparuit per Filium. » Si itaque « ex solo Patre veluti ab ore, » ad

A ται σύγκρισιν, πρὸς παλαιότητα βίβλων τῶν τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, ὧν ἐν ταῖς περιλήψεσιν ἐνηχῶν, « ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα » θεολογούσαις, τὸν ἀριθμὸν διὰ τὸ περιὸν τοῦ πλήθους ἐπὶ μάρτυρι τῇ ἀληθείᾳ οὐκ οἶδα;

ζ'. Ἃ μὲν οὖν ἡμῖν κατ' ἔνστασιν ῥηθῆναι ἐκρίθη εἰς ἀποτροπὴν τῶν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα ὁ λόγος ἐνθεν ἐπηγγέλατο, δεῖ προηγουμένως μὲν τὴν ὅλην περικοπὴν ἐγκαταστρῶσαι τῷ λόγῳ, ᾗ τινι περικοπῇ τὸ *Ἐκ μόνου* ἐμφέρεται, ἐφεξῆς δὲ τὸ ἐπηγγελμένον ἀφοσιώσασθαι· ἔχει δὲ ἡ περικοπὴ ὧδε· « Ἡ παναγία καὶ σεπτὴ Τριὰς πρὸς πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἐξ ἀεὶ ὑπάρχουσα, ἄχραντός ἐστι, καὶ ἀΐδιος, ἄκτιστος, ἀόρατος, ἀσώματος, ἀκατάληπτος· » καὶ μετ' ὀλίγα· B « Αἱ προσκυνηταὶ τρεῖς ὑποστάσεις γινώσκονται, καὶ πιστεύονται ἐν Πατρὶ ἀνάρχῳ, ἀναιτίῳ, ἀγεννήτῳ, ἀϊδίῳ, καὶ ἐν Υἱῷ μονογενεῖ, γεννηθέντι ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀφράστως πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ Πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοουσίῳ, καὶ συνθρόνῳ, κατὰ πάντα ὁμοίῳ, καὶ ἴσῃ τῷ Πατρὶ χωρὶς τῆς πατρότητος, ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν τὸν Πατέρα ἔχοντι γεννητῶς, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ζωοποιῷ, προσκυνουμένῳ, τῷ ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννητῶς, καθάπερ ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὶ ἐν τῇ Τριάδι, ἀλλ' ἐκπορευομένῳ, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὡς ἀπὸ στόματος, πεφηνότι δὲ δι' Υἱοῦ, καὶ λαλήσαντι ἐν τοῖς ἁγίοις πᾶσι προφήταις καὶ ἀποστόλοις, πλὴν, ὡς εἶπον, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχοντι, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἔχοντι πρὸς Πατέρα καὶ Υἱόν. Ἀκοινώνητον δὲ καὶ αὐτό ἐστιν, ὥσπερ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς πρὸς πᾶσαν κτίσιν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Ἀλλ' ἡ μὲν περικοπὴ αὕτη.

η'. Ἡμεῖς δὲ, ἤδη τὸν κατὰ τὴν παράστασιν ἀγῶνα ἀναδεχόμενοι πρὸς τὸν ἐπιδραττόμενον τῆς λέξεως μόνης τῆς λεγούσης, τὸ *ἐκ μόνου*, φαμέν. Καὶ τί σοι δοκεῖ, βέλτιστε; μῶν τῇ λέξει ταύτῃ μόνῃ προσχεῖν, ἢ καὶ τὰς πρὸ αὐτῆς, καὶ μετ' αὐτὴν ἐν πάσῃ τῇ περικοπῇ θεωρουμένας σκοπῆσαι, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ἅμα τὰς γραφικὰς ῥήσεις ἀλλήλαις πρὸς μίαν ἐπισυμβιβάσαι τὴν συμφωνίαν; Οἶδα μὲ πρὸς τὸ πρῶτον, ἀλλὰ πρὸς τὸ δεύτερον συντεθῆναί σε. Καὶ εἰ τοῦτο, σκόπησον ὡς ὁ ἅγιος, πρινὴ τὸ « ἐκ μόνου » εἰπεῖν, « τῷ ἐκπορευομένῳ, » ἔφη, « ἐκ τοῦ Πατρὸς, » τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, » καὶ οὕτως ἐπήγαγεν, « οὐ γεννητῶς, καθάπερ ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὶ ἐν τῇ Τριάδι, ἀλλ' ἐκπορευομένῳ, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὡς ἀπὸ στόματος, πεφηνότι δὲ δι' Υἱοῦ. » Εἰ γοῦν σὺ ἐμβαθύναι θελήσεις τῇ διανοίᾳ τῶν εἰρημένων ῥητῶν, τὴν πρὸς τὰς ἄλλας γραφικὰς ῥήσεις ἁρμονίαν τῆς αὐτῶν συμφωνίας κατανοήσεις. Ὅρα γάρ. « τῷ ἐκπορευομένῳ, » πρότερον, ἔφη, « ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, » εἶτα ἐπήγαγεν, « ἐκπορευομένῳ, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ὡς ἀπὸ στόματος, πεφηνότι δὲ δι' Υἱοῦ. »

Εἰ γοῦν τὸ « ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὡς ἀπὸ στόματος » εἰς διαστολὴν τοῦ Υἱοῦ ἐκλαμβάνεις, σκέπτει, ὡς ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς λέγων τὸ Πνεῦμα, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ οὐ δύναται εἶναι αὐτό. Εἰ γὰρ διέσταλται τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν *ἐκ μόνου* φωνήν, ὅλος ὁ Υἱὸς ὅλου διέσταλται τοῦ Πατρὸς, οὐσία δηλαδὴ ἀνυπόστατος, οὐσίας ἀνυποστάτου. Καὶ εἰ διέσταλται κατὰ σὲ ἀνυπόστατος οὐσία τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀνυποστάτου τοῦ Πατρὸς οὐσίας κατὰ τὴν ἐκ μόνου φωνήν, πῶς ὁ ἅγιος οὗτος ταύτη δὴ τὴν *ἐκ μόνου* λέγων φωνὴν, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς λέγει τὸ Πνεῦμα σὺν ἄλλοις τῶν Θεολόγων πολλοῖς, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ;

A distinctionem Filii accipis, considera eum, qui dicit ex essentia Patris Spiritum, ex essentia Filii eum esse affirmare non posse. Etenim si Filius a Patre distinguitur, secundum dictionem illam *ex solo*, totus Filius a toto Patre distinguitur, essentia nempe in hypostasi ab essentia in hypostasi. Etsi per te essentia in hypostasi Patris ratione illius vocis, *ex solo* distinguitur, quanam ratione sanctus his dictionem illam *ex solo* astruens, et ex essentia Patris tradit Spiritum, cum aliis plerisque theologis, et ex essentia Filii?

ϑ'. Ἀλλ' ἐνταῦθα οἶδά σε σφύζοντα, πρὸς ἀντιλογίαν ἐκεῖνο εἰπεῖν βουλόμενον ὃ πολλῶν πολλάκις εἰπόντων αὐτήκοος γέγονα. Τινὲς γὰρ ἀκούοντες τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, μὴ δυνάμενοι τῇ ἀληθινῇ ἐπιβαλεῖν ἐννοίᾳ, καθ' ἣν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λέγεται εἶναι τὸ Πνεῦμα, καὶ τὴν τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχει, ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ ἀρχῆς εἰς ἀλόγου; διαιρέσεις ἐκφέρονται οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως, καὶ διαιροῦντες ἰδικῶς εἰς οὐσίαν, καὶ ἰδικῶς εἰς ὑπόστασιν τὸν ὅλον Υἱὸν, τὴν ἀνυπόστατον, καὶ ἰδιοϋπόστατον οὐσίαν, κατὰ τὴν ἐκ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἀδιαίρετον αὐτοῦ διαίρεσιν, κατὰ τὰς θεολόγους φωνὰς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ. διὰ τὸ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν φασιν ὁμοούσιον τοῖ, ἁγίοις εἰρῆσθαι. Καὶ οὐκ οἶδασιν, ὡς εἰ διὰ τοῦτο ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶποι τις εἶναι, ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πνεύματι, ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας ῥηθήσεται. Ἔστι μὲν γὰρ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ ὁμοούσιον, ἀλλ' οὐχὶ ἀκολουθεῖ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι διὰ τὸ ὁμοούσιον. Ἦν γὰρ ἂν καὶ πᾶν ὁμοούσιον τινὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ὁμοουσίου, ὅπερ οὐκ ἔστιν. Ἡγεῖται δὲ μᾶλλον τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὥστε ἀκολουθεῖν, διὰ τοῦτο ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐστίν.

9. Sed hic video te tarditatis impatientem, ad nobis objiciendum, quod sæpius a multis dictitari ipse hisce auribus meis audivi, ocius approperare. Quidam enim audientes Spiritum ex essentia Filii, cum non valeant rectam sententiam deprehendere, qua et ex essentia Filii dicitur Spiritus esse, et suæ hypostasis causam et rerum omnium Deo, tanquam ex prima causa et principio possidere, in temerarias quasdam essentiæ et hypostasis divisiones prorumpunt, et dividentes seorsim in essentiam, et seorsim in hypostasim totum Filium, in hypostasi, eaque propria essentiam, secundum suam ex Patre et Filio indivisam divisionem, ut theologi aiunt, illud ex essentia Filii, propter eamdem Spiritus cum Filio essentiam a sanctis traditum, referunt. Neque notant, si propterea ex essentia Filii Spiritum esse quispiam astruat, cum et Filius ejusdem cum Spiritu essentiæ sit, ex essentia Spiritus diceretur. Est enim Spiritus ejusdem cum Filio essentiæ, at non sequitur et ex essentia Filii Spiritum esse, quod ejusdem essentiæ sit. Quidquid enim ejusdem essentiæ est cum aliquo, ex essentia illius, cum quo ejusdem essentiæ est, esset, quod tamen non est. Verum potius præcedit hoc, ex essentia Filii esse Spiritum, ita ut sequatur, propterea ejusdem cum Filio essentiæ esse Spiritum, quod ex essentia Filii Spiritus est.

ι'. Εἰ γοῦν διὰ τὸ τῆς διαιρέσεως ἄλογον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, ἰδικῶς μὲν εἰς οὐσίαν, ἰδικῶς δὲ εἰς ὑπόστασιν, ἄλογόν ἐστι διαφέρον οἴεσθαι εἶναι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, εἰ διέσταλται κατὰ σὲ ἡ ἀνυπόστατος οὐσία τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀνυποστάτου τοῦ Πατρὸς οὐσίας, κατὰ τὴν « ἐκ μόνου φωνήν, πῶς ὁ ἅγιος, καθάπερ μοι καὶ προείρηται, ὁ ταύτην δὴ τὴν ἐκ μόνου λέγων φωνὴν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐνταῦθα λέγων τὸ Πνεῦμα, ἐν ἄλλαις πολλαῖς τῶν θεολογιῶν αὐτοῦ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας φησὶ τοῦ Υἱοῦ ; Τοῦ γὰρ Υἱοῦ διεσταλμένου κατὰ τοὺς λέγοντας ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, οὐ δεῖ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς λεγόμενον Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ῥηθῆναί ποτε. Εἰ δὲ ἐκ τῆς οὐσίας ἀμφοῖν εἶναι αὐτὸ ὁμολόγηται, λείπεται κατὰ τὸ πάντη βέβαιον δέξασθαί σε, μὴ πρὸς διαστολὴν τοῦ Υἱοῦ τὸ « ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἰρῆσθαι, ἀλλ' εἰς δήλωσιν, ὡς προῖὼν ἀποδείξει ὁ λόγος, τοῦ, πρώτην αἰτίαν, καὶ ἄναρχον μόνον τὸν Πατέρα εἶναι.

10. Si itaque propter divisionis extra modum absonum in Filio seorsim in essentiam, et seorsim in hypostasim, absurdum quoque atque ineptum est, differentiam comminisci, inter ex essentia Filii, et ex Filio esse, si sejungitur per te essentia in hypostasi Filii ab essentia in hypostasi Patris propter illam dictionem *ex solo*, quanam ratione sanctus, ut antea quoque a me pronuntiatum est, qui vocem hanc *ex solo* dictitat, ex essentia Patris hic asserens Spiritum, in aliis plerisque suis theologicis scriptis, et ex essentia ait Filii? Namque separato Filio, secundum eos, qui ita asseverant, a Patre, non addecet, ex essentia Patris assertum Spiritum, ex essentia Filii ullo modo dici. Quod si ex essentia utriusque illum esse, in confesso est, reliquum est, veluti certissimum illud te amplecti, non ad distinctionem Filii, « ex solo Patre » pronuntiatum esse, sed ad insinuandam, ut infra oratio demonstrabit, primam causam et citra principium Patrem esse.

11. Addemus aliud quoque hanc sententiam constabiliens, ex ejusdem segmenti verborum circumplexu, quod facile persuadebit, si modo æquus esse velis auditor. Hic enim ubi « ex solo Patre » invenitur, adnexum est « veluti ab ore. » Et cum Spiritus et oris Filii dicatur Spiritus, ut divinus ait Apostolus, quomodo non hinc quoque a te dignoscetur, non ad distinctionem Filii « ex solo Patre » apponi? Namque cum Filius ex ventre Patris gigni asseratur, Spiritus vero progressio veluti ab ore Patris dicta sit, nunquam assertum fuisset Spiritum progredi et ex ore Filii, si ex solo Patre progrederetur. Præterea, cum os Patris in theologicis scriptis tradatur, quo pacto ad distinctionem Filii illud « ex Patre solo, » sanctus enuntiasse intelligetur, « veluti ab ore Patris Spiritum procedere, » affirmans?

B dictum hoc vicissim vertitur: namque ejusdem essentiæ Paulum cum Petro, et Petrum item ejusdem cum Paulo dicimus, nomina reciprocantes, cum unam eorumdem essentiam secundum speciem indicamus. At in dicto alio, quo asserimus, ex Petri essentia Paulum esse, Pauli parentem, si ita obtigerit esse, notamus. Namque si id non esset, neque ex Petri essentia Paulus unquam diceretur. Quo item invenies indicari Paulum, nempe effectum, ex Petro sui causa esse, cujus non uti unius ex iis, quæ externa sunt, factitia nempe, causa Petrus natura sua est, sed ejusdem essentiæ effectus, uniusque naturæ cum sui causa factus. Et dictum hac ratione conceptum non convertitur, et in hoc discrimen di-
C videntem comperies eamdem, quæ inter Petrum et Paulum est, naturam, ut mihi videtur, hisce duobus dictis expressum.

3. Quod si hæc eadem tu quoque probas, ad corroborandum hoc discrimen, aliis rationibus et argumentis omissis, hoc ex hominibus desumpto per nos exemplo teneto, sanctum etiam Spiritum propter unam cum Filio formam ejusdem cum Filio substantiæ decerni, et dictum hoc contraverti, ut Filius quoque ejusdem cum Spiritu essentiæ asseratur; sed secundum naturalem et non factitium effectum ex Filio, hoc est per Filium esse illum ex Filii essentia affirmari, et dictum non contraverti. Et hunc in modum hæc concipiens, ab errore te, ut decet hominem probum, libera. Quod si nugatorum
D vaniloquentia inductus, momenta rationum ad duos jam dictos modos propositæ nobis consubstantialitatis roborandos exposcis, ut inde cate et solide discrimine percepto, tum dicti asserentis, Spiritum eadem esse ac Filium essentia, quo simpliciter eorum una natura exprimitur, tum affirmantis, illum ex Filii essentia progredi, quo per Filium ejusdem essentiæ effectus illius indicatur, ad distinctionem eorum, quæ sunt per Filium tanquam a Creatore producta, ego tibi et probationis hujusmodi, uti fieri potest, rationes tradere non gravabor. Et attentus aures porrige. Si nihil discreparet, ejusdem essentiæ cum Petro Paulum esse, et ex essentia

Petri Paulum esse, astruere, sed utrumque dictum, unam eamdemque secundum speciem, nempe naturam indicaret, nihil differret, si dicta æque una converteres, tanquam quæ unum idemque connotarent. Quæ enim eadem sunt, eodem quoque modo enuntiantur. Idemque esset dicere, ejusdem essentiæ cum Petro Paulum, et cum Paulo Petrum, et Paulum ex essentia Petri esse, et Petrum rursus ex essentia Pauli. Sed hoc æque fieri poterit, atque oriens sol ab occasu exoriri. Quis enim unquam audiit, Patrem ex Filii essentia esse?

4. Quid hic ais? Annon satis tibi est hæc mutuæ conversionis demonstratio, ad unius ejusdemque naturæ discrimen intelligendum, an alio quoque exemplo id a nobis constabiliri peroptas? Et sodes attende animum huic secundo, ex creaturis item desumpto, at non ex iis, quæ æque atque nos sensibus subjacent, sed excelsioribus et minime materiatis, cujus firmitatem nec Satan ipse, qui natura sua veritati adversatur, convellere atque in dubium vertere poterit. Quænam vero sunt creaturæ, de quibus mihi sermo est? Angeli et animæ. Quid enim tibi de hisce videtur? Dicine de iisdem potest, Gabrielem et Michaelem ejusdem esse essentiæ et Theodori animam ejusdem esse naturæ cum anima Joannis, et vice versa, an non? Annues, sat scio. Specie enim similes inter sese angeli omnes, et animæ omnes inter se ejusdem speciei, et rationis participes sunt. Et quanam ratione de his sine ulla hæsitatione affirmari dices dictum, quo secundum speciem essentia eadem astruitur? Verumtamen si quis te interrogabit, Estne angelus ex essentia alicujus angeli, aut anima ex essentia alterius animæ? concedesne id? Imo et magnum reboabis, sat scio, contendens, nunquam quid simile ad aures hominis pervenisse. Quod si, quod est secundum speciem eadem natura per dictum asserens, hoc ex hujusce esse essentia, pro libitu indicaretur, cum jam nemo inficias est, et de animabus et de angelis dictum astruens, ejusdem esse essentiæ hoc et hoc, et vice versa, ad notandum dici secundum speciem homousion, qua ratione et dictum asserens, ex essentia angeli angelum esse, et ex essentia animæ aliam animam, tantum reputaretur absurdum, ut interrogatus de hoc contendes, neque in aures unquam hominum lucidisse? Quod hoc modo fieri prorsus nequit, ex nullo alio est, quam quod in angelis aut animabus nullus inveniatur ejusdem essentiæ effectus.

5. Quare cum, ubi quod ejusdem essentiæ est, causam sui non habet, ex essentia dici minime potest, manifestum remanet, ubi ex essentia dicitur, propter effectum ejusdem essentiæ dici. Sic veritas vim obtinet, cui respondere nequeas. Sic undequaque sui concors est, ut tum ex creatura, quæ palam est, et sensibus obnoxia, tum ex ea quæ invisa, intellectu tantum percipitur, sibi adversantes seque oppugnantes refellat. Pari ratione

A ἐκ τῆς τοῦ Πέτρου αὐτὸν λέγειν εἶναι οὐσίας, ἀλλ' αἱ ῥήσεις ἀμφότεραι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς, τῆς γε κατὰ τὸ ὁμοειδὲς δηλαδὴ ὁμοουσιότητος ἦσαν δηλωτικαί, διέφερεν ἂν οὐδαμῶς, καὶ ἐπίσης τὰς ῥήσεις ὡς τῶν αὐτῶν σημαντικὰς ἀντιστρέφειν. Τὰ γὰρ ταυτὰ καὶ ταυτῶς. Καὶ ἦν ἂν ταυτὸν τῆς αὐτῆς οὐσίας τῷ Πέτρῳ λέγειν τὸν Παῦλον, καὶ τῷ Παύλῳ τῆς αὐτῆς Πέτρον, καὶ Παῦλον ἐκ τῆς τοῦ Πέτρου εἶναι οὐσίας, καὶ Πέτρον αὖθις ἐκ τῆς τοῦ Παύλου. Ἀλλὰ τοῦτο τόσα γε ἀδύνατον, ὅσα καὶ ἥλιον ἐξ ἑσπέρας ἀνασχεῖν τὸ ἑῷον. Τίς γάρ ποτε Πατέρα ἐκ τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀκήκοεν εἶναι οὐσίας;

Δ'. Τί φῄς; Ἀρκεῖ σοι ὁ ἐκ τῆς ἀντιστροφῆς οὗτος τῆς ἀποδείξεως τρόπος ἐπὶ τῇ διαφορᾷ τῆς
B ὁμοουσιότητος, ἢ καὶ ἐξ ἄλλου τινὸς συστῆσαι ταύτην ἡμᾶς ἐθέλεις τοῦ παραδείγματος; Καὶ δὴ πρόσσχες ἄλλῳ δευτέρῳ, ἐκ τῶν κτισμάτων μὲν καὶ αὐτῷ, οὓμενουν τῶν καθ' ἡμᾶς αἰσθητῶν, τῶν ὑψηλοτέρων δὲ καὶ ἀΰλων, οὗ πρὸς τὸ ἀναντίῤῥητον οὐδ' ἂν αὐτὸς Σατὰν, ὁ φύσει τῆς ἀληθείας πολέμιος ἀντεπεῖν ἕξει. Τίνων λέγω κτισμάτων; Ἀγγέλων τε καὶ ψυχῶν. Τί γάρ σοι καὶ ἐπὶ τούτων δοκεῖ; Ἆρ' ἔστι καὶ ὑπ' αὐτῶν τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας εἰπεῖν τὸν Γαβριὴλ τῷ Μιχαὴλ, καὶ τὴν τοῦ Θεοδώρου ψυχὴν τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι τῇ τοῦ Ἰωάννου, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ἢ οὔ; Ἔστιν, οἶδα, ἐρεῖς· ὁμοειδεῖς γὰρ ἀλλήλοις ἄγγελοι πάντες, καὶ ψυχαὶ πᾶσαι ἀλλήλαις εἴδους καὶ λόγου μετέχουσι τοῦ αὐτοῦ. Καὶ πῶς οὐκ ἂν ἐπὶ τούτων λέγεσθαι ἀκωλύτως ἐρεῖς, ῥῆσιν ἐξ ἧς τὸ κατὰ τὸ ὁμοειδὲς
C παρίστατο ὁμοούσιον; Ἂν δέ τίς σε ἔροιτο, Ἔστι τις ἄγγελος ἐκ γε οὐσίας ἀγγέλου τινὸς ἡ ψυχή τις ἐκ γε οὐσίας ψυχῆς ἑτέρας; δώσεις καὶ τοῦτο; Καὶ μέγα βοήσεις οἶδα, μηδ' εἰς ἀκοήν ποτε πεσεῖν ἀνθρώπου τοῦτο διατεινόμενος. Εἰ γοῦν τὸ κατὰ τὸ ὁμοειδὲς ὁμοούσιον ὑπὸ τῆς λεγούσης ῥήσεως ἐκ τῆς τοῦδε τόδε εἶναι οὐσίας τοῖς λέγουσιν ἐδηλοῦτο, ὁμολογουμένου τοῦ καὶ ἐπὶ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων τὴν λέγουσαν ῥῆσιν τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας τόδε τῷδε, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, εἰς δήλωσιν τοῦ κατὰ τὸ ὁμοειδὲς λέγεσθαι ὁμοούσιον, πῶς ἂν τὴν καὶ ἐκ γε οὐσίας ἀγγέλου εἶναι λέγουσαν ἄγγελον, καὶ ἐκ γε οὐσίας ψυχῆς ἑτέραν ψυχὴν ἐς τόσον ἦν ἀδύνατον λέγεσθαι, ὡς ἐρωτώμενόν σε περὶ τούτου, μηδ' εἰς ἀκοὴν ποτε
D ἀνθρώπου τοῦτο πεσεῖν, διατεινάσθαι; Τὸ οὕτω ἀδύνατόν ἐστι πάντως οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ μήτε ὁμοούσιον αἰτιατὸν ἢ ἐν ἀγγέλοις εἶναι ἢ ἐν ψυχαῖς.

ε'. Τοίνυν ἐπεὶ ἔνθα τὸ ὁμοούσιον οὐκ ἔστιν αἰτιατὸν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰρῆσθαι ἀδύνατον, εὔδηλον ὡς ἔνθα εἴρηται τὸ ἐκ τῆς οὐσίας διὰ τὸ ὁμοούσιον εἴρηται αἰτιατόν. Οὕτως ἀναπάντητον ἔχει τὴν ἰσχὺν ἡ ἀλήθεια. Οὕτω πανταχόθεν σώμφωνός ἐστιν ἑαυτῇ, ὡς ἔκ τε τῆς φαινομένης κτίσεως καὶ αἰσθητῆς, ἔκ τε τῆς ἀθεάτου καὶ νοερᾶς τοὺς αὐτῇ ἀντιδικοῦντας ἐλέγχεσθαι. Καὶ σὺ λοιπὸν ἐκ τῆς ἀναπαντήτου ταύτης βεβαίως μαθὼν ἀποδείξεως, ἐκ τῆς οὐσίας

τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεσθαι, εἰς παράστασιν ἀκριβῆ τοῦ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ἴδιον αὐτὸ τυγχάνειν ἐκπόρευμα ἐκ πρώτου καὶ ἀρχικοῦ τοῦ Πατρὸς αἰτίου, δι' αὐτοῦ προχεόμενον τοῦ Υἱοῦ, τοὺς μὲν ἐπὶ τούτῳ ἀντιδικοῦντας οἰμώζειν ἔα, σὺ δὲ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ δόγματος ἐρριζόμενος, ἔρρωσο.

A tu quoque demonstratione hac, quam nulla convellet responsio, firmiter addiscens, ex essentia Filii Spiritum sanctum dici, ad exactam probationem, essentiæ Filii propriam esse eam processionem, ex primo, et principali Patre causa, per ipsum Filium effusam, qui contra nos obstrepunt pro hac re, fac propriis malis ingemant, et tu veritatis dogmate animum obfirmato. Vale.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΣΗΜΕΙΩΜΑ ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ.

—

EJUSDEM

SENTENTIA SYNODALIS.

(Apud Leon. Allatium, *Græciæ orthod.* tom. I, p. 566.)

—

Μηνὶ Μαΐῳ γ', ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ἰνδικτιῶνος ὀγδόης, προκαθημένου τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου, τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης κυρίου Ἰωάννου ἐν τοῖς κατὰ τὸν ἅγιον Θεοφύλακτον κελλίοις αὐτοῦ συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ, καὶ ἱερωτάτων ἀρχιερέων, τοῦ Χαλκηδόνος, καὶ ὑπερτίμου Νικολάου, τοῦ Ἀθηνῶν, καὶ ὑπερτίμου Μελετίου, τοῦ Λαρίσσης, καὶ ὑπερτίμου Νικάνδρου, τοῦ Σερρῶν, καὶ ὑπερτίμου Λέοντος, τοῦ Χερσῶνος Θεοδώρου, τοῦ Σογδαίας Θεοδώρου, τοῦ Προικονήσου Νικολάου, καὶ τοῦ Βερροίας Λέοντος, παρισταμένων καὶ θεοφιλεστάτων δεσποτικῶν ἀρχόντων.

B « Mensis Maii die 3, feria sexta, indictione octava, præsidente sanctissimo omino nostro patriarcha Constantinopoleos novæ Romæ, domino Joanne in cellis suis prope sanctum Theophylactum : considentibus una cum sanctitate ejus sanctissimis præsulibus, Chalcedonensi et hypertimo Nicolao, Atheniensi et hypertimo Meletio, Larissæo et hypertimo Nicandro, Serrarum et hypertimo Leone, Chersonensi Theodoro, Sogdææ Theodoro, Præcanensi Nicolao, Berroensi Leone : adstantibus et piissimis dominis principibus. »

α'. Καὶ θρὶξ ἐμπεσοῦσα τῷ ὀφθαλμῷ τὸ φαυλότατον ἐπισκοτεῖ μὲν καὶ τούτῳ, πολλὴν δὲ καὶ τὴν ζημίαν ἐπιφέρει τῷ λοιπῷ σώματι. Εἰ γὰρ τοῦ σώματος λύχνος ὁ ὀφθαλμός ἐστιν, τούτου διακειμένου κακῶς, πᾶσα πάντως ἀνάγκη, καὶ σύμπαν τὸ σῶμα τῇ καχεξίᾳ ταύτῃ συνδιατίθεσθαι, καὶ ὅσα καὶ λύχνου σβεσθέντος αὐτοῦ, ἀμαυροῦσθαι τὸ παρ' ἐκείνου ποδηγετούμενον. Καὶ θεία ὡσαύτως Γραφῆς κατὰ τὸ τυχὸν κακουργηθείσης, καὶ μέχρι καὶ μιᾶς κεραίας πλεούσης τὴν πρόσθεσιν, ἢ τὴν ἀφαίρεσιν, οὐκ ὀλίγη καὶ ἡ λύμη ἐπενεχθείη ἂν τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἅπαντι σώματι. Καὶ τί γὰρ ἄλλο τῷ τοιῷδε σώματι, οὗ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, εἰς ὀφθαλμῶν λογισθείη ἂν τάξιν καὶ χρείαν, ἢ αἱ τῶν ἁγίων Πατέρων γραφαὶ, ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς τὰς τοῦ ὀπτικοῦ κεκτημέναι ἀρχὰς καὶ φωταγωγοῦσαι τοὺς ἐντυγχάνοντας; Τί γοῦν ποιητέον ἐπὶ τῷ σωματικῷ ὀφθαλμῷ, καὶ τί διανοητέον ἐπὶ τῷ πνευματικῷ τούτῳ, οὗ χωρὶς τῆς ὀρθότητος οὐδεὶς τὸν Κύριον ὄψεται; Πάντως ὥσπερ ἐκείνου ἐκκαθαίρειν ἔθος τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, καὶ πρὸ τοῦ λυτιτελοῦν τῇ

1. Capillus res vilissima in oculum cadens, tenebras offundit, multumque noxæ reliquo corpori affert. Etenim si corporis lucerna est, eo male se habente, prorsus necesse est, corpus universum illa eadem ægritudine male affligi, et, veluti lampade illius exstincta, quod ab eo ducitur, obtenebrari. Similiter et sacra Scriptura, utcunque depravata, etiamsi unus tantum apex vel additione vel detractione male habitus sit, non mediocrem in universum Ecclesiæ corpus jacturam induxerit. Et quodnam aliud corpori, cujus caput Christus est, oculorum vicem usumque suppleverit, quam sanctorum Patrum monumenta, a capite ipso conspiciendi facultatem possidentia, et perlegentes illuminantia? Quid igitur agendum est de corporeo oculo, et quid in spirituali hoc excogitandum, quo non dirigente moderanteque nemo Dominum aspiciet? Plane quemadmodum eum purgare, qui in ea scientia plurimum valent, consueverunt, eumque ad utilem et omnium corporis membrorum constitutionem optimam reducere : ita procurandum

est, uti fieri potest, studiumque impendendum, ut ab eo festuca, quæ objicitur, et ipsam trabem exsuperat, per idonea fidei dogmata germanaque dematur, ut eo jam a morbo libero, et in pristinum statum restituto lumen splendeat, tenebræque fugentur. Verum ad quos cura ista et diligentia magis pertinebit, quam ad nos ipsos, quibus miseratione Dei Patrum horum administratio demandata est, necnon aliæ omnes divinarum Litterarum et Patrum traditiones, ut tanquam legitimi filii, paternorum testamentorum depravatione, vel potius hæreditate ab illis nobis proveniente, magna equidem continuoque duratura, injuste spoliati, summopere indoleamus, et super illis potissimum, in quibus pacis pulchritudo resplendet, et Ecclesiarum reconciliatio roboratur; et maxime si inverecunde illæ et perfide pertractantur; ut multa contingunt a quibusdam, qui veritatem discerpunt, pro libidine adeo immutatam, ut non tantum impune veritas omni scelere laceretur, sed flagitium ipsum ex divinis quoque Litteris robur auctoritatemque accipiat. Quodsi et Nyssaensium lumen injuriæ, et fide dignus liber antiquusque depravationi obnoxius fit; quantum id addat ad animi ægritudinem, animas ipsas effundentium, ne aliquod scandalum reliquum sit, quod ecclesiasticam pacem impediat? Quænam rursus diligentia intentanda est, et quanam ratione conandum, ut veritas liberé et cum fiducia appareat, futurumque in tempus securitatem obtineat? Prorsus quam maxima, et qualem nos addecet in similibus ponere, et pro viribus effectu quoque ipso perficere. Quemnam itaque successum res habuerit, et quale principium, hoc nostro sermone apertissime indicabitur.

2. Jam divini Numinis ope ecclesiastica pace perfecta, et multorum annorum scandalo gratia sancti Spiritus propulsato (oportebat enim aliquando similem caliginem dissolvi, et concordiæ lumen illucescere, et ex supervacuo Deum pacis devincire) debebamus nos etiam pro viribus pacem promovere, et ex sacris Scripturis, ut videbatur peropportunum, eam constabilire, ne ex ventre loqui insimularemur, sed ex fluminibus a Deo paratis, et ventribus viva aqua repletis. Quapropter nunc hanc viam, nunc illam, alias aliam et prorsus universas in auris obsequentis auditum, singulis fere diebus dirigebamus, divina misericordia ad jam perfectam pacem, et aliis viam aperientes. Et licet inter eos ob aliquem metum laudabilem scandalum irrepsisset, facili eos negotio semper obsequiosos, nec nobis, nec nostris reluctantes habuimus. Sed o invidentiam, et Satanicas machinas! Nonnulli ex nostris contrariæ parti addicti, cum non absonum id illis visum fuisset, si aliquo modo paci adversarentur, sese a nostra Ecclesia inter se congredientes avulserunt; qui continuo pro pace sacris Scripturis oblatis angu-

A ὁλομελείᾳ τοῦ σώματος ἀποκαθιστᾷν· οὕτω καὶ τοῦτον ἄξιον καθόσον οἷόν τε περιποιεῖσθαι, καὶ τὸ φαινόμενον μὲν κάρφος, ὑπερβάλλον δὲ καὶ αὐτὴν τὴν δοκὸν, ὑπεξαιρεῖσθαι διὰ τὸ τῶν δογμάτων ἀξιοπρεπὲς καὶ ἀνόθευτον, ὡς ἂν ὑγιαίνοντος τούτου, καὶ καθὼς ἦν ἀποκαταστάντος, τὸ φῶς ἐπιλάμπῃ καὶ ἡ σκοτεία διώκηται. Τίσι δ' ἂν ἄλλοις τῆς τοιαύτης μελήσειε περιποιήσεως ἢ πάντως ἡμῖν τοῖς ἐν τῷ ἐλέει τοῦ τῶν Πατέρων Θεοῦ, τὴν τῶν τοιούτων οἰκονομίαν λαχοῦσι, καὶ ἐφ' ἑτέραις ἁπάσαις γραφικαῖς τε καὶ πατρικαῖς παραδόσεσιν, ὡς ἂν υἱοὶ φαινώμεθα γνήσιοι τῶν πατρῴων διαθηκῶν παραχαραττομένων ὑπεραλγοῦντες, ἢ μᾶλλον ἡμῶν ἑαυτῶν ἀδικουμένων, τὴν ἀπ' ἐκείνων κληρονομίαν τὴν μεγάλην ὄντως καὶ ἀεὶ διαμένουσαν, πολλῷ δὲ πλέον ἐφ' αἷς τὸ τῆς εἰρήνης ἐπιλάμπει καλὸν καὶ ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν καταλλαγὴ ἐνισχύεται· καὶ τοσοῦτον ἴσως, ὅσον καὶ κακουργεῖσθαι ταύτας· ὡς τὰ πολλὰ συμβαίνει παρά τινων τὴν ἀλήθειαν σπαραττόντων, μεταποιούντων αὐτὰς, πρὸς ὅπερ καὶ βούλονται, ἵνα μὴ μόνον ἀνεύθυνον ᾖ τὸ περὶ τὸ ἀληθὲς ἁμαρτάνειν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν λογίζηται ἰσχυροποιούμενον. Εἰ δὲ καὶ ὁ τῶν Νυσσαέων φωστὴρ ὁ ἀδικούμενός ἐστι, καὶ ἀξιόπιστος βίβλος καὶ παλαιὰ, ἡ παθοῦσα τὴν παραχάραξιν, ὁποῖον τοῦτο, εἰς ὀδύνην ψυχῆς τοῖς προῖεμένοις καὶ αὐτὰς τὰς ψυχὰς, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ὑπολελεῖφθαι, διὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην, μηδενὶ σκάνδαλον. Ὁποίαν δὲ πάλιν πραγματευτέον τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ὅπως σπουδαστέον ὡς ἂν τὸ ἀληθὲς τὴν παῤῥησίαν ἔχῃ, καὶ τὸ ἀσφαλὲς τὸ εἰσέπειτα πάντως μεγίστην, καὶ οἵαν εἰκὸς ἐπὶ τοιούτοις ἡμᾶς ἐκπονῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν διαπράξασθαι. Ὅπως τοίνυν προέβη, καὶ οἵαν ἔσχε τὴν καταρχὴν, αὐτὸς ὁ λόγος προῖὼν δηλώσει σαφέστατα.

β'. Ἤδη μὲν οὖν Θεῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τελεσθείσης εἰρήνης, καὶ τοῦ πολυετοῦς σκανδάλου ἐκποδὼν γεγονότος τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, (ἔδει γάρ ποτε τὴν τοιαύτην διαλυθῆναι σκοτόμαιναν, καὶ τὸ τῆς ὁμονοίας ἐπιλάμψαι φῶς, καὶ πολλῇ τῇ περιουσίᾳ τὸν τῆς εἰρήνης νικήσαι Θεὸν), ἦν μὲν ἡμῖν καθόσον οἷόν τε συναίρεσθαι τῇ εἰρήνῃ, καὶ ἐκ Γραφῶν ἁγίων, καθὼς καὶ ἦν ἄξιον, αὐτὴν συνιστᾷν, ἵνα μὴ ἐκ κοιλίας λέγοντες ἐλεγχοίμεθα, ἀλλ' ἐκ ποταμῶν θεοχροτήτων, καὶ κοιλιῶν ζῶντος πεπληρωμένων ὕδατος. Ὅθεν καὶ νῦν μὲν ταύτην, νῦν δὲ ἐκείνην, ἄλλοτ' ἄλλην, καὶ ἁπαξαπλῶς ἁπάσας, εἰς ἀκοὴν ὠτίου δεχόμενοι, εὐοδούμενοι καθ' ἑκάστην ἡμεν τῷ τοῦ Θεοῦ ἐλέῳ πρὸς τὴν τελεσθεῖσαν εἰρήνην, καὶ ἄλλοις ὑποδεικνύοντες τὴν ὁδόν. Εἴ τί που καὶ σκάνδαλον ἦν ἐν αὐτοῖς διά τινα φόβον ἐπαινετὸν, ῥᾳδίως εἴχομεν αὐτοὺς ἀπειθεῖς, καὶ μηδὲν ἀντίξουν πρὸς ἡμᾶς καὶ τὰ ἡμέτερα φέροντας. Ἀλλ', ὦ τοῦ φθόνου καὶ τῶν σατανικῶν μηχανῶν! ἔστησαν εἰς ἐναντίαν μοῖραν καὶ τῶν ἡμετέρων τινὲς, καὶ δόξαν τούτοις ἀγαθόν τι ποιεῖν, εἴπως διαπολεμοῖεν πρὸς τὴν εἰρήνην, ἔσχισαν ἑαυτοὺς τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐγένοντο· οἳ καὶ ταῖς ὑπὲρ

τῆς εἰρήνης ἁγίαις Γραφαῖς διὰ παντὸς καταγχόμενοι, ἔμελλον μέν ποτε προσελθεῖν, καὶ ἀποθέσθαι μὲν τὸ πεισματικὸν καὶ δυσήνιον, ἀγαπῆσαι δὲ τὴν μεθ' ἡμῶν εἰρήνην, καὶ τῇ ὁλοκληρίᾳ τῆς Ἐκκλησίας συγκολληθῆναι· ὃ δὲ καὶ ἐγένετο ὕστερον. Ἀλλὰ τότε καθ' ὃν μὲν καιρὸν ἡ τούτων ἔτι πεισμονὴ χώραν εἶχε, καὶ περὶ πλείονος τῆς ἀληθείας τὴν ἰδίαν ἐτίθουν ἀρέσκειαν, τί ἕτερον ἐπὶ ταῖς τοιαύταις γραφαῖς ἦν αὐτοῖς εὔπορον; Τῶν γὰρ ἐπηβόλων λόγων καὶ γνώσεως οἱ ἄνδρες ἦσαν, ἃς μὲν ἄλλως, καὶ ὡς αὐτοῖς βουλητὸν ἐπεξηγεῖσθαι, ἃ δὲ καὶ νόθους εἶναι διισχυρίζεσθαι, ἔστι δ' οὗ καί τινας ὁμολογεῖν μὲν τῶν Πατέρων εἶναι, τοῦτο μόνον ὑγιῶς λέγοντας, προφέρειν δὲ ἀπολογίαν, φοβερὰν οἶμαι καὶ ἀναξίαν ὅλως τῆς τῶν Πατέρων προθέσεως, ὅτι πρὸς τοὺς τότε κινουμένους λόγους παρὰ τῶν αἱρετιζόντων ποιούμενοι τὰς γραφάς, ἔστιν οὗ καὶ τοῦ εἰκότος οἱ Πατέρες διέπιπτον· τῶν οὕτω λεγόντων μὴ συνορώντων ὡς οὐ δόξα ὅλως Θεοῦ καὶ σύστασις ἀληθείας τὸ διὰ ψευδῶν τινων συγκροτεῖσθαι καὶ ἀναξίων τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, ὅλοι τό τε τοῦ ἰδίου θελήματος ὄντες οἱ εἰρημένοι, καθ' ἑαυτῶν ἐσοφίζοντο, καὶ ἄδειαν εἶχον λόγων, ἐφ' οἷς ἐνδεεῖς καθίσταντο τοῦ συμφέροντος, πολλὰ μὲν καὶ διάφορα λέγοντες, εἰς ἓν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ καταντῶντες, τὸ ἀντιλέγειν τῇ εἰρήνῃ, καὶ πρὸς τὴν τῶν Γραφῶν ἀλήθειαν διαμάχεσθαι, ὅσα καὶ διαφόροις τρόποις τὸν οἰκεῖον πραγματευόμενοι ὄλεθρον. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἦσαν ἡμῖν, ταυτὸ δὲ εἰπεῖν καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀνεκτὰ, τῶν Γραφῶν σωζομένων, λέγειν ἐκείνους τὴν ἐπεξήγησιν, οἵαν ἐβούλοντο. Τὸ δὲ καὶ εἰς σίδηρον ἀπιδεῖν, καὶ τὴν γραφὴν ἀποξύειν, ἔστι μὲν ἐκ προχείρου κατανοῆσαι γενέσθαι διὰ ψυχῆς μόνης ὄρεξιν, τῷ δέ γε ἐπηβόλως κατανοοῦντι ἐντεῦθεν διαγνωσθήσεται καὶ ὡς, ἐπεὶ μηδόλως οἱ τοιοῦτοι ἀντειπεῖν πρὸς οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν εἶχον, ἀπαλείφειν ταύτην διέγνωσαν. Τίς δὲ ὁ τρόπος, καὶ παρὰ τίνος, καὶ ὅπως, ὁ λόγος ἤδη ἐρεῖ.

γ'. Προσῆν ἐφ' ἑτέροις βίβλοις τῷ τοῦ μεγάλου οἰκονόμου ἐκείνου τοῦ Ξιφιλίνου γαμβρῷ, οὗ Πεντεκλησιώτης τὸ ἐπίκλην, ὃς καὶ αὐτὸς σύναμα τῷ συγγάμβρῳ αὐτοῦ τῷ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας ῥιψεφενδαρίῳ τῷ Ἐσκαμματισμένῳ τῆς ἐναντίας μοίρας τότε κάθιστατο, καὶ βίβλος πολλὴν τὴν σεμνότητα ἐκ τῆς ἀρχαιότητος ἔχουσα ἐν ᾗ πονήματα ἦσαν διάφορα θεοχρότητα τοῦ τῶν Νυσσαίων φωστῆρος, Γρηγορίου δηλαδὴ τοῦ μεγάλου καὶ θαυμασίου Πατρός. Εἷς οὖν τῶν ἐκεῖσε λόγων ἦν καὶ εἰς τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, ὁμιλία, ἧς ἡ ἀρχή, « Ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωσῆς τῇ κατὰ τὸ ὄρος μυσταγωγίᾳ τὸν Ἰσραηλίτην λαόν· » καθ' ὃν γενομένῳ τῷ τοιῷδε Πατρὶ περὶ κοινῶν καὶ ἰδίων τῶν τῆς Θεότητος ὑποστάσεων θεολογῆσαί τε καὶ διδάξαι, ἐπῆλθεν εἰπεῖν· « Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. » Τὸ τοιόνδε οὖν τεμάχιον τοῦ ῥητοῦ, καὶ τὴν ἐντεῦθεν εἰς τὴν εἰρήνην συγκρότησιν, συνετέλεσε μὲν

A stati debebant quidem aliquando procedere, deponereque pervicacem effrenemque animum, et nobiscum una pacem amplecti, et cum reliquis Ecclesiæ partibus conglutinari; quod tandem factum est. Verumtamen cum eorum pertinacia invaleseceret, ipsique propria placita veritati præponerent, quid aliud in similes scripturas ausuri erant, quam quod ipsis offerret occasio? Erant siquidem viri illi et sermone et cognitione versatiles, has quidem in alium sensum, et ut illis placebat, raptare, has vero tanquam spurias contendentes rejicere, aliquando etiam quasdam ex illis confiteri Patrum esse, hoc tantummodo recte dicentes, afferre autem responsum terribile, væ mihi misero, et prorsus indignum Patrum propositio, quod in quæstiones, eo ævi motas a sectatoribus commentaria edentes, fuisse cum ex æquo Patres decederent. An hi, qui talia loquuntur, non intelligunt, nullam omnino Dei gloriam, nullamque divinæ rei constitutionem esse, quæ a falsis et Spiritu indignis promovetur? Sed quod jam dicebamus, omnes tum proprii arbitrii facti, contra semetipsos captiose agebant, abutebanturque otio dicendi ea, ex quibus nullum ipsis commodum emanabat; multa quidem ac varia in medium afferentes, in unum vero ac idem collimantes, ut paci contradicerent, et Scripturarum veritati adversarentur, variis multisque modis propriam sibi procurantes ruinam. Sed hæc omnia erant quidem nobis ipsis, quod idem est dicere, et veritati tolerabilia, si, salvis Scripturis, pravam ipsi suam interpretationem, quæcunque illa foret, adjicerent. At enim in ferrum animum intendere, eradereque scriptum, facile quispiam adverterit, pro libidine tantummodo, et affectata cupiditate actum fuisse: at is, qui prudenter res examinat, hinc colliget, similis sortis homines cum patenti adeo veritati adversari non possent, eam e medio tollere animum induxisse. Modum, auctorem, rationemque ipsam hæc nostra oratio prosequetur.

3. Habuit inter alios libros magnus œconomus Xiphilinus a suo genero cognomento Pentecleslota, qui simul cum uxoris suæ sororis marito, nostræ Ecclesiæ referendario, Escammatismeno nuncupato, adversas partes tuebatur, volumen, ex ipsa antiquitate dignitatem habens, in quo varia commentaria divinitus inspirata continebantur Nyssaensium luminis Gregorii, magni illius atque admirabilis Patris. Inter eas orationes legebatur et illa, in *Pater noster*, Homilia, cujus principium: « Cum adduceret magnus Moyses mystagogia, quam in monte acceperat, populum Israelitem. » In ea cum de communibus et propriis divinarum hypostaseon tractare, edocereque contingeret, subintulit, « Spiritus vero sanctus et ex Patre dicitur, et ex Filio esse affirmatur. » Hanc sententiæ particulam, indeque comparata pro pace subsidia, in commodum publicum attulit beatæ memoriæ ille magnus œconomus Xiphilinus, volu-

men illud percurrens, et ad hunc ocum perveniens, volumenque sibi ad legendum comparasse ex Penteclesiota fassus est. Omnibus id patuit, et nobis ipsis, et ipsi, qui volumen possidebat, nostrisque adversabatur. Hinc non parvæ suppetiæ, Deo miserente, ad pacem ecclesiasticam stabiliendam accessere. Referendarius ergo, sororis uxoris Penteclesiotæ maritus, ejusdem cum possessore libri sententiæ, id propriis oculis intuitus, et ad adeo patens dictum non valens se opponere, quod fidem etiam ex multis aliis, quæ in libro continebantur, large comparaverat, planum hoc documentum eradere, cum adhuc nostra oppugnaret, sibi proposuit, ferroque usus *ex* eradit, non considerans alia quoque volumina ad hoc ipsum comprobandum conquisita fuisse, quæ omnia exprimerent, et *ex* propositionem abunde redderent, cum depravata nondum fuissent.

4. Sed cum aliquando pervicacia cessasset, pacem amplexatus, nobiscum communionem iniit, quemadmodum et alii plures, sæpius cum ipso nostra mediocritas de nonnullis conferebat; casu vero factum est, ut voluminis illius aliquando recordaremur. Referendarius veluti a quopiam summotus, volumen quidem laudabat, de eoque, quod ipsi visum fuerat, enuntiabat, inter congressus vero de volumine confessus est: se in eo loco, in quo erat, « et ex Filio esse affirmatur, » gladiolo e serie illa verborum *ex* erasisse, nescio quanam ratione id fassus sit, et quam ob causam. Id tamen totum veritatis et Dei Patrum fuit. Quid inde subsecutum est? Consideratio fixa, et ossium tabes nostram petit mediocritatem, quomodo talis sententia adulterata fidem perdiderat, ecclesiasticæ paci tantumdem proficua; et quomodo toi per annos, e periculo elapsa, cum in Ecclesiam veteris Romæ bellum desæviret, nunc demum per crudelem plagiarium corrupta sit, ut in posterum cum desideraretur *ex*, securitas Ecclesiæ non esset, et quando etiam apponeretur fidem volumen non haberet neque soliditatem, cum jam recens apposita fuisse censeretur propter rasuræ suspicionem.

5. Itaque hac de re omnes, qui tum aderant, sanctissimos antistites nostros, et comministros nostra mediocritas participes facit, medelamque negotio poscit: unaque cum illis comminiscitur, quanam ratione Ecclesiæ jus conservari posset. Et commune consilium accedit, et synodalis sententia, relinquendum esse locum illum vacuum, in quo *ex* antea exarata erat: quod tutum non esset, nunc iterum rescribi, rursumque idem posteris suspicionem injiceret, propter scripturam recentem novam; remque gestam signandam scripto, ut inde testimonium publicum et fides proveniat, scripturæ sententiam depravatam fuisse, propter eorum, qui postmodum venturi sunt, securitatem:

A τῷ κοινῷ ὁ τῆς μακαρίας μνήμης ἐκεῖνος μέγας οἰκονόμος ὁ Ξιφιλῖνος, διερχόμενος τὴν τοιαύτην βίβλον, καὶ κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον γενόμενος, ἐν τῷ ταύτην ἐκ τοῦ Πεντεκλησιώτου χρήσασθαι εἰς ἀνάγνωσιν· πασίδηλον δὲ ἐγεγόνει, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ τὴν βίβλον ἔχοντι, καὶ ἀντικαθισταμένῳ πρὸς τὰ ἡμέτερα. Ἦν τοῦτο, καὶ οὐκ ὀλίγη συγχρότησις γέγονεν ἐν τῷ ἐλεοῦντι Θεῷ εἰς τὴν εἰρήνην ἐντεῦθεν τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι. Ὁ γοῦν ῥαιφερενδάριος σύγγαμβρος ὢν καὶ ὁμογνώμων ἔτι τῷ τὴν βίβλον ἔχοντι, οἰκείοις ὀφθαλμοῖς τὸ τοιοῦτον ἰδών, καὶ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε πρὸς τοῦτο, φανερὸν ὄν, καὶ τὸν ἀξιόπιστον ἀπὸ πολλῶν τῶν τῆς βίβλου πλουτοῦν, τὸ σαφῆ τοῦτον ἔλεγχον ἀπαλείφειν ἔγνω, ἔτι τοῖς ἡμετέροις μαχόμενος, καὶ χρῆται σιδήρῳ, καὶ ὑποξύει τὸ *ἐκ*, μὴ ὑπολογισάμενος, ὡς καὶ ἕτεραι βίβλοι εἰς τὸ αὐτὸ ἠρευνήθησαν, κἀκεῖναι οὕτως εἶχον καὶ τὸ *ἐκ* ἐπλούτουν, καὶ τὸ ἀνόθευτον ὑπεξέφευγον.

B δ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἔληξέ ποτε τούτῳ τὸ ἰδιόπεισμον καὶ τῆς εἰρήνης ἐγένετο, καὶ μεθ' ἡμῶν τὸ κοινωνικὸν ἔσχεν, ὥσπερ καὶ ἕτεροι πλείονες, πολλάκις μὲν περί τινων πρὸς αὐτὸν ἐκοινολογεῖτο ἡ μετριότης ἡμῶν. Ἔτυχε δέ πως ἀναμνησθῆναί ποτε τὴν ἡμῶν μετριότητα τῆς δηλωθείσης βίβλου. Ὁ δέ γε ῥαιφερενδάριος, ὥσπερ ὑπό τινος παρωθούμενος, ἐπῄνει μὲν τὴν βίβλον, καὶ περὶ αὐτῆς τὰ δοκοῦντά οἱ ἔλεγεν· διωμολόγησε δὲ μεταξὺ λέγων περὶ τῆς βίβλου ὡς ἐν τῷ τόπῳ, οὗπερ ἦν, « καὶ ἐκ τοῦ C Υἱοῦ εἶναι προτμαρτυρεῖται, » χρησάμενος μαχαίρᾳ τὸ *ἐκ* τοῦ λόγου ἀπέξυσεν, οὐκ οἶδ' ὅπως ὁμολογήσας· αὐτὸ καὶ παρ' ἣν τὴν αἰτίαν. Τέως δὲ ὅλον ἦν τοῦτο τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ τῶν Πατέρων Θεοῦ. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἐμμέριμνος λογισμός, καὶ σὴς ὀστέων ἐμπίπτει τῇ ἡμῶν μετριότητι, ὅπως τοιοῦτον ῥητὸν ἐνοθεύθη, καὶ τὴν ἀξιοπιστίαν ἀπώλεσε τῇ ἐκκλησιαστικῇ εἰρήνῃ τὰ πολλὰ συμβαλλόμενον, καὶ ὅπως χρόνοις τοσούτοις τὸν κίνδυνον ἀποδράν, ὅτε καὶ ὁ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐσφάδαζε πόλεμος, ἀρτίως παρεχαράχθη ὑπὸ ἀποτόμῳ τομεῖ, ὡς μήτε τὸ ἐντεῦθεν τοῦ *ἐκ* λείποντος ἀσφαλὲς εἶναι, μήτε μὴν προστεθέντος καὶ πάλιν τὸ ἀξιόπιστον ἔχειν τὴν βίβλον καὶ ἀσφαλές, ἐκ τοῦ προσφάτως λογίζεσθαι προστεθῆναι διὰ D τοῦ ξύσματος ὕπαπτον.

ε'. Κοινοῦται τοίνυν τὰ περὶ τούτου ἡ μετριότης ἡμῶν τοῖς παρευρεθεῖσιν ἱερωτάτοις ἀρχιερεῦσιν ἀδελφοῖς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῖς· ἀναζητεῖ θεραπείαν τοῦ πράγματος· σκοπεῖ σὺν αὐτοῖς, πῶς ἂν ἐπανασωθείη τῇ Ἐκκλησίᾳ τὸ αὐτῆς δίκαιον. Καὶ κοινὴ βουλὴ προβαίνει, καὶ γνώμη συνοδικὴ εἶναι μὲν τὸν τόπον κενὸν, καθ' ὃν τὸ « ἐκ » κείμενον διαγέγραπται· ὅτι μηδ' ἀσφαλές, ἀπό γε τοῦ νῦν γραφῆναι καὶ πάλιν αὐτὸ, ὑποψίαν τοῖς εἰς ἔπειτα ἔχον διὰ τὸ τῆς γραφῆς ὑπόγυιον, σημειωθῆναι δὲ τὰ τοῦ πράγματος, καὶ κοινὴν μαρτυρίαν καὶ πίστιν ἐντεῦθεν εἶναι, ὅπως τὸ γραφικὸν παρεχαράχθη ῥητὸν, διὰ τὴν τῶν ὀψιγόνων ἀσφάλειαν. Μηδὲ γὰρ ἂν εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦδε οὕτω

σημειωθέντος τοῦ ἀληθοῦς, διαπιστεῖν τινα, κα. προφάσεις, ἃς οὐ χρὴ, κατὰ τοῦ ῥητοῦ προφασίζεσθαι. Ἔδοξε τοῦτο κοινῶς καὶ ἤδη τὴν σήμερον περατοῦται διὰ τῆς παρούσης συνοδικῆς πράξεως, ὁμολογοῦντος μὲν καὶ πάλιν τοῦ ῥαιφερενδαρίου, καὶ οὐκ ἀρνουμένου τὸ σύνολον, ὅτι τὸ « ἐκ » παρ' αὐτοῦ διαγέγραπται, ζητοῦντος δὲ καὶ συγγνώμην, ὅτι καθ' ὃν καιρὸν ἀφ' ἡμῶν οὗτος ἐσχίζετο, τὸ τοιοῦτον πεποίηκεν. Ὅθεν καὶ ἡ παροῦσα συνοδικὴ πρᾶξις, εἰς δήλωσιν γεγονυῖα, ἀπετέθη τῷ καθ' ἡμᾶς χαρτοφυλακείῳ εἰς ἀσφάλειαν μὲν τῶν εἰς ἔπειτα, ὠφέλειαν δὲ τῶν ἐντυγχανόντων τῇ βίβλῳ, μανθανόντων ἐντεῦθεν καθαρὰν καὶ ἀδόλωτον τὴν ἀλήθειαν.

A neque enim fieri posse, ut, sic veritate signata, alius diffidat, et prætextus haud decoros contra dictum prætexat. Visum id fuit omnibus, et jam hodie hac synodica actione perficitur, rursus id idem latente referendario, et non negante, *ex* ab eodem abrasum fuisse, veniamque petente, quod eo tempore id perfecerit, cum a nobis dissidebat. Quare hæc synodalis actio, quæ rem revelat, nostro chartophylacio reposita est, ad posterorum securitatem, eorumque, qui librum percurrunt, utilitatem, cum inde discant puram atque incorruptam veritatem.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΤΩΝ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΣΟΥΓΔΑΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΟΝ

ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

—

EJUSDEM

AD

SUGDÆÆ EPISCOPUM THEODORUM

LIBER PRIMUS.

(*Græciæ orthodoxæ* tom. II, p. 93.)

—

α'. Ἐπειδὴ τὸν εὐαγγελικὸν ζυγὸν ἄρτι ἐπώμισάμενος, καὶ μέλλων ἤδη πρὸς τὴν Σουγδαίων ἀπαίρειν, ἡ ποιμενάρχην σε δι' ἡμῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα προεχειρίσατο, περί τινων ἡμᾶς ἤρου δογματικῶν, τὰς δὲ, ἐφ' αἷς προέθου δὴ ἐρωτήσεσιν, ἀποκρίσεις ἡμῶν ἐγγράφους ἐξενεχθῆναί σοι τὴν ἡμῶν ᾐτήσω εὐτέλειαν, ἵν' ἔχῃς τοῖς βουλομένοις σοι ἀντιλέγειν, ἐνστατικώτερον ἁπάντων, διὰ τὸ καὶ πλέον ἢ ἐν τοῖς ἑτέρωθι τῆς οἰκουμένης κλίμασι, τοὺς ἀφ' ἡμῶν σχισματικοὺς παραβάλλειν ἐκεῖ· ἡμεῖς, τῷ εὐλόγῳ τῆς αἰτήσεως εἴξαντες, τὴν παροῦσαν γραφὴν κατ' ἀριθμὸν τριάδος ἐρωτήσεων σῶν, καὶ ἀποκρίσεων ἡμετέρων προβαίνουσαν, ἐγχαράττομεν.

B 1. Cum jam humeris tuis jugum evangelicum sustuleris, et Sugdæam, cujus te per nos Spiritus sanctus ovili Christi præesse pastorem promovit, iter tibi emetiendum sit; de nonnullis quæstionibus dogmaticis perquirens, ad propositas per te interrogationes responsiones in scripto tradi, nostram mediocritatem expostulasti, ut promptas atque paratas ac magis firmas, adversus eos, qui tibi contradicere conantur, responsiones habeas, quod multo abundantius ibidem, quam in aliis terræ regionibus, eorum, qui a nobis scissi sunt, copia conveniat: nos jnstæ tuæ petitioni obtemperantes, præsens hoc responsionum nostrarum scriptum, terno tuarum interrogationum numero respondentes, concinnavimus.

β' Αὐτίκα ἐπὶ τῶν ἄλλων ταύτην πρώτην ἔθου ἐρώτησιν· Εἰ καλῶς οἱ ἀντιδιατιθέμενοι διενίστανται λέγοντες, ὡς εἰ καὶ τὸ « προῖέναι, » καὶ « προχεῖ-

C 2. Et primum quidem atque ante alia, sic interrogas: An recte, qui sese nobis et contentiose opponunt, asseruerint, licet exsilire, et effundi, et

emanare, nonnullis in locis de Spiritu ex Patre dicta, illum ex Patre e. essentialiter et naturaliter esse indicent, non tamen idem innuere, nec Spiritus ex Filio naturalem exsistentiam denotare, sed spiritualia quædam dona, cum ex Filio eadem dicuntur. Eorum, qui similia discrimina comminiscuntur atque proponunt, absurditatem lingua aureus, et tuba Spiritus ex auro ducta, Joannes oratione quam ille habuit de sanctissimo Spiritu (1) comprobabit. Copiose namque ille in ea de nominibus Spiritus sermonem instituens, et Spiritus nomen subdividens, tum ad auctoritatem et dominium, ipsamque naturam Spiritus, qui Triados complementum est, tum ad spiritualium donorum distributionem manifestandam, et accurate rem explanans, et acute admodum extricans, aliquando nomen Spiritus inferre proponereque ipsum Paracletum, aliquando eodem nomine gratiam aliquam insinuari, his iisdem verbis denotat: « Operæ pretium autem est, ut perseveremus diutius in sancti adorandique Spiritus enarratione, et manifestius aliquid de sancta gloriosaque facultate dicamus, non per ea quæ comminiscimur, sed per quæ docemur. Spiritus sanctus natura est indivisibilis, utpote qui ex inseparabili et indivisibili natura progressus est : nomen autem ejus, Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Domini, Spiritus Patris, Spiritus Filii, Spiritus Christi. » Et paucis annexis : « Itaque dicitur Spiritus sanctus. Hæc enim est prima et propria appellatio, et ut evidentiorem habens intelligentiam, Spiritus sancti naturam demonstrat. » Et post pauca : « Si quis autem Spiritum Christi non habet ; et sane oportebat dicere, Si quis autem Spiritum Dei non habet : sed dixit Spiritum Christi ; dixit id vero, ut ostenderet, idem esse dicere, Spiritum Dei, et Spiritum Christi. Hæc nomina sanctæ et immaculatæ virtutis, sancti sunt et adorandi Spiritus. Sunt vero et alia nomina, non naturæ convenientia, sed operationi. Profundus sermo, et opus habet auribus attentis, munitis, et fidelibus. Dicitur enim Spiritus vitæ, cum Salvator dicat : « Ego sum veritas et vita [1]. » Dicitur Spiritus vitæ, ut Paulus dicit : Lex enim Spiritus vitæ. Hæc nomina ejusdem sunt auctoritatis, et ejusdem naturæ. Sunt et alia nomina, quæ non adscribuntur Spiritui sancto, sed virtuti illius et operationi, ut sunt dona ejus. Dico itaque et insuper declaro sententiam, postea testimonium subinducturus. Quando dat Spiritus sanctus precibus sanctorum, vel mihi vel alteri Christianorum, sanctificationem, accipio donum ita ut sanctum habeam et corpus et animam. Donum mihi exhibitum vocatur spiritus sanctitatis, hoc est munus. Si dederit Spiritus sanctus cuipiam donum, non habenti sapientiam,

A

B

C

D

σθαι, » καὶ « ἀναβλύζειν, » ἔστιν οὗ λεγόμενα περὶ τοῦ Πνεύματος, ἐκ Πατρὸς οὐσιωδῶς δηλοῦσι, καὶ φυσικῶς ὑπάρχειν αὐτὸ ἐκ Πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶν λέγονται ταῦτα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὴν φυσικὴν αὐτὴν τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν τοῦ ἁγίου, ἀλλά τινὰ πνευματικὰ δηλοῦσι χαρίσματα. Τὸ πάνυ παράλογον τῆς τῶν πλαττομένων τὰς τοιαύτας ἐνστάσεως διαφορὰς, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης, σάλπιγξ τοῦ Πνεύματος ἡ χρυσήλατος, ἐν τῷ περὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος συγγραφέντι παρ' αὐτοῦ λόγῳ συστήσει σοι. Πολὺν γὰρ οὗτος ἐκεῖ περὶ τῶν τοῦ Πνεύματος ὀνομάτων ἐξυφαίνων τὸν λόγον, καὶ διαιρῶν τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα εἴς τε τὴν δήλωσιν αὐτῆς τῆς αὐθεντίας, καὶ φύσεως τοῦ τῆς Τριάδος συμπληρωτικοῦ Πνεύματος, εἴς τε τὴν δήλωσιν τῆς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων διανομῆς, καὶ διασαφῶν ἀκριβῶς, καὶ διερμηνεύων πάνυ λεπτῶς, πῇ μὲν ἔστιν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα, καὶ νοῆσαι αὐτὸν τὸν Παράκλητον, πῇ δὲ ἀκοῦσαι πάλιν ὄνομα Πνεύματος, καὶ νοῆσαι χάριν τινὰ δηλουμένην πνευματικὴν, οὕτως ἐπὶ λέξεων λέγει · « Ἀναγκαῖον δέ ἐστιν ἐπιμεῖναι τῇ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος ἐξηγήσει, καὶ σαφέστερόν τι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου δυνάμεως εἰπεῖν, οὐκ ἐξ ὧν λογιζόμεθα, ἀλλ' ἐξ ὧν διδασκόμεθα. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν μὲν φύσιν ἐστὶν ἀδιαίρετον, ἅτε δὴ ἐκ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ἀμερίστου φύσεως προελθὸν, ὄνομα δὲ αὐτοῦ Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα ἀληθείας, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Πνεῦμα Κυρίου, Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, Πνεῦμα Χριστοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα · « Λέγεται τοίνυν Πνεῦμα ἅγιον. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφατικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστῶσα τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν φύσιν. » Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· « Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, καὶ μὴν ἐχρῆν εἰπεῖν, Εἰ δέ τις Πνεῦμα Θεοῦ οὐκ ἔχει, ἀλλ' εἶπε Χριστοῦ : ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἴσον ἐστὶν εἰπεῖν Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ. Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῆς ἁγίας καὶ ἀχράντου δυνάμεως τοῦ ἁγίου ἐστὶ καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος. Ἔστι δὲ ἄλλα ὀνόματα οὐ τῇ φύσει προσήκοντα, ἀλλὰ τῇ ἐνεργείᾳ. Βαθὺς ὁ λόγος, καὶ χρῄζει ἀκοῆς προσεχοῦς καὶ ἀσφαλοῦς καὶ πιστῆς. Λέγεται δὲ πάλιν τὸ Πνεῦμα ζωῆς Πνεῦμα, ἐπειδὴ ὁ Σωτὴρ λέγει, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. » Λέγεται οὖν Πνεῦμα ζωῆς, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος λέγει, Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς. Ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῆς τῆς αὐθεντίας, αὐτῆς τῆς φύσεως. Ἔστι δὲ ἄλλα ὀνόματα, ἃ οὐ προσγράφεται τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἀλλὰ τῇ δυνάμει, καὶ τῇ ἐνεργείᾳ αὐτοῦ, οἷον αἱ δωρεαὶ αὐτοῦ, λέγω δὲ καὶ προσδιασαφηνίζω τὴν ἔννοιαν, καὶ ἐπάγω τὴν μαρτυρίαν. Ἐπειδὰν χαρίσηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εὐχαῖς τῶν ἁγίων, ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέρῳ Χριστιανῷ ἁγιασμὸν, καὶ λάβω ὥρον, ὥστε ἅγιον ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ἡ δωρεὰ

[1] Joan. XIV, 6.

(1) Hujus orationis principium est : *Heri, o Christi amatores, sacri et adorandi Spiritus celebrabatur adventus.*

ἡ δοθεῖσά μοι καλεῖται πνεῦμα ἁγιωσύνης, τουτέστι χάρισμα. Ἐὰν δῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δωρεάν τινι μὴ ἔχοντι σοφίαν, μὴ ἔχοντι γνῶσιν, ἀλλὰ δῷ αὐτῷ μόνον πίστιν, ὥς εἰσι πολλοὶ χάρισμα ἔχοντες τοῦ πιστεύειν μόνον Γραφαῖς, οὐκ εἰδότες τὰς Γραφάς, καὶ ταῖς Γραφαῖς πιστεύοντες, καλεῖται δωρεὰ ἐκεῖ καὶ πνεῦμα πίστεως. Ἐάν τις λάβῃ δωρεὰν καὶ δύναμιν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πιστεύειν τῇ ἐπαγγελίᾳ τῶν διδομένων ἀγαθῶν ἐν τῷ μέλλοντι, ἔλαβε πνεῦμα ἐπαγγελίας. Ἐάν τις λάβῃ σοφίας δῶρον, καλεῖται ἡ δωρεὰ πνεῦμα σοφίας, καὶ πάντα τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος καλεῖται πνεῦμα, καὶ πρόσεχε τύπον διασαφηνιζόντων ἡμῶν ἐκ μέρους τῆς θεωρίας. Ὅταν τις ἔχῃ χάρισμα ἀγάπης, λέγεται ὅτι πνεῦμα ἀγάπης ἔχει. Ὅταν λάβῃ τις χάρισμα μαρτυρίου, λέγεται πνεῦμα δυνάμεως ἔχειν, τουτέστι χάρισμα. ἐπειδήπερ τὸ δωρούμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι. Καλεῖται καὶ τὸ δωρούμενον Πνεῦμα ἅγιον, καλεῖται καὶ τὸ δῶρον ὁμωνύμως τῷ χαρίζοντι. « Καὶ μετ' ὀλίγα· » Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας· « Ἐξελεύσεται, φησὶ, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Ὥδε τὸ ὄνομα τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος, λοιπὸν δὲ τὰ χαρίσματα πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· « Ἔλαβεν ὁ διδάσκων πνεῦμα σοφίας, ὁ διδασκόμενος πνεῦμα συνέσεως, ἵνα συνῇ. Διὰ τοῦτο Ἡσαΐας τὴν σοφίαν ἐπιγράφει τῷ λέγοντι, τὴν σύνεσιν τῷ ἀκούοντι, καί φησι, Σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν. Πνεῦμα βουλῆς δίδοται τῷ τὴν γνώμην δεχομένῳ. » Καὶ μετά τινα τῆς περικοπῆς· « Ἐπαναλαμβάνω τοίνυν τὰ ὀνόματα τῆς ἀῤῥήτου φύσεως, πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα τὸ, ἐκ τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα Κυρίου, Πνεῦμα Πατρὸς, Πνεῦμα Υἱοῦ, Πνεῦμα Χριστοῦ, Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος τὸν Χριστὸν, πνεῦμα ζωῆς, πνεῦμα ἀληθείας. Λοιπὸν τὰ χαρίσματα, πνεῦμα δυνάμεως, πνεῦμα ἀγάπης, πνεῦμα σωφρονισμοῦ, πνεῦμα ἐπαγγελίας, πνεῦμα πίστεως, πνεῦμα ἀποκαλύψεως, πνεῦμα υἱοθεσίας. » Ταῦτα σαφῶς τοῦ χρυσορῥήμονος Πατρὸς διηκριβωκότος καὶ παραδεδωκότος, τῇ μὲν ἔστιν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα, καὶ νοῆσαι αὐτὸν τὸν Παράκλητον, τῇ δὲ ἀκοῦσαι πάλιν ὄνομα πνεύματος, καὶ νοῆσαι χάριν τινὰ δηλουμένην πνευματικὴν, πῶς ἔξουσιν οἱ σύμπαν τὸ ὁκοῦν αὐτοῖς ἀπυλώτῳ ἀπερευγόμενοι στόματι διενίστασθαι, μὴ τὴν φύσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ τὰ πνευματικὰ δηλοῦσθαι χαρίσματα; Ἐν οἱῳδήτινι ἂν τῆς θείας Γραφῆς μέρει εὑρίσκηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχον, καὶ ἀναβλύζον, καὶ προχεόμενον ἐξ Υἱοῦ; Εἰ γὰρ τὸν περὶ τῶν ὀνομάτων λόγον ὁ ἅγιος ποιούμενός φησιν, « Ὄνομα δὲ αὐτοῦ Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα ἀληθείας, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, καὶ προστίθησιν, « Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφατικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστῶσα τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν

non habenti intelligentiam, sed det illi solam fidem, quales sunt multi habentes donum, ut credant solum Scripturis, ignorantes Scripturas, et Scripturis credentes; illud donum vocatur et spiritus fidei. Si quis accipiat donum et virtutem a Spiritu sancto, ut credat promissioni bonorum, quæ dantur in futuro sæculo, ille spiritum promissionis accepit. Si quis accepit sapientiæ donum, illud vocatur spiritus sapientiæ; et omnia dona Spiritus sancti nuncupantur spiritus: et attende diligenter formam, qua tibi partem speculationis exponimus. Quando quis habet donum charitatis, dicitur habere spiritum charitatis. Quando quis acceperit donum martyrii, dicitur habere virtutis spiritum; hoc est donum, quod datum Spiritus sanctus appellatur, et donum eodem nomine, quo is qui donat. » Et paucis interjectis: « Ita et beatus Isaias: « Egredietur, inquit, de radice Jesse virga et flos ex ea ascendet, et requiescet super eum Spiritus Dei [1]. » Hic est nomen ipsius naturæ Spiritus; deinceps sequuntur dona: spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudidis, spiritus cognitionis, spiritus pietatis, spiritus timoris Dei. » Et post pauca: « Accepit docens, spiritum sapientiæ, et addiscens, spiritum intelligentiæ, ut intelligat. Propterea Isaias sapientiam ascribit dicenti, intellectum audienti; et, inquit, sapientem architectum, et intelligentem auditorem. Spiritus consilii dicitur consiliatio; spiritus fortitudinis, consilium accipienti. » Et post alia nonnulla pericopes: « Repeto igitur nomina ineffabilis naturæ Spiritus Dei, Spiritus qui ex Deo, Spiritus Domini, Spiritus Patris, Spiritus Filii, Spiritus Christi, Spiritus qui excitavit Christum, Spiritus vitæ, Spiritus veritatis: deinde dona, spiritus virtutis, spiritus charitatis, spiritus temperantiæ, spiritus promissionis, spiritus fidei, spiritus revelationis, spiritus adoptionis filiorum. » Hæc palam Chrysostomo discernente tradenteque aliquando audimus Spiritus nomen, et Paracletum ipsum intelligimus; aliquando rursus audimus nomen spiritus, et aliquod spirituale donum per illud indicatum cognoscimus; quanam ratione, qui, quidquid visum fuerit, effreni ore effutiunt, contendunt, non naturam sancti Spiritus, sed spiritualia dona in quacunque sacræ Scripturæ parte reperitur, Spiritum sanctum esse, emanare, et effundi ex Filio indicari? Namque, si de nominibus spiritus verba faciens, sanctus ait: « Nomen vero ipsius, Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Patris, Spiritus Filii, » et addit: « Hæc enim est propria et prima appellatio, quæ sententiam habet expressiorem, et naturam Spiritus sancti repræsentat; » tum subdit deinde: « Hæc sunt nomina sanctæ et immaculatæ virtutis sancti et adorandi Spiritus, » rursumque: « Hæc nomina sunt aucto-

[1] Isa. xi, 1, 2.

ritatis ipsius naturæ Spiritus sancti : » quis, dummodo veritatem frustra oppugnare non appetit, non fatebitur, qui in Scripturis indistincte Spiritus sanctus vocitatur, ipsius naturæ, ipsius dominatus Paracleti nomen esse ? Et si id est, quanam ratione audebit affirmare, donum spirituale denotari, cum prope locis Scripturæ innumeris reperiatur, nunc quidem progrediens, nunc emanans (2), nunc exsiliens Spiritus sanctus ex Filio? Nemo, ut reor, adversus veritatem ita inverecundus fuerit, ut ex his, quæ Chrysostomus de nominibus Spiritus præscripsit, certam patentemque demonstrationem non habeat, ipsam Paracleti naturam significari, cum quis simpliciter et indistincte Spiritum sanctum pronuntiat. Hac demonstratione pro certo habita, citra contradictionem sequetur refutatio dicentium, ex Filio prosilire, emanare, effundi Spiritum sanctum, veluti donum quoddam spirituale.

λογουμένης τῆς ἀποδείξεως ἀναντίῤῥητος ἀκολουθήσει τὸ λοιπὸν ἔλεγχος τῶν λεγόντων ἐκ τοῦ Υἱοῦ προΐέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς χάρισμά τι πνευματικόν.

3. Verba quoque Chrysostomi attentius consideranti, aliis etiam rationibus hos eosdem refellere, suggeretur. Cum enim hi, ut dictum est, ubicumque audiunt, Spiritum provenientem, promanantem, sive exsilientem ex Filio, non naturam ipsam Spiritus, sed spiritualia dona intelligere amant, separata et veluti funiculo divisa ab ipsa natura Spiritus, absurdam eorum sententiam non leviter refellunt, quæ Chrysostomus ipse suggerit, cum Isaiæ dictum in propria scriptura digerit : « Et vide, quæ beatus Isaias enuntiat : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos ex ea ascendet, et requiescet super eum Spiritus Domini. » Et hic veluti puncto sententiam terminans, adnectit : « Hic nomen naturæ ipsius Spiritus. » Et addit : « Deinceps sequuntur dona, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus cognitionis, spiritus pietatis, spiritus timoris Dei. » Si itaque Isaias, Spiritum Dei super eum requieturum primo dicens, Spiritus sancti naturam indicavit, et subdens postea, « Spiritus sapientiæ et intellectus, » alia quoque Spiritus dona manifestavit, apertum remanet, ut et sanctus Pater Chrysostomus exponit, « cum Spiritus sanctus sanctorum precibus vel mihi vel alteri Christiano elargitus fuerit significationem, aut sapientiam, aut intellectum, aut fidem, aut charitatem, » aut hoc vel aliud, (plurima namque sunt, nec numero comprehendi possunt dona) Spiritus, ipsum sanctum Spiritum intelligendum esse, in sua per Filium habituali inhabitatione, in iis qui digni fuerint, donorum. Spiritus enim Dei, Isaias primo dixit, tum Spiritus sapientiæ et intellectus, aliaque superaddidit, innuens, quæ eadem cum donante appellatione dona nuncupantur, non propriam quamdam et veluti funiculo divisam a Spiritu exsistentiam habere, sed ipsum Spiritum sanctum

φύσιν· » καὶ ἐπάγει, « Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῆς ἁγίας καὶ ἀχράντου δυνάμεως τοῦ ἁγίου ἐστὶ καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος· » καὶ πάλιν, « Ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῆς τῆς αὐθεντίας, αὐτῆς τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος φύσεως· » τίς ἂν, μὴ βουλόμενος τὴν ἀλήθειαν ἐπηρεάζειν διακενῆς, οὐχ ὁμολογήσει τὸ ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀδιορίστως εἰρημένον ἅγιον Πνεῦμα, αὐτῆς τῆς φύσεως, αὐτῆς τῆς αὐθεντίας τοῦ Παρακλήτου ὄνομα εἶναι; Καὶ εἰ τοῦτο, πῶς ἂν τολμήσειεν εἰπεῖν χάρισμα δηλοῦσθαι πνευματικὸν, ὅτι μυριαχοῦ τῆς Γραφῆς εὑρίσκεται, νῦν μὲν προϊὸν, νῦν δὲ προχεόμενον, νῦν δὲ ἀναβλύζον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ; Οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, τῆς ἀληθείας οὕτω καταναιδεύσηται, ὡς μὴ ἐξ ὧν ὁ Χρυσορῥήμων ἔφη περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ Πνεύματος, ὁμολογουμένην ἔχειν ἀπόδειξιν, τοῦ αὐτὴν τὴν τοῦ Παρακλήτου φύσιν δηλοῦσθαι, ὁπηνίκα τις Πνεῦμα ἅγιον λέγει ἁπλῶς καὶ ἀπροσδιορίστως. Καὶ ταύτης ὁμολογουμένης τῆς ἀποδείξεως ἀναντίῤῥητος ἀκολουθήσει τὸ λοιπὸν ἔλεγχος τῶν λεγόντων ἐκ τοῦ Υἱοῦ προΐέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς χάρισμά τι πνευματικόν.

γ'. Ἔτι δὲ τῷ ἐπιστατικώτερον ἐπισκεπτομένῳ τὰ ῥηθέντα τῷ Χρυσορῥήμονι καὶ κατ' ἄλλους λόγους ἀπελέγχειν οὗτος τοιούτους ἐπιγενήσεται. Ἐπὶ γὰρ οὗτοι, ὡς εἴρηται, ὅποι ἂν ἀκούσωσι Πνεῦμα προϊὸν, ἢ προχεόμενον, ἢ ἀναβλύζον ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ τὰ πνευματικὰ νοεῖν χαρίσματα θέλουσιν, ἀποδιῃρημένα ὥσπερ, καὶ οἷον διεσχοινισμένα τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος, οὐκ εἰς ἀγενῆ τῆς παραλόγου ταύτης ἐννοίας ἔλεγχον ἔσται, καὶ ἅπερ ὁ αὐτὸς χρυσορῥήμων λέγει Πατὴρ, ἐν τῷ τὴν Ἡσαΐου ῥῆσιν τῇ οἰκείᾳ καταστρωννύειν γραφῇ· « Ὅρα γάρ τι οὗτος καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας, « Ἐξελεύσεται, » φησὶ, « ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα Κυρίου. » κἀνταῦθα στίζων ἐπάγει· « Ὧδε τὸ ὄνομα τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος, » καὶ προστίθησι· « Λοιπὸν δὲ τὰ χαρίσματα, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, καὶ πνεῦμα βουλῆς, καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ. « Εἰ γοῦν ὁ Ἡσαΐας, Πνεῦμα Θεοῦ ἐπαναπαύσεσθαι ἐπ' αὐτὸν προηγουμένως εἰπὼν, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος φύσιν ἐδήλωσεν, ἐπαγαγὼν δὲ τὸ, « Πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, » καὶ τἆλλα τὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα διεσάφησεν, εἰδηλον, καθὼς καὶ ὁ χρυσορῥήμων ἐξηγεῖται Πατὴρ, ὡς, ὅταν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐχαῖς τῶν ἁγίων δωρήσηται ἢ ἐμοὶ ἢ ἑτέρῳ Χριστιανῷ ἁγιασμὸν, ἢ σοφίαν, ἢ γνῶσιν, ἢ πίστιν, ἢ ἀγάπην, » ἢ τὸ, ἢ τὸ (πολλὰ γὰρ καὶ οὐκ ἀριθμῷ περιληπτὰ τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα,) αὐτό τις ὀφείλει τὸ ἅγιον Πνεῦμα νοεῖν ἐν τῇ δι' Υἱοῦ ἐπιγινομένῃ τοῖς ἀξίοις σχετικῇ ἐνοικήσει αὐτοῦ, διανεμητικὸν τῶν χαρισμάτων γινόμενον. Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ ὁ Ἡσαΐας πρότερον ἔφη, καὶ οὕτω πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, καὶ τἆλλα ἐπήγαγε, δηλῶν ὅτι τὰ ὁμωνύμως τῷ δωρουμένῳ τῇ τοῦ πνεύματος κλήσει καλούμενα δῶρα, οὐκ ἰδίαν

(2) Adverte, Spiritum sanctum promanare etiam ex Filio.

τινὰ ἀποδιῃρημένην τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὕπαρξιν ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, τὸ ἐν τῷ σοφίαν δωρεῖσθαι πνεῦμα σοφίας λεγόμενον, καὶ ἐν τῷ ἁγιωσύνην δωρεῖσθαι πνεῦμα ἁγιωσύνης λεγόμενον. Οἱ γοῦν προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι καὶ ἀναβλύζειν ἐξ Υἱοῦ, τὸ ἅγιον ἀκούοντες Πνεῦμα, καὶ εἰς τὰ χαρίσματα, ὑμένουν εἰς τὴν τῆς αὐτοῦ φύσεως, δήλωσιν, τὰς λέξεις ἐκλαμβάνοντες ταύτας, πολλὴν τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας νοσοῦσι κακίαν.

A esse, qui, cum sapientiam largitur, Spiritus sapientiæ dicitur, et cum sanctimoniam impartitur, sanctimoniæ Spiritus nuncupatur. Qui itaque progredi (3), et effundi, et promanare ex Filio Spiritum sanctum audiunt, et ad dona notanda, non ad naturam illius insinuandam, dictiones similes accipiunt, plane contra veritatem malitiose se gerunt, et turpiter ex cerebro laborant.

δ'. Ἵνα δέ σοι καὶ ἀπὸ γραφικῶν δῆλον γένοιτο τῶν μαρτυριῶν τὸ τοῦ νοήματος πλημμελὲς, τῶν ἐν ἰδίᾳ τινὶ νοούντων εἶναι ὑπάρξει τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ χαρίσματα, ἀποδιῃρημένα τρόπον τινὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἄκουσον καὶ οἷα ὁ ἅγιος Κύριλλος περὶ τούτου ἐν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν φησίν. Ἐκεῖσε γὰρ ἐν μέρει τοῦ διαλόγου ταῦτα ἐπὶ λέξεων κεῖται· « Ὁ Ἅγιος· Τὸ δὲ δὴ τὴν θείαν ἡμῖν ἐγχαράττον εἰκόνα, καὶ σημάντρου δίκην ἐμποιοῦν τὸ ὑπερκόσμιον κάλλος, οὐχὶ τὸ Πνεῦμά ἐστιν; — Ὁ Ἑρμείας· Ἀλλ' οὐχ ὡς Θεὸς, φασὶν, ἀλλ' ὡς θείας χάριτος ὑπουργόν. — Ὁ Ἅγιος· Οὐκ αὐτὸ τοιγαροῦν ἡμῖν, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἐνσημαίνεται. — Ὁ Ἑρμείας· Ἔοικεν. — Ὁ Ἅγιος· Ἦν οὖν ἀναγκαῖον, εἰκόνα τῆς χάριτος, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Θεοῦ διακεκλῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. » Καὶ μετά τινα· « Ἀλλ' εἰ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος διεσχοινισμένη τις ἦν ἡ δι' αὐτοῦ χάρις, τί μὴ ἔφη σαφῶς ὁ μὲν μακάριος Μωϋσῆς ὅτι παρενηνεγμένῳ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ εἶναι λοιπὸν ἐνεφύσησε χάριν ὁ πάντων δημιουργὸς τὴν διὰ πνοῆς τῆς ζωῆς, Χριστὸς δὲ ἡμῖν, « Λάβετε χάριν τὴν δι' ὑπουργίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » ἀλλ' ὠνόμασται μὲν ἐν ἐκείνῳ πνοὴ ζωῆς· ζωὴ γάρ ἐστιν ἀληθὴς ἡ τῆς θεότητος φύσις, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὡς ἐν αὐτῇ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν· διὰ δὲ τοῦ Σωτῆρος φωνῆς Πνεῦμα ἅγιον αὐτό που κατὰ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐγκατοικίζοντός τε καὶ ἐνιέντος τὸ Πνεῦμα; « Καὶ ὁ μὲν ἅγιος Κύριλλος ταῦτα. Ὁ δὲ τῆς Ῥαῖθου πρεσβύτερος Θεόδωρος ὁ δογματικώτατος ἐν τῷ περὶ ἀπεριγράπτου λόγῳ αὐτοῦ δευτέρῳ οὕτω φησίν· « Ἴδωμεν οἷα λέγειν περὶ Θεοῦ ἀνέχονται· Τῇ ἐνεργείᾳ, φασὶν, ἐν πᾶσίν ἐστιν ὁ Θεὸς, τῇ οὐσίᾳ δὲ οὐδαμοῦ· ἐνέργειαν λέγοντες, τὸ προϊὸν ἐκ τῆς ἐνεργείας· φασὶν ἀποτέλεσμα. Φαίην δ' ἂν ἔγωγε τῆς

4. Ut vero tibi et ex scriptis testimoniis, quantum a vero aberrent, innotescat, qui in propria quadam sancti Spiritus exsistentia dona, quodammodo ab illius essentia separata, intelligunt; audi quæ et divus Cyrillus de hac eadem re in eo Dialogo, quem ad Hermiam direxit, pronuntiat; in ejus enim parte hæc ad verbum habentur: « Sanctus. — Quod vero divinam imaginem imprimit, et notæ instar cœlestem pulchritudinem inferens, nonne Spiritus est? — Hermias: Sed non ut Deus, inquiunt, sed ut divinæ gratiæ administer.—Sanctus: Non ipse igitur nobis, sed gratia, quæ per ipsum confertur, imprimitur.— Hermias: Videtur.— Sanctus: Necesse igitur fuerit gratiæ imaginem, et non potius Dei, hominem nuncupari. » Et paucis annexis: « Sed si essentia Spiritus divisa est, quæ per eum gratia datur, quamnam ob causam manifeste dictum est a beato quidem Moyse, animali ad id, quod est, producto, Creatorem omnium gratiam, quæ per Spiritum vitæ est, insufflasse, et nobis a Christo; « Accipite gratiam, quæ administro Spiritu sancto datur [1], » sed dictus est apud illum Spiritus vitæ: namque vita vera est Deitatis natura, si verum est, quod dicitur, In ipso vivimus, movemur, et sumus, et a Salvatore, Spiritus sanctus; a Salvatore, inquam, qui vere in infidelium animos introducit immittitque Spiritum sanctum? » Et hæc quidem sanctus Cyrillus. Theodorus presbyter, in dogmatibus decernendis accuratissimus, secunda de Incircumscripto oratione, hunc in modum eloquitur; « Consideremus, quæ de Deo dicere sustinent. Operatione, inquiunt, Deus in omnibus est, essentia vero nullo in loco; operationem vocantes, qui ex operatione procedit effectum. Ipse vero dixerim, a natura divina, operationem illius

[1] Joan. xx, 22.

(3) Eumdem Spiritum sanctum, unum ex Triade, Triadem ipsam complere, et ex Filio promanare, effundi, et exsilire, dici, diviniloquus Gregorius, oratione de Spiritu sancto, comprobabit, diserte hæc scribens: *Ego vero totus cohorresco, abundantiam appellationum considerans; quæ cum tot sint tantæque, nihilominus Spiritum oppugnantes inverecunde sese gerere præsumunt. Spiritus Dei dicitur, Spiritus Christi, mens Christi, Spiritus Domini, ex se ipse Dominus, Spiritus adoptionis, veritatis, libertatis, Spiritus sapientiæ, prudentiæ, consilii, fortitudinis, intelligentiæ, pietatis, timoris Dei: facit enim omnia creatque, universa essentia complens, et omnia continens, essentia quæ mundana sunt, omnia implens.* Et post panca: *Quæcunque vero his humilius enuntiantur, dari scilicet, mitti, distribui, donum etiam, munus, inflatus, pollicitatio, intercessio, et, si quid aliud hujusmodi, ne singula recenseam, ad primam causam referenda sunt, ut, ex quo sit, ostendatur, et non tria principia divisa, proindeque Deos introducentia, admittantur; æqualem enim impietatem inferunt, sive cum Sabellio personas connectant, sive cum Ario naturæ dividantur.* Hac ratione et nomina, Spiritus naturam indicantia, et differentia donorum, diligenti enumeratione comprobantur, cum ex Filio emanare et profundi et exsilire Spiritus dicitur, illum ipsum esse Spiritum Sanctum, unum ex Triade, et qui Triadem complet.

esse individuam. » Et quibusdam annexis : « Cum vero vivat natura divina, vivas habet et operationes ; et absque essentia fieri nequit, ut operatio emergat : ubi operatio apparuerit, simul una cum ea et essentia ex qua emanat, consideratur. » Et post pauca : « Igitur non operatione tantum Deus rebus præsens est, sed essentia. Namque demonstratum est absque essentia nullam esse operationem. » Et paucis additis : « Quomodo itaque, quod dicitur, verum fuerit, Spiritum Domini orbem adimplesse? Essentia Deus cum sit, quæ sunt omnia, natura divina adimplevit, et in omnibus est. » Et postmodum : « Operatio absque essentia non emanat, et in omnibus est ; essentia ergo in omnibus est, ut a propheta dicitur : « Nonne cœlum et terram ego impleo dicit Dominus? » Hæc Sanctorum pronuntiata, ad ora eorum obturanda qui ex Filio provenire, effundi et exsilire veluti donum quoddam, Spiritum sanctum contendunt, maximopere conducent.

5. Quod si et dicto illi inter alia Cyrilli (4) accuratius mentem fixeris, quod ille, dum Filium habere Spiritum pertractat, pronuntiat, « eodem quo et Pater modo Spiritum habere veluti omnium naturalium Patris bonorum participem, non ascitilium neque extraneum, sed ut quisque nostrum proprium in semetipso spiritum continet, et ex intimis visceribus in externa effundit ; » maximum quoque tibi inde contra importuna discrimina adjumentum habebis. Etenim si sanctus Cyrillus hominis exemplum usurpans, Filium, ait, Spiritum effundere, quemadmodum nostrum singuli proprium spiritum ex intimis visceribus foras effundunt ; quid aliud similis effusio erit, quam ex Filio naturalis Spiritus exsistentia? Nam et in hominibus, et in omnibus aliis, quæ spiritum habent corruptioni obnoxium, uniuscujusque spiritus a spirante exsistentiam possidet.

6. Propterea magnus Basilius in nonnullis suis theologicis dictis (5) cum quis Spiritum Dei pronuntiat, satis esse, tradit, nomen hoc exsistentiam illius ex Deo notare. Cum igitur in plerisque Scripturæ locis Spiritus Patris, Spiritus quoque Filii Spiritus sanctus vocitatur, si veluti Spiritus oris Patris exsistentiam ex eo habere dicitur, habebit utique et similem ex Filio exsistentiam, veluti vivens, et essentialis Filii Spiritus, quod et os Patris (6) Filius in divinis Scripturis asseritur. Et sic jam habes absolutum, ad primam tuam interrogationem, responsum, scriptis testimoniis

τοῦ Θεοῦ φύσεως ἀχώριστον εἶναι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ. » Καὶ μετά τινα· « Ἐπειδὴ δὲ ζῶσα ἡ θεία φύσις, ζώσας ἔχουσα καὶ τὰς ἐνεργείας, χωρὶς δὲ οὐσίας ἀδύνατον προελθεῖν ἐνέργειαν. Ἔνθα ἂν ἡ ἐνέργεια φανῇ, συνθεωρεῖται ταύτῃ καὶ ἡ οὐσία, ἐξ ἧς προέρχεται. » Καὶ μετά τινα· « Οὐκοῦν οὐ μόνον τῇ ἐνεργείᾳ πάρεστι τοῖς οὖσι Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τῇ οὐσίᾳ, δέδεικται γὰρ, οὐχ ὅτι χωρὶς οὐσίας ἐστὶν ἐνέργεια. » Καὶ μετά τινα· « Πῶς οὖν ἔσται τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, ὅτι Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην; Οὐσία Θεὸς ὤν, πάντα τὰ ὄντα τῆς θείας οὐσίας πεπλήρωκε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐστί. » Καὶ μετά τινα· « Ἡ δὲ ἐνέργεια χωρὶς οὐσίας οὐ πρόεισι, καὶ ἐν πᾶσίν ἐστιν· ἡ οὐσία ἄρα ἐν πᾶσιν ἐστι, κατὰ τὸν διὰ τοῦ Προφήτου λεγόμενον, « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος ; » Οὐκ ὀλίγον σοι πάντως αἱ χρήσεις αὗται πρὸς ἐπιστομισμὸν τῶν ἐκ τοῦ Υἱοῦ προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν, ὡς χάρισμά τι πνευματικὸν τὸ Πνεῦμα λεγόντων τὸ ἅγιον, συντελέσουσιν.

ε'. Ἀλλ' εἰ καί τινι τῶν τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ἐπιστατικώτερον ἐπιβαλεῖς βήσεων τῇ παρ' αὐτοῦ εἰρημένῃ, ὅπου τὸ Πνεῦμα τὸν Υἱὸν ἔχειν θεολογεῖ « καθ' ὃν τρόπον καὶ ὁ Πατὴρ, ὡς πάντων τῶν φυσικῶν ἀγαθῶν τοῦ Πατρὸς κοινωνὸν, οὐκ ἐπακτὸν δηλονότι, οὐδ' ἔξωθεν, ἀλλ' ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ Πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει· » μεγάλην κἀντεῦθεν ἕξεις κατὰ τῶν παραλόγων διαφορῶν τὴν συγκρότησιν. Εἰ γὰρ ἐν ὑποδείγματι ἀνθρωπίνῳ ὁ ἅγιος Κύριλλος τὸν Υἱόν φησι τὸ Πνεῦμα προχέειν, ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὸ ἴδιον πνεῦμα ἐκ τῶν ἐνδοτάτων αὐτοῦ σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει, τί ἂν ἄλλο ἡ τοιαύτη πρόχυσις εἴη παρὰ τὴν ἐξ Υἱοῦ φυσικὴν τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν; Καὶ ἐπ' ἀνθρώπων γὰρ, καὶ ἐπὶ πάντων ἄλλων, ὅσα πνεῦμα ἔχει φθαρτὸν, τὸ ἑκάστου πνεῦμα παρὰ τοῦ ἐκπνέοντος ἔχει τὴν ὕπαρξιν.

ς'. Διὰ τοῦτο ὁ μέγας Βασίλειος ἔν τισι τῶν οἰκείων θεολογιῶν, ὅταν τις λέγῃ Πνεῦμα Θεοῦ, ἀρκεῖν φησι καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ δηλῶσαι τὴν ἐκ Θεοῦ. Εἰ γοῦν πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς πνοὴ μὲν τοῦ Πατρὸς, πνοὴ δὲ καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται Πνεῦμα, ἐὰν ὡς πνοὴ τοῦ στόματος τοῦ Πατρὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ ἔχειν ὕπαρξιν λέγοιτο, εἴη ἂν τὴν τοιαύτην καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὕπαρξιν ἔχον, ὡς ζῶσα καὶ οὐσιώδης πνοὴ τοῦ Υἱοῦ. Ὅτι καὶ στόμα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ταῖς θείαις θεολογεῖται Γραφαῖς. Ἔχεις ἐντελῶς ἤδη τὴν ἐπὶ τῇ πρώτῃ σου ἐρωτήσει ἀπόκρισιν ἀπὸ γραφικῶν συγκεκροτημένην μαρτυ-

[a] Ser. xxiii, 24.

(4) In expositione Evangelii Joannis, ad illa : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis.*

(5) In quarta scilicet adversus Eunomium oratione.

(6) Filium os Patris esse, reperies in oratione dogmatica Theodori presbyteri Raytheni, cujus principium : *Absurdum existimo, et probe me id existimare duco.* Scito porro Orationem, in qua dictum simile continetur, in nonnullis voluminibus divo Anastasio ascribi.

ριῶν, ἐφ' οἷς οἱ δι' ἐναντίας τὰς παραλόγους διαφο- A
ρὰς τῶν ἀναγεγραμμένων λέξεων πλάττονται.

ζ'. Ἃ δὲ καὶ περὶ τῆς « πεφηνέναι » λέξεως κατὰ δεύτερον τὸν πρὸς ἡμᾶς λόγον λέγειν ἔφης αὐτοὺς, μηδὲ αὐτὴν εἰς δήλωσιν ὑπάρξεως ἐκδεχομένους τοῦ Πνεύματος ὁ μέγας, ἀπελέγξει καὶ ταῦτα Βασίλειος, ἐν μὲν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, « Ὅτι θεία φύσις τὸ Πνεῦμα, » λέγων· « Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι Λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις, καὶ θεία φύσις ἄῤῥητος ἐξ ἀῤῥήτου στόματος πεφηνυῖα. » Ἐν δὲ τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ τριακοστοῦ τετάρτου ψαλμοῦ, « Ὡς οὖν ὁ δημιουργὸς Λόγος ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. » Ὁ γὰρ, νῦν μὲν ἐκ τοῦ θείου στόματος πεφηνέναι, νῦν δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐκπορεύεσθαι λέγων τὸ Πνεῦμα, οὐδεμίαν τῶν τοιούτων λέξεων διαφορὰν συγχωρεῖ ἀναφαίνεσθαι. Καὶ σὺ λοιπὸν τοῖς ῥηθεῖσιν ἅπασι πρὸς ἀπόδειξιν χρῶ τοῦ μηδὲν ἐπισφαλὲς πεπραχέναι τοὺς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προϊέναι, καὶ προχεῖσθαι, καὶ ἀναβλύζειν, ἔτι δὲ πεφηνέναι ὁμολογοῦντας, ὅτι γε τὴν μετὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἡσπάσαντο ἕνωσιν, τῇ τῆς ἐκπορεύσεως λέξει διὰ τὸ στενὸν ἴσως τῆς γλώττης ἀντὶ πασῶν χωμένης τῶν λέξεων.

comprobatum, de iis ob quæ adversarii absurdas descriptarum dictionum differentias comminiscuntur.

7. Quæ porro de *apparere* dictione, secundo loco in sermone tuo ad nos dato, proponis scribisque, dum asserunt, eamque ad insinuandam exsistentiam non accipiunt, eos vel maxime magnus refellet Basilius, in eo capite cujus inscriptio est, « Divinam Spiritus esse naturam ; Spiritus enim cum vivente Verbo in eodem ordine collocatus ad creandum, vivens potestas et divina natura, ineffabilis ex ineffabili ore apparens. » Et in expositione psalmi quadragesimi quarti : « Quemadmodum itaque creans Verbum firmavit cœlum, ita et Spiritus Dei, qui ex Patre procedit, hoc est B ex ore illius. » Qui enim nunc ex divino ore apparere, nunc ex illius ore procedere Spiritum asserit, nullam similium dictionum differentiam vel imaginari quemquam permittit. Tu porro omnibus jam dictis ad demonstrandum utere, nullo errore sese implicasse eos, qui ex Patre, et ex Filio, promanere, profundi, et exsilire, nec non apparere, profitentur, quod cum Romana Ecclesia, quæ dictionem processionis, ob angustiam forte linguæ, præ aliis dictionibus usurpat, unionem amplexati sunt.

η'. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τρίτην προέθου ἐρώτησιν, εἰ μὴ πλημμελῶς, βλασφήμως δὲ μᾶλλον, ἀμέσως οὗτοι καὶ προσεχῶς εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς C διενίσανται, ἔχεις ἀπὸ πασῶν αὐτοὺς ἐπιστομίσαι τῶν ῥήσεων, ὅσαι τὴν δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς τοῦ παναγίου Πνεύματος τεθεολογήκασιν ὕπαρξιν. Εἰ γὰρ ἀμέσως, οὐχὶ δι' Υἱοῦ, καὶ εἰ δι' Υἱοῦ πάντως, οὐκ ἀμέσως· ἐπεὶ ταῦτα συνυπάρχειν ἀλλήλοις ἀδύνατον. Ἀλλ' ἀμέσως μὲν οὐκ ἂν εὑρῇ τις τὸ Πνεῦμα ὑπάρχον, ἢ ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς, κἂν μυρία κάμῃ πᾶσαν θεόπνευστον ἀνιχνεύων Γραφὴν, δι' Υἱοῦ δὲ καὶ ἐν πολλοῖς καὶ πολλάκις. Αὐτίκα γὰρ ὁ θεῖος καὶ μέγας ἀληθῶς Ἀθανάσιος, ἐν τῷ λόγῳ, ὃς ἐπιγέγραπται, « Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον, καὶ Εὐσέβιον, » οὗ ἡ ἀρχὴ, « Ἄνθρωπος καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονε, » φησίν· « Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ Πνεῦμα δοξάζεσθαι, D μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσιν. » Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, Διατί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ· « Τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι, » φησὶ, « τρανῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων, « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, » καὶ τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ, καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπὼν, καθάπερ καὶ Θεοῦ Πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου. » Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον λόγῳ, « Τὸ ἀπαράλλακτον, » φησὶ, « τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν τῷ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ

8. Cum vero et tertia tua interrogatione proponas, an aberrent, vel blasphement potius, qui immediate et continenter Spiritum esse ex Patre autumant ; eorum omnium ora frenabis dictis omnibus, quæ, per Filium ex Patre, sanctissimi Spiritus exsistentiam stabiliunt. Etenim, si immediate, non utique per Filium ; et, si per Filium, prorsus non immediate ; cum hæc una simul esse nequeant, sed immediate Spiritum exsistere, aut ex Patre Spiritum procedere, licet delassetur divinas Scripturas investigando, nunquam quispiam repererit ; per Filium vero in multis et sæpissime. Primus, divinus ac vere magnus Athanasius, oratione, cui titulus, « Refutatio simulationis eorum, qui Meletium atque Eusebium sequuntur, » et principium est, « Homo ad imaginem Dei factus est, » scribit : « Haud fieri poterat, in Triadis gloria Spiritum glorificari, ni procederet ex Deo per Filium, sed factus fuisset ex Deo, ut tradunt. » Magnus Basilius, in capite cujus inscriptio est, « Quare non et Filius Filii Spiritus : « Scilicet Spiritum ex Deo esse, aperte enuntiavit Apostolus, dicens : Spiritum, qui ex Deo est, accepimus ; et per Filium apparere, clare significavit, cum illum Spiritum Filii nuncupavit, uti Dei, et mentem Christi compellans, et Dei Spiritum, uti et hominis. » Gregorius Nyssenus, oratione ad Ablabium : « Immutabilitatem naturæ confitentes, non imus inficias secundum causam et causatum differentiam in qua sola dicerni aliud ab alio deprehendimus ; cum hoc quidem causam credamus esse, illud ex causa, et illius etiam quod ex causa est, rursus aliud discrimen observemus : hoc

etenim est immediate ex primo, hoc vero per id quod contiguum atque immediatum est, ex primo. » S. Cyrillus secundo ad Hermiam libro, inquit: « Sanctum vero Spiritum dices, qui ex Deo Patre per Filium effunditur naturaliter, veluti, ut exemplo explicem respirationis ex ore humano, propriam nobis exsistentiam indicans. » Sanctus Maximus (7) eum dicit, « ex Patre essentialiter per Filium, qui genitus est, modo, qui verbis exprimi non potest, procedere. » Divinus Tarassius, sua ad Antiochenos atque Alexandrinos epistola: « Et in Spiritum sanctum, » ait, « qui ex Patre per Filium procedit; eumdemque Deum esse agnoscimus. » Damascenus, Theologicorum capite tertio decimo dicit de Patre: « Ipse itaque mens est, Verbi abyssus, Verbi genitor, et per Verbum his manifestantis Spiritus productor. » Et post multa ibidem: « Spiritus sanctus, abscondita Divinitatis manifestans, facultas Patris ex Patre est per Filium procedens. » Et hæc sunt scriptis mandata testimonia, quibus ex Patre per Filium Spiritus exsistentia satis manifeste patet, et abunde ora coercentur eorum, qui asseverare non verentur, Spiritum ex Patre esse immediate et continenter.

A αἰτίου καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχοῦς ἐκ τοῦ πρώτου. » Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν φησὶν, « Ἅγιον δὲ Πνεῦμα προσερεῖς τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τῶν στομάτων ἀναπνοῆς, τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαίνον ὕπαρξιν. » Ὁ ἅγιος Μάξιμος, « ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς » αὐτὸ « δι' Υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως » λέγει « ἐκπορευόμενον. » Ὁ θεῖος Ταράσιος ἐν τῇ πρὸς Ἀντιοχεῖς καὶ Ἀλεξανδρεῖς Ἐπιστολῇ αὐτοῦ, « Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα, » φησὶ, « τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν εἶναι γνωριζόμενον. » Ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν Θεολογικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων φησὶ περὶ τοῦ Πατρός· B « Αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς, Λόγου ἄβυσσος, Λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος » καὶ μετὰ πολλὰ ἐν τῷ αὐτῷ· « Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ Πατρὸς, ἐκ Πατρός ἐστι δι' Υἱοῦ ἐκπορευομένη. » Αὗται δὴ αἱ δι' ὧν ἡ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὕπαρξις τοῦ Πνεύματος δεδήλωται γραφικαὶ ῥήσεις ἐπιστομίζειν ἱκανῶς ἔχουσι τοὺς ἀμέσως καὶ προσεχῶς ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα εἶναι λέγειν ἀποτολμῶντας.

9. Verumtamen et hic adversarii non eamdem sequuntur sententiam, sed dissimili studio longe diversa pronuntiant. Quidam enim illud, « cum Filio, » aut « simul cum Filio, » aut « una cum Filio, » quam supra diximus processionem per Filium immodica dicendi libertate, et, quidquid animo occurrerit, blaterandi securitatem accipiunt, alii, cum per Filium exsistentiam convellere pertinaciter non audeant, ad eam, « quæ ex utroque, » asseritur, opponuntur. Primos paucis hisce dictis refelles, tum divi Damasceni (8) affirmantis, « Per Verbum productor est Spiritus Pater; » quid enim differt, productorem Spiritus per Verbum, et causam per Filium, Patrem dicere? tum Nysseni, quod ille primo adversus Eunomium antirrhetico scribit, in quo secundum rationem causæ Spiritus hypostaseos Filium dicit præintelligi. Etenim si quis dictum alio modo, quam quod causam ex Patre per Filium Spiritus habet, exceperit, nunquam ad piam catholicamque sententiam illud direxerit. Et, si causatus per Filium ex Patre Spiritus est, quanam ratione admitti queunt, quæ ab ipsis de præpositione *per* inconsiderate atque inconsulto proferuntur?

θ'. Ἐπεὶ δὲ κάνταῦθα εἰς διαφόρους οἱ δι' ἐναντίας διαιροῦνται τὰς δόξας, καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εἰς τὸ « μετὰ τοῦ Υἱοῦ. » ἢ « ἅμα τῷ Υἱῷ, » ἢ « σὺν C τῷ Υἱῷ, » κατὰ πολλὴν ἄδειαν τοῦ λέγειν ἃ βούλονται, τὴν δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἐκλαμβάνοντα, οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν δι' Υἱοῦ ὕπαρξιν ἀντιλέγειν αὐθαδῶς οὐκ ἀποτολμῶσι, πρὸς δὲ τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἀντιλέγουσιν· τοὺς μὲν πρώτους δι' ὀλίγων τούτων ἐπιστομίζειν ἔχεις τῶν χρήσεων, τῆς τε τοῦ θείου, Δαμασκηνοῦ τῆς, « Ὅτι διὰ τοῦ Λόγου προβολεύς ἐστι τοῦ Πνεύματος ὁ Πατήρ· » τί γὰρ διαφέρει προβολέα τοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Λόγου, ἢ αἴτιον δι' Υἱοῦ τὸν Πατέρα εἰπεῖν; Καὶ τῆς τοῦ Νύσσης, ἣν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Θεολογεῖ ἀντιῤῥητικῶν, ἐν ᾗ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν φησι προεπινοεῖσθαι. Εἰ μὴ γὰρ διὰ τὸ τὴν αἰτίαν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔχειν τὸ ἅγιον τὸ ῥητὸν τοῦτο D ἐκλήψεταί τις, ἄλλως οὐχ ἕξει εἰς εὐσεβῆ τὴν ἔννοιαν ἀπευθῦναι αὐτό. Εἰ δὲ αἰτιατὸν διὰ Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμά ἐστι, ποίαν ἕξουσι χώραν τὰ περὶ τῆς, *διὰ*, παρ' αὐτῶν παραλόγως λεγόμενα;

10. Illis porro, qui dictum, « per Filium ex Patre, » certant non cohærere cum dicto, « Ex utroque, » ante alios magnus Basilius, regio, quod aiunt, cubitu resistet uno ex capitibus ad Amphilochium (9), cujus principium est, « Eorum porro

ι'. Τοὺς δὲ τὸ δι' Υἱοῦ λεγόμενον ἐκ Πατρὸς ἀσυμβίβαστον εἶναι πρὸς τὸ ἐξ ἀμφοῖν λέγοντας προηγουμένως μὲν βασιλικῷ τῷ πήχει ὁ μέγας Βασίλειος ἀντιπαλαμήσεται ἐν ἑνὶ τῶν πρὸς τὸν μακάριον Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Τὰ μὲν δὴ

(7) Reperies id in expositione verborum. « Quid apud Zachariam significet aureum candelabrum, et super eo lucernæ et luminaria. »

(8) Est hoc in tertio decimo capite theologico.

(9) In quinto capite.

ἐκείνων τοιαῦτα· ἡμεῖς δὲ δείξομεν ὃ προεθέμεθα, » οὕτω λέγων σαφῶς· — « Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς θεολογίας αἱ χρήσεις τῶν φωνῶν ἐπαλλάττονται, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται· ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ, οἷον, « Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, » φησὶν ὁ Ἀδὰμ, ἴσον λέγων, τὸ, ἐκ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἑτέρωθι· « Ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος Κυρίου· » καὶ πάλιν, « Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν; » ὁ Ἰωσὴφ τοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος. Σαφῶς γὰρ καὶ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ, Ἐκ Θεοῦ, εἰπεῖν, Διὰ τοῦ Θεοῦ εἴρηκε. Καὶ ἀνάπαλιν, τῇ « ἐξ οὗ » προθέσει ἀντὶ τῆς « δι' οὗ » κέχρηται· ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, « Γενόμενος ἐκ γυναικός. » Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἑτέρωθι σαφῶς διεστείλατο, τῇ γυναικὶ μὲν προσήκειν λέγων τὸ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι, ἀνδρὶ δὲ τὸ διὰ γυναικὸς, ἐν οἷς φησιν ὅτι « Ὡς πρώτη ἡ γυνὴ ἐξ ἀνδρὸς, οὕτως ἀνὴρ διὰ γυναικός. » Ἀλλ' ὅμως ἐνταῦθα ὁμοῦ μὲν τὸ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως ἐνδεικνύμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ σφάλμα τινῶν ἐν παραδρομῇ διορθούμενος, τῶν οἰομένων πνευματικὸν εἶναι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος ἡ θεοφόρος σὰρξ συνεπάγη, τὴν ἐμφαντικωτέραν φωνὴν προεῖλησε. Τὸ μὲν γὰρ διὰ τῆς γυναικὸς παροδικὴν ἔμελλε τὴν ἔννοιαν τῆς γεννήσεως ὑπεμφαίνειν· τὸ δὲ ἐκ τῆς γυναικὸς ἱκανῶς παραδηλοῦν τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τοῦ τικτομένου πρὸς τὴν γεννήσασαν, οὐχ ἑαυτῷ που μαχόμενος, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι ῥᾳδίως ἀλλήλαις ἀντεπιχωριάζουσιν αἱ φωναί. » — Ἐφεξῆς δὲ καὶ ὁ μέγας αὐτοὺς κατηγωνίσεται Κύριλλος· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Παλλάδιον, οὕτω καθαρῶς λέγων· « Τρεπτὸν δὲ οὔ τοί που τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον Πνεῦμα· » ἐν δὲ τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, οὕτω διασαφῶν, « Εἰ δὲ νομίζουσι δύνασθαι τὸ δι' Υἱοῦ, λεγόμενον ἐφ' Υἱοῦ, καταφέρειν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν τῆς πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητός τε καὶ φυσικῆς ὁμοιότητος, ὡς ὑπουργὸν εἶναι μᾶλλον ἢ δημιουργόν· διασκεπτέσθωσαν οἱ παράφρονες, καὶ εἰς μέσον ἡμῶν ἡκόντων ἀπολογησόμενοι, τί ποτε ἄρα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ἐννοήσομεν, τίνα δὲ εἶναι καὶ αὐτὸν ὑπολήψόμεθα, ὅταν φαίνηται δεχόμενος τὸ δι' οὗ Πατέρα τῇ θείᾳ Γραφῇ; « Πιστὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· » καὶ, « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, » καὶ πάλιν πρός τινας ὁ Παῦλος ἐπιστέλλει· « Ὥστε οὐκ ἔτι δοῦλος, ἀλλὰ Υἱός· εἰ δὲ Υἱὸς καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ. » Ταῦτα δὴ σύμπαντα τὴν ἀναφορὰν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἔχει πρόσωπον. Καὶ οὐ δήπου πρὸς τοῦτο μανίας ἐλάσειέ τις, εἰ μὴ τύχοι τοῖς προειρημένοις τὰ ἴσα φρονῶν, ὡς τὸ τῆς ὑπουργίας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα καὶ αὐτῆς

A dicta hæc sunt, nos vero quod proposuimus, » hisce verbis aperte intonans : — « Neque enim solum, cum de Deo sit sermo, harum vocum usus variat, verum etiam ea, quæ ab his significantur, sæpenumero invertuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti : « Possedi hominem per Deum [8], » inquit Adam, idem dicens, quasi dixisset, ex Deo. Et alibi : « Quæ præcepit Moyses Israeli per mandatum Domini [9]. » Et rursus : « Nonne per Deum horum manifestatio est [7]? » ita Joseph, loquens de insomniis apud eos qui erant in carcere : palam est et hunc pro eo, quod erat, Ex Deo, dixisse, Per Deum, et contra, hæc particula, Ex quo, usurpatur pro, Per quem, velut cum ait Paulus, « Factus ex muliere [6], » pro eo, quod erat, per mulierem. Nam is nobis alibi perspicue distinxit, cum ait, feminæ convenire ex viro natam esse, viro autem per feminam, in his, quæ sic scribit : « Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem [5]. » Quanquam hic Apostolus, simul ostendens diversum harum vocum usum, simul obiter corrigens quorumdam errorem, existimantium Domini corpus esse spirituale, ut ostenderet carnem, Dei gestatricem, ex humana massa concretam fuisse, maluit uti verbo significantiore. Nam hæ dictiones, Per mulierem, transitorium generationis intellectum erant significaturæ : at hæ, ex muliere, sufficienter declarant communionem naturæ genitæ cum ea quæ genuit : non quod secum pugnet Apostolus, sed ut ostendat, has voces facile sibi vicissim cedere. » — Postmodum et magnus eos Cyrillus devincet, tum in primo ad Palladium apertissime scribens : « Mutabilis vero nullo modo Spiritus est; quod si mutationi obnoxius est, ad ipsam divinam naturam vituperatio recurret, si est Dei et Patris, præterea et Filii essentialiter ex ambobus, ex Patre scilicet per Filium effusus Spiritus : » tum expositione in Joannem, hunc in modum explanans : « Quod si existimant, illud, quod dicitur de illo, per Filium, posse illius substantiam ab æqualitate et naturali similitudine, quam cum Patre habet, dejicere, quasi Filius administer sit potius quam creator; considerent mente capti isti, et in medium nostri prodeant, responsuri, quid tandem et de ipso Patre deprehendemus, et quem eum esse excogitabimus, cum in sese recipiat illud, per eum, in divinis Litteris : « Fidelis enim, ait, Deus, per quem vocati estis in consortium Filii ejus; » et : « Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, » et rursus ad quosdam Paulus scribit : « Itaque jam non est servus, sed Filius : quod si Filius, et hæres per Deum [10]. » Hæc enim omnia ad personam Patris referuntur. Et plane haud sanum sinciput illius fuerit, qui prædictis æquum assensum non præbeat, ministerii nomen et rem, ipsi Patris gloriæ consentanee attribuens; quando quidem de eo, Per eum, dictio prædicatur. Namque

[8] Gen. IV, 1. [9] Levit. XXIV, 23. [7] Baruch. IV, 4. [6] Gal. I, 4. [5] I Cor. XI, 12. [10] Gal. IV, 7.

plerumque divina Scriptura indifferenter dictiones usurpat, rem subjectam non lædens, et in rebus exponendis, nominibus abutitur, quibus probe se eas indicare putet. » Dictis similibus, qui « ex Patre per Filium » exsistentiam, cum ea, quæ est « ex utroque » non cohærere contendunt, refelluntur. Et hoc concesso fatendum est, quæcunque Spiritus ex Filio habet, quod ea per Filium habeat, ea ex Filio habere, probe dici. Spiritus enim ex Filio emanans, non tanquam ex proprio, ac diverso a Patre fonte emanat, sed, quod ex Patre per Filium emanat, ideo ex Filio emanare; et, quod per Filium effunditur, ex Filio dicitur effundi. Nec tantummodo in dictionibus illis omnibus, quæ significant naturalem atque essentialem illius per Filium ex Patre exsistentiam, dicitur esse et ex Filio, quod per Filium est, sed etiam ex Filio exhiberi, et mitti, quod ex Patre per Filium mitti et exhiberi dicitur.

A κατηγορεῖσθαι τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης εὐλόγως εἰπεῖν· ἐπείπερ ἠνέχθη καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὸ δι' οὗ. Ἀδιαφορεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε περὶ τὰς λέξεις ἡ θεία Γραφὴ, μηδὲν ἀδικοῦσα τὸ ὑποκείμενον, καταχρηστικώτερον δέ πως ἐπιφέρουσα τοῖς σημαινομένοις τά τε ῥήματα καὶ τὰ δι' ὧν ἂν οἴηται καταδηλοῦσθαι καλῶς. Ἐν ταύταις δὴ ταῖς ῥήσεσι, καὶ οἱ τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὕπαρξιν ἀσυμβίβαστον πρὸς τὴν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι διενιστάμενοι καταγωνισθήσονται. Τούτου δὲ δοθέντος, ὁμολογηθήσεται καὶ πάνθ' ὅσα τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ ἔχει, διὰ τὸ δι' Υἱοῦ ἔχειν αὐτὰ, λέγεσθαι ταῦτα ἔχειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀναβλύζον, οὐχ ὡς ἐξ ἰδίας παρὰ τὸν Πατέρα πηγῆς ἀναβλύζον ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι ἐκ Πατρὸς ἀναβλύζει, δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ λέγεται ἀναβλύζειν, B καὶ δι' Υἱοῦ προχεόμενον, λέγεται προχεῖσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ δι' Υἱοῦ προερχόμενον, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ προέρχεσθαι λέγεται. Καὶ οὐ μόνον ἐπὶ ταῖς λέξεσι ταύταις ταῖς δηλούσαις φυσικῶς καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν αὐτὸ δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς πάντα λέγεται εἶναι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὅσα ἐστὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐξ Υἱοῦ χορηγούμενον καὶ πεμπόμενον, διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πέμπεσθαι, καὶ χορηγεῖσθαι λέγεται ταῦτα.

11. Præterea, qui ex Patre Spiritum immediate esse enuntiant, his iisdem scripto mandatis testimoniis rejicientur. Thaumaturgo siquidem Gregorio decernente, « Domini Patrem esse principium ab æterno eum generantem, et Dominum Spiritus prototypum (10); » quomodo intelligetur ergo, Spiritus Dominum prototypum, si Spiritus immediate, quemadmodum Filius, ex Patre est? sive, C quomodo intelligetur, Filium imaginem esse Patris, et Spiritum imaginem Filii? sive, quomodo intelligetur, Patrem Filio præintelligi tanquam causam, et Filium secundum eamdem causæ rationem hypostasi Spiritus? sive, quomodo intelligetur, Patrem majorem esse Filio, et Filium Spiritu sancto? sive, quomodo intelligetur, Spiritum per Filium conjungi Patri? Et quæ præterea sanctus Athanasius ad Serapionem epistola de Spiritu sancto, dictavit; probans, « eamdem unionem habere Spiritum erga Filium, quam ipse habet ad Patrem, quod Filius a Patre, Spiritus vero a Filio mittatur; et Pater quidem a Filio, Filius vero a Spiritu glorificetur. » Quibus satis aperte decernit, eumdem ordinem et naturam habere Spiritum erga Filium, quam Filius habet erga Patrem. Hæc magnas tibi D atque ingentes suppetias ferent ad eos refellendos, qui immediate ex Patre Spiritum esse, ex ventre eructant, nec intelligendis Scripturis studium collocant. Quare, tu, per Filium exsistere Spiritum sanctum, multa cum confidentia et pura in Deum spe, et ex Filio, fateri ne reformides. Nos porro ad tres tuas interrogationes divinis Scripturis, ut jam vidisti, constabilitis responsionibus adductis, si

ια'. Ἔτι δὲ οἱ ἀμέσως ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα λέγοντες εἶναι, κἀκ τῶν γραφικῶν τούτων ἀπελεγχθήσονται ῥήσεων. Τοῦ γὰρ Θαυματουργοῦ Πατρὸς Γρηγορίου ἀριδήλως θεολογοῦντος ὅτι « Τοῦ Κυρίου ὁ Πατὴρ ἀρχὴ, ἀΐδίως αὐτὸν γεννήσας, καὶ πρωτότυπος τοῦ Πνεύματος ὁ Κύριος, » πῶς νοηθήσεται τὸ πρὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Κυρίου πρωτότυπον, εἰ καὶ τὸ Πνεῦμα ἀμέσως ὡς ὁ Υἱὸς ἐκ Πατρός; ἢ πῶς νοηθήσεται ὁ μὲν Υἱὸς εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ; ἢ πῶς νοηθήσεται ὁ μὲν Πατὴρ προεπινοούμενος τοῦ Υἱοῦ τῷ αἰτίῳ, ὁ δὲ Υἱὸς κ[illegible]τὸν τῆς αἰτίας λόγον προεπινοούμενος τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως; ἢ πῶς νοηθήσεται ὁ μὲν Πατὴρ μείζων τοῦ Υἱοῦ, ὁ δὲ Υἱὸς μείζων τοῦ Πνεύματος; ἢ πῶς νοηθήσεται τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ συναπτόμενον τῷ Πατρί; Ἀλλὰ καὶ ἅπερ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγει ἐπιστολῇ, κατασκευάζων « τὴν αὐτὴν ἔχειν ἑνότητα τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, ἀπὸ τοῦ τὸν μὲν Υἱὸν παρὰ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἀποστέλλεσθαι· καὶ τὸν μὲν Πατέρα παρὰ τοῦ Υἱοῦ, τὸν δὲ Υἱὸν παρὰ τοῦ Πνεύματος δοξάζεσθαι. » Ἐν οἷς καὶ πάνυ καθαρῶς λέγει, τοιαύτην τάξιν, καὶ φύσιν ἔχειν τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν, οἵαν ὁ Υἱὸς ἔχειν πρὸς τὸν Πατέρα, μεγάλην, καὶ οὔτι μικρὰν παρέξει σοι τὴν συγχρότησιν πρὸς τὸν ἔλεγχον τῶν ἀμέσως ἐκ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα ἀπὸ κοιλίας ἐρευγομένων, καὶ τὰς Γραφὰς μὴ διερευνώντων. Τοίνυν καὶ σὺ μὲν τὸ δι' Υἱοῦ ὑπάρχον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἅγιον Πνεῦμα μετὰ πολλοῦ τοῦ θάρρους καὶ καθαρᾷ τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδος, καὶ ἐξ Υἱοῦ λέγειν

(10) Prototypum Spiritus Dominum Thaumaturgus Gregorius nuncupavit, Oratione, cujus illud est principium : *Inimicissimi et alieni ab apostolica confessione sunt. Imaginem* vero *Filii Spiritum*, inter alios et divus Cyrillus, in libro Thesaurorum; et, *Filium secundum causæ rationem Spiritu præintelligi*, Gregorius Nyssenus in primo adversus Eunomium Antirrhetico : et *majorem Spiritu*, magnus Athanasius adversus Arianos oratione prima; et, *Spiritum per Filium adjungi Patri*, Damascenus in Theologicis, cap. 14.

μὴ ὑποστέλλου. Ἡμεῖς δὲ τὰς ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἐρωτήσεσιν ἀποκρίσεις ἀπὸ τῶν θείων, ὡς ἤδη ἔγνως, Γραφῶν συγκεκροτημένας προενεγκόντες, εἴ τί σοι ἕτερον, μετὰ τὸ εἰς τὴν λαχοῦσάν σε ἀπελθεῖν, λόγου καὶ ἐρωτήσεως ἄξιον, καὶ τούτου τὴν λύσιν δι' ἑτέρου λόγου ποιήσασθαί σοι ἐπαγγελλόμεθα.

A quid aliud, postquam in urbem tibi sorte concessam accesseris, ab iis, qui sese opponunt, propositum fuerit, consideratione et interrogatione dignum, illius quoque solutionem sermone alio tibi nos exhibituros spondemus.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΤΩΝ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΣΟΥΓΔΑΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΟΝ

ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

—

EJUSDEM

AD

SUGDÆÆ EPISCOPUM THEODORUM

LIBER SECUNDUS.

—

α'. Σύ μέν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, τὰς διαφόρους τῶν ἀντιδιατιθεμένων σοι ἀντιῤῥήσεις, καὶ ἃ, πῆ μὲν ἐπὶ διαβολαῖς τῶν Γραφῶν, πῆ δὲ ἐπὶ ἀλλοκότοις οὗτοι παρεξηγήσεσι λέγουσι, δι' ἐγγράφου ἡμῖν ἐγνώρισας ὑπομνήσεως· ἡμεῖς δέ σοι ἀφοσιούμενοι τὸ ἐπάγγελμα, τὰς ὧν αὐτοί φασι πάντων ἀνασκευὰς, διὰ γραφικῶν συγκεκροτημένας παρέχομεν τῶν μαρτυριῶν, ὡς ἂν σοι ἐντεῦθεν καὶ γένοιτο τὰ παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων ἀναισχύντως πλέον ἢ ἀνοήτως λεγόμενα εὐσθενῶς ἀπελέγχειν. Καὶ ἄκουε δή.

B 1. Tu quidem, frater dilectissime, varias ab adversariis nostris objectiones, tum Scripturas calumniantibus, tum absurdis et temere excogitatis interpretationibus rem interturbantibus, tibi propositas, datis litteris ad nostri memoriam annotasti. Nos vero quo obstricti sumus, promissum solventes, quæ ipsi in medium afferunt, omnium refutationes scripto traditis testimoniis firmatas exhibemus, ut tibi promptum sit, dicta inverecunde magis, quam insulse proposita, robuste valideque refellere. Et attento sis animo.

β'. Αὐτίκα πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ κεφάλαιον τῆς ἀναφορᾶς πρῶτόν σοι γέγονεν, ἣν οὗτοι ποιοῦνται διαβολὴν, ἐφ' οἷς ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος ἐν τῷ τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤῥητικῶν τρίτῳ θεολογεῖ, ἡ τειαύτη θεολογία τοῦ λόγου. ὡς ἐπὶ λέξεών ἐστιν ἔχουσα, προανατετάχθω μοι, ὡς ἂν τῶν εἰς ἀνασκευὴν τῆς διαβολῆς ἐχομένως ῥηθέντων μοι τὰ ἐφεξῆς τὴν οἰκίαν ἕξει κατὰ τάξιν τὴν ἀπολογίαν. Ἔχει δὲ ἡ θεολογία ἐπὶ λέξεων οὕτω· « Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξ ὡματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν

C 2. Ante omnia, cum caput tuæ ad nos relationis primum fuerit, eorumdem criminatio de iis, quæ magnus in rebus divinis apprehendendis exponendisque Basilius tertio adversus Eunomium Antirrhetico tradit, ille de rebus theologicis discursus universus, uti sese habet, ejusdem verbis ante alia digerendus est, ut, quæ apta sunt ad retundendam criminationem, postea propositis, reliqua suo ordine propriam responsionem consequantur. Discursus autem, illius verbis, non aliis, digeretur : « Quæ enim necessitas est, si dignitate et ordine tertius est Spiritus, tertium et illum esse natura ? Namque dignitate posteriorem esse Filio, tanquam qui ab eo, quod sit, habet, et ab eo accipit, et nobis communicat, et prorsus illi causæ adhæret, nobis pietatis sermo tradit : natura vero tertia uti, neque a divinis Scripturis edocti sumus,

neque, ex jam dictis consequenter colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo est, et dignitate, quoniam origo, atque causa quod ille sit, Pater est, et quod per ipsum accessus, et adductio ad Deum Patrem ; natura vero nullo modo secundus, quod in utroque una Deitas est : ita videlicet et Spiritus sanctus, et si dignitate et ordine secundus a Filio est, non tamen verisimiliter, alienæ esse naturæ, inde consequi dixerimus. » Et hoc magni Basilii de Spiritu sancto theologicum dictum, ut primo relationis tuæ capite continetur, inter te et sese tibi opponentes certamen exsuscitat, dum tu contendis libros, qui dictum jam propositum integrum, nec aliqua sui parte imminutum, ut supra digestum est, continent, firmitatem sibi vindicare, nec ulli calumniæ subjici : illi vero ex adverso alia atque alia, etiam longe alibnde petita, contentiose producant, libros, qui similia continent, falsidicis fallaciis prorsus onustos esse, in iis nempe quæ asserunt, « Tanquam qui ab eo, quod sit, habet, et ab eo accipit, et nobis annuntiat, et prorsus illi causæ adhæret ; » qui vero similia non habent, et ex quibus talia abjudicantur, verissimos ac sincerissimos esse : et, duas sic in partes libris divisis, unam prorsus adulteratam esse, vel cæcus viderit.

A συλλογίσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ, καὶ αἰτία τῷ εἶναι αὐτοῦ Πατέρα, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα · φύσει δὲ οὐκ ἔτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία · οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποδέδηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἔτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἴπομεν. » Αὕτη τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου θεολογικῶν περὶ Πνεύματος οὖσα περικοπή. ὡς τὸ πρῶτον ἐδήλου σοι τῆς ἀναφορᾶς, μέγαν μεταξύ σου καὶ τῶν ἀντιδιατιθεμένων ἵστησι τὸν ἀγῶνα · σοῦ μὲν διενισταμένου ἢ μὴν τὰς ἐντελῶς ὡς ἐνταῦθα καὶ ἀναγέγραπται, ταύτην ἐχούσας βίβλους τὸ βέβαιον αὐχεῖν, καὶ ἀπαρεγχείρητον, τῶν δέ γε δι' ἐναντίας πολλὰ διισχυριζομένων ἑτέρωθεν τὰς μὲν οὕτως ἐχούσας ἀκριβῶς νενοθεῦσθαι, ἐφ' οἷς αὖται τὸ, « παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον » διαλαμβάνουσι · τὰς δὲ μὴ οὕτως ἐχούσας, ὧν ταῦτα δηλαδὴ διαγέγραπται, καὶ μάλα τὸ ἀληθὲς ἔχειν καὶ ἀκραιφνές · καὶ ὅτι μὲν, εἰς δύο οὕτω μέρη γινομένων τῶν βίβλων, ἓν ὁποιονοῦν τι νενόθευται, δηλονοτὶ καὶ τυφλῷ.

3. Cum vero et accuratæ considerationis, et sermonis qui fidem faciat ad inveniendam veritatem, opus sit, nos sermonem hunc, qui sit, duobus hisce modis, et, ut ego reor, quibus nemo contradixerit, altero secundum judicium, quod a rationibus petitur, altero secundum demonstrationem, qui ex Scripturis colligitur, expediemus. Et nunc in tui gratiam de iisdem agimus, eosdemque ad confutationem adversariorum promimus ; præeatque qui a ratiocinationibus est. Qui contraria asserunt, illud, « quod ab ipso, quod sit, habet, » et reliquas alias voces, quæ Filium causam esse Spiritus, aperte insinuant, Basilii Magni nullo modo esse, affirmant. Hujus ratio si postuletur ab his, non illa omnibus in libris circumferri, in quibus hæc continens oratio exarata est, et hoc solummodo abunde satis esse existimant ad demonstrandum dictum simile, referentes libros, ut supra positum est, corruptos fuisse : contra ipse contendo, si nullo in volumine dictum hoc esset exaratum, esse quæ de eo afferri possent, omni objectione superiora. Verumtamen cum in nonnullis non habeatur, in nonnullis aliis inseratur ; considerandum est ab iis, qui neutram in partem propendent, et recta mente res dijudicant, quænam pars voluminum corrupta sit ; an ea in quibus integrum, ut supra posuimus, ascribitur, an vero altera in quibus nusquam apparet. Qui enim hac ratione rem perpendunt, plane mihi suadeo, summæ vesaniæ notam incurrere, si volumina dictum præferentia, conficta existiment. Namque si post dissidium cum Romana Ecclesia, volumina ista exscripta sunt, quomodo quispiam, dummodo sanus

γ'. Ἐπεὶ δὲ σκέμματος ἀκριβοῦς τῆς ἀληθείας πρὸς εὕρεσιν, καὶ λόγου πιστικοῦ χρεία, τὸν πιστικὸν τοῦτον λόγον ἡμεῖς δυσὶ τούτοις τρόποις, καὶ, ὡς ἐγῷμαι, ἀναντιρρήτοις, εὑρίσκομεν, ἑνὶ μὲν κατὰ κρίσιν εὑρισκομένῳ τὴν ἀπὸ λογισμῶν, ἑτέρῳ δὲ κατ' ἀπόδειξιν συναγομένῳ τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν, περὶ ὧν δή σοι καὶ λέγομεν, καὶ οὓς δή σοι πρὸς ἀποτροπὴν τῶν ἐναντίων παραδιδάμεν. Προηγείσθω δὲ ὁ ἀπὸ λογισμῶν. Τοῦ μεγάλου Βασιλείου, οἱ ἀντιδικοῦντές φασιν, ἐστὶ τὸ « Παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, » καὶ ὅσαι ἄλλαι τὸν Υἱὸν λέξεις αἴτιον προφανῶς δηλοῦσι τοῦ Πνεύματος. Καὶ τίς ἡ ἀπόδειξις ἐρωτώμενοι, Τὸ μὴ πάσαις, φασὶ, ταῖς βίβλοις ταύταις ἐμφέρεσθαι, αἷς ὁ τὴν ῥηθεῖσαν θεολογίαν περιέχων λόγος κεκαλλιγράφηται. Καὶ τοῦτο μόνον ἀρκοῦσαν εἶναι ἀπόδειξιν οἴονται τοῦ διεφθορότος τῶν τὴν ῥῆσιν ἐχουσῶν, ὡς καὶ ἀνατέτακται. Ἐγὼ δέ φημι ὡς, εἰ μὲν οὐδ' ὅλως ἐν οὐδεμιᾷ τῶν βίβλων ἡ ῥῆσις ἐνεφέρετο αὕτη, ἦσαν ἂν καὶ πάσης ἀντιρρήσεως ἀνώτερα τὰ περὶ αὐτῆς · ἐπεὶ δὲ τῶν μὲν διαγέγραπται, ταῖς δὲ τῶν βίβλων ἐμφέρεται, σκοπεῖν δεῖ τοὺς ἀῤῥεπεῖς τε καὶ εὐθυγνώμονας ὁποίου μέρους τῶν βίβλων νενόθευται, ἆρά γε τὸ παρ' αἷς ἡ ῥῆσις ἐντελῶς οὕτω κεῖται, ὡς καὶ εἴρηται, ἢ τὸ παρ' αἷς ἐστιν ἡ ἀφαίρεσις. Τοῖς γὰρ οὕτω γε διασκοπουμένοις διαγνωσθῆναι πέπεισμαι ἀκριβῶς πολλῆς τῆς ἠλιθιότητος γέμειν τὸ οἴεσθαι τὰς τὸ ἐντελὲς ἐχούσας βίβλους πεπλάσθαι. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας διάστασιν αἱ βίβλοι ἐγράφησαν αὗται, πῶς ἄν τις τοῦ καὶ φρενῶν κύριος δέξαιτο τοὺς ἐν καιρῷ τῆς μεταξὺ τῶν Ἐκκλησιῶν μάχης τοὺς παρ' ἡμῖν γράφοντας βίβλους ἢ παρεντίθεσθαί τι ταῖς βίβλοις ἡμῶν, τοῖς ἀντιδίκοις

τὴν καθ' ἡμῶν ἰσχὺν παρεχόμενον; Εἰ δὲ πρὸ τῆς διαστάσεως, τίνα ἂν ἔχοι λόγον τὰς βίβλους νοθεύεσθαι ἐπ' ἐκείνοις τοῖς λόγοις καὶ δόγμασι, περὶ ὧν οὐδὲν ζήτημα ἦν; δι' ὁποῖόν τι ἔστιν ὅτε καὶ παρεφέρονταί τινες πρὸς κακουργίαν τοιάνδε. Οὔτε γοῦν ὁ τῆς μάχης χρόνος οὔτε ὁ τῆς εἰρήνης συγχωρεῖ παραδέξασθαι τὰς τὴν ῥῆσιν ἐντελῶς ἐχούσας βίβλους εἰς προσθήκην νοθευθῆναι παρέγγραπτον. τὰς δὲ μὴ οὕτω καὶ μᾶλλα βεβαίως ὁ συνετὸς διαγνώσεται τὸ κατ' ἀφαίρεσιν καὶ διαγραφὴν νενοθευμένον ἔχειν, καὶ κίβδηλον. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τῆς διαστάσεως χρόνος εἰς ἑκατοντάδας ὅλας ἐτῶν παρετάθη, καὶ οὐκ ὀλίγοι ἀνεφάνησαν διὰ μέσου ἐνστατικῶς πάνυ πρὸς λογικὰς διαλέξεις κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀποδυσάμενοι τῶν μᾶλλα εἰκότων λογιεῖταί τις βίβλων, τινῶν διαγραφῆναι ῥῆσιν ἐκείνην, ἐξ ἧς οὐκ ἀγεννὴς ὁ ἔλεγχος ἀναφαίνεται τῶν τὴν διάστασιν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπισπευδόντων ὥσπερ καὶ ἐπισυγκροτούντων. Διὰ γοῦν ταῦτα ἐμοὶ τέως δοκεῖ τὸν ταῖς βίβλοις ἐπιγραφόμενον τὴν παραφθορὰν, αἷς ἐντελῶς ἡ ῥῆσις κεῖται, ὡς προανατέταχται, κοιναῖς ἀντικρυς ἐννοίαις μαχόμενον φαίνεσθαι, ὡς τὸν πειρώμενον τὸν ἥλιον διαβεβαιοῦσθαι σκότους εἶναι ποιητικὸν, τὰ ὑπὲρ γῆν διιπτεύοντα, καὶ πληροῦν πάλιν φωτὸς τὰ ἡμέτερα, ἐν τῷ τὸν δυτικὸν ὑποτρέχειν ὁρίζοντα. Καὶ λόγος μοι πρῶτος οὗτος, οὗπερ ἑνὸς ἔφημεν πρὸς ἀποτροπὴν τῶν ἐναντίων παραδοῦναί σοι τρόπου. Ὁ γὰρ λογισμῷ κρίνειν δυνάμενος δισταγμοῦ παντὸς δίχα πεποιθότως πάνυ τὰ εἰρημένα ἐπικρινεῖ.

A sit, et animus illius non sit a sapientia remotus, admittet, tempore, quo inter Ecclesias inimicitiæ exercentur, nostrorum librorum exscriptores omisisse aut apposuisse aliquid nostris voluminibus, quod robur adversariis nostris adversum nos conciliasset. Si ante dissidium, quæ causa fuerit libros adulterandi in sermonibus iis atque dogmatibus, de quibus nulla quæstio mota erat, propter quam aliquando ad similia maleficia nonnemo adigitur? Neque itaque pugnæ tempus neque paris permittit, ut admittamus volumina, dictum integrum continentia, additione inserta adulterata fuisse; at illa, quæ non continent, prudens quilibet et quam certissime spurium in se habere et ementitum, agnoscet. Etenim, cum dissidii tempus ad annorum centenas periodos, easque integras, B extensum fuisset, et interim non pauci contentiose admodum dialecticis disputationibus Romanos adorirentur, verosimillimum quispiam existimaverit, dictum illud aliquibus voluminibus ademptum fuisse, quo valida satis refutatio eorum enascitur, qui Ecclesiarum dissidium studiose procurant, et constabilire conantur. Quapropter reor, qui voluminibus dictum referentibus, corruptionem ascribit, in quibus integra sententia legitur, ut supra annotavimus, palam aperteque communibus notionibus adversari, quemadmodum qui solem tenebrarum esse auctorem, confirmare nititur, cum super terrena, equitat, et nostra hæc omnia lumine complere, cum occiduum finientem subit. Et hæc prima ratio fuerit ad adversarios refellendos, unius ex illis modis; quos tibi tradendos esse diximus. Etenim, qui ratione dijudicare poterit absque ulla hæsitatione asseveranter nimis dicta hæc nostra decernet.

δ'. Λοιπὸν δὲ ἡμῖν ἀπάρτι ἐστὶ καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν γραφῶν συναγομένου ἀπόδειξιν δευτέρου τρόπου ἐπιμνησθῆναι. Ὁ γὰρ μέγας Βασίλειος ὀξιώματι δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα δεξάμενος, καὶ παράδοσιν εὐσεβείας τὸ τοιοῦτον δευτερεῖον εἰπὼν οὐχ ὑποστειλάμενος, κατασκευῆς ἐδεήθη, δι' ἧς ἂν ἀληθὴς ὁ λόγος ἀναφανείη, ὁ παράδοσιν εὐσεβείας ἀποκαλῶν τὸ πρὸς τὸν Υἱὸν δευτερεῖον τοῦ Πνεύματος. Καὶ ἐπεὶ οὔτε κατὰ χρόνον ἤδει τὸ Πνεῦμα δευτερεῦον Υἱοῦ τῷ ἀξιώματι, οὔτε καθ' ὑποβιβασμόν τινα δόξης, ἰσοκλεὴς γὰρ ἡ θεότης ἀμφοῖν, οὔτε κατά τινα λόγον ἄλλον, οἷς τὰ πρός τι τὸ δευτερεῖον ἔχοντα τῶν πρωτευόντων ὑφίενται, ἀλλ' ἕνα μόνον εὐσεβείας ἐγίνωσκεν ὅρον, καθ' ὃν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ δευτερεῦόν ἐστιν. Ὁ δὲ ὅρος, τὸ δι' αὐτοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τοῦτο, καὶ ἐξ αὐτοῦ, ἔφησεν οὕτω· « Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων δεδιδάγμεθα Γραφῶν οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. » Τὴν μὲν οὖν τοῦ λόγου ὁ ἅγιος ποιεῖται ἀπόδοσιν, λέγων· « Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· φύσει δὲ τρίτῃ

C 4. Nunc reliquum est, et demonstrationem, quæ ex Scripturis elicitur, et est secundus jam commemoratus a nobis modus, in medium afferre. Nam magnus Basilius, dignitate secundum a Filio Spiritum, cum excepisset, pietatis traditionem appellare non veritus, probatione indiguit, per quam vera sententia appareret, pietatis traditionem secundas has partes nuncupaverat. Et, cum sciret, Spiritum neque ratione temporis secundum dignitate esse a Filio, neque imminutione aliqua gloriæ, peræqua enim est in utroque divinitas, neque ulla alia ratione, qua respectu alterius secundas partes obtinentia primas obtinentibus] submittuntur, et unum tantummodo pietatis terminum, cognosceret, quo Spiritus a Filio secundus est, qui erat, quod D ex eo haberet, quod esset, propterea esse ex ipso, hunc in modum effatus est: « Dignitate enim secundum esse a Filio, tanquam qui ab eo, quod sit, habet ab eo accipit, et annuntiat nobis, et omnino illi causæ adhæret, pietatis tradit sermo: sed tertia uti natura, neque a sacris Scripturis edocti sumus, neque ex illis quæ diximus, consequi, possumus demonstrare. » Et his dictis sententiæ assignationem conclusit. « Dignitate enim a Filio secundum esse, tradit pietatis sermo: natura vero uti tertia, » dicendum omnino non est: probatio-

nem vero illius, Spiritum dignitate esse secundum a Filio, per illud, « quod ab eo habet, quod sit, et ab eo accipit, et nobis annuntiat; » tantum non dicens, propterea quod ex Filio est, ideo secundus a Filio est. Et si tibi in animo est, quicunque tandem fueris, qui refragaris, cognoscere, si a Filio non esset, neque secundus a Filio prorsus vocatus fuisset, deme dictum hoc, assigna nobis aliam rationem qua a Filio Spiritus secundus asseratur. Etenim præ hac una sola ratione, aut temporali intervallo, aut in sedendo inferiori subsellio, aut gloriæ indigentia, secundæ hæ partes Spiritus concipientur. Si itaque dictum asserens, « dignitate secundum esse a Filio Spiritum, » ex oratione illa universa erasissent, qui aliud palam aperteque enuntians, « ab eo, quod sit, habet, » obliteraverunt, forte tum eorum improbitas, ut illis collubitum erat, finem assecuta fuisset. Sed nunc veritatis spiritu eorum cogitationes subvertente, illud, « a Filio esse Spiritum, » abrogarunt; « sed secundum esse eum a Filio, » in omnibus libris descriptum reliquerunt. Indeque, qui sapientes apprehendit in callidilate eorum, diligenter similia examinantibus, fraudem comprehendere concedit. Et nulla alia ratione dicturum unquam Basilium Magnum, Spiritum secundum esse a Filio, argumentari licet ex his, quæ ipse dictis adnectit: infra enim hæc habet: « Etenim, quemadmodum Filius ordine et dignitate a Patre secundus est; ordine quidem, quod ex eo est; dignitate vero, quod principium et causa illius Pater est, et quod per ipsum accessus et adductio ad Deum Patrem; natura autem nullo modo secundus, quod Deitas in utroque una: pari ratione videlicet, et Spiritus sanctus, licet ordine, et dignitate inferior est, non tamen inde verisimiliter, alienæ esse naturæ, sequi dixerimus. » Consideret cui id collibitum fuerit, non alienum esse a pietatis ratione secundum esse dignitate a Filio Spiritum, quod ex proportione, quæ est Filii ad Patrem, dum Filius secundas a Patre partes possidet, comprobatur. Ait enim: Licet ordine, et dignitate Filio inferior sit, non ideo Filio ordine et dignitate inferior est, quasi alienæ naturæ compos: quando et Filius, licet a Patre secundus sit ordine et dignitate, non est propterea natura secundus: et exponens sanctus dictum, quo Filius a Patre secundus est: « Ordine quidem, inquit, secundus est a Patre, quod ex illo est, et dignitate, quod principium et causa, quod ille sit, Pater est; et quod per eum accessus et adductio ad Deum Patrem. »

5. Sed quis scit, inquiunt adversarii, an secundas partes Spiritus respectu Filii, proportione quidem, respondere sanctus opinetur secundis Filii partibus, respectu Patris? Quis scit? Qui theologica dicta diligenter percurrit, quibus similis proportio plane innotescit. Quæ licet pleraque sint, pauca nihilominus hic apponemus, contenti tantummodo dictis magni Athanasii, quæ magnus ille

A χρῆσθαι οὐκ ἔστι λέγειν αὐτό. » Τὴν δὲ κατασκευὴν τοῦ τὸ Πνεῦμα δευτερεύειν Υἱοῦ τῷ ἀξιώματι, ἀπὸ τοῦ « παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχειν, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ ἀναγγέλλειν ἡμῖν, » μονονουχὶ φάσκων ὡς διὰ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ δευτερεύειν αὐτοῦ. Καὶ εἰ βούλει, ὅστις ποτ' ἂν καὶ εἶης ὁ διεστάμενος, γνῶναι, ὡς, εἰ μὴ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἦν, οὐδὲ δευτερεῖον ἂν ὅλως ἐῤῥέθη αὐτοῦ· ἄφελε τὴν ῥῆσιν ταύτην καὶ δὸς ἡμῖν σὺ ἕτερον λόγον τινὰ, καθ' ὃν τοῦ Υἱοῦ δευτερεύει τὸ Πνεῦμα. Παρὰ γὰρ τὸν τοιοῦτον λόγον ἢ διαστήματι χρόνου, ἢ καθέδρας ὑφεδρίᾳ, ἢ δόξης ἐνδείᾳ, τὸ δευτερεῖον νοηθήσεται. Εἰ μὲν οὖν καὶ τὴν λέγουσαν ῥῆσιν « δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, » διέγραφον τοῦ παντὸς λόγου οἱ τὴν παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον διαγραψάμενοι, ἔσχον ἂν ἴσως τὸ τῆς πονηρίας αὐτῶν, ὅπερ ἐβούλοντο ἀποτέλεσμα· νῦν δ' ὅτε τὸ τῆς ἀληθείας Πνεῦμα τὴν αὐτῶν διάνοιαν ἔσφαλλε, τὸ μὲν « παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, » τοῦ λόγου διέγραψαν. « δευτερεύειν δὲ αὐτὸ τοῦ Υἱοῦ, » ἐν πάσαις ἀφῆκαν ταῖς βίβλοις ἀνάγραπτον. Κἀντεῦθεν ὁ τοὺς σοφοὺς δρασσόμενος ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν δίδωσι τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιμελῶς διασκοπουμένοις κατανοεῖν τὸ σκαιωρηθέν. Καὶ ἔτι δὲ, ὅτι κατ' οὐδένα ἕτερον λόγον εἰρήκει ἄν ποτε τὸ Πνεῦμα δεύτερον τοῦ Υἱοῦ ὁ μέγας Βασίλειος, λογίσασθαι ἔστι καὶ ἐξ ὧν οὗτος τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει· φησὶ γὰρ ὑποκαταβάς· « Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει καὶ ἀξιώματι δεύτερος τοῦ Πατρὸς, τάξει μὲν ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι Πατέρα αὐτοῦ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος, καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Πατέρα, φύσει δὲ οὐκ ἔτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποδέδηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἔτι ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἰποιμεν. » Σκοπείτω ὁ βουλόμενος τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου μὴ ἀποδεῖν τὸ δευτερεύειν ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα· ἐκ τῆς ἀναλογίας τοῦ πρὸς τὸν Πατέρα, δευτερείου τοῦ Υἱοῦ συνίστησι τοῦτο. Φησὶ γὰρ ὡς, Εἰ καὶ ὑποδέδηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκ ἔτι ἂν ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως, ὑποδέδηκεν αὐτὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι. Ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς δεύτερος ὢν τοῦ Πατρὸς τάξει τε καὶ ἀξιώματι, οὐκέτι καὶ φύσει ἐστὶ δεύτερος· καὶ ἐφερμηνεύων ὁ ἅγιος τὸν λόγον, καθ' ὃν ἐστι δεύτερος τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, « Τάξει μὲν, » φησὶ, « τοῦ Πατρός ἐστι δεύτερος, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ, καὶ αἰτία τῷ εἶναι Πατέρα αὐτοῦ καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. »

καὶ τῆς ὁμωνυμίας οἱ πλαστουργοί. Ἀλλὰ τί φημι πρὸς διάλεξιν; παρίτωσαν πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπιστομισμόν, πρὸς αἰσχύνην. Τί γὰρ καὶ ἀπολογήσονται. παρὰ πάντων ἁγίων, οἱ τρόπον ὑπάρξεως καὶ ὑποστατικὴν τοῦ Πνεύματος ἰδιότητα τεθεολογήκασι τὴν ἐκπόρευσιν βασιλικῷ τῷ πήχει ἀνατριπόμενοι; Ὅπου γε εἰ καὶ μὴ οὕτω εἶχεν ἡ λέξις τὴν σαφήνειαν πρόδηλον, ἀλλὰ ἐμφαντικόν τι ταύτῃ ἐνῆν, καί τινος παραμυθίας τῆς δι' ἐξηγήσεως δεόμενον, ἤρεσαν ἂν τούτοις πρὸς ἐπιστομισμὸν οἱ ἀπὸ Φωτίου καὶ μέχρις ἡμῶν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας διὰ γραφῶν οἰκείων ἀγωνισάμενοι, πάντες τὴν ἐξ Υἱοῦ ἐκπόρευσιν, τὴν ἐξ Υἱοῦ δύνασθαι ὕπαρξιν ἀποδεικνύειν φιλονεικοῦντες; παρὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐκτρεπόμενοι. Εἰ δὲ μή, μόνοι συναντελάβοντο ἂν ἐκείνοις τὴν πρὸς τὴν τούτων καταβολὴν ἀγῶνος καὶ οἱ πρὸς οὓς ἀπολογούμενός ἐστι Μάξιμος ὁ θεόληπτος, ὡς τὴν « ἐξ Υἱοῦ » μὴ προσιεμένους, ἅτε δηλωτικὴν αἰτίας ἐκπόρευσιν. Καὶ τί ταῦτα; τάχ' ἂν ἡμῖν εἴποι τις, ὅπουγε καὶ μόνοι τούτοις ἀρκοῦσι πρὸς ἔλεγχον οἱ νῦν ἐφ' ἑνὶ σκόπῳ σύνδρομοι τούτοις καὶ συναγωνισταί, οἱ πρὸς μόνον τὸ τὴν ὅλως αἰτίαν ἀφαιρεῖν τὸν Υἱὸν τοῦ ἀγῶνος τούτοις κοινοῦντες, καὶ τῆς σπουδῆς ἐπὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ τῆς ἐκπορεύσεως, ὡς ταύτην ὀρθοτομοῦντες αὐτοὶ εἰς ἐχθροὺς ἀντὶ φίλων, καὶ ἀντὶ συμμάχων ἀντιδίκου; καθίστανται. Διὰ δὴ ταῦτα τῆς διαλέξεως τῆς πρὸς τούτους τὸ ἀναγκαῖον μὴ ἐχούσης, ἔσται σοι ὅμως καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκ μέρους πως διαλεγομένῳ ἐνεχομένους αὐτοὺς ἀποδεικνύειν τῷ Ἀρειανισμῷ χεῖρον ἢ τοὺς εἰρημένους πάντας; ὅσοι τὴν δι' Υἱοῦ συνομολογοῦντες ὕπαρξιν, τὴν δι' Υἱοῦ αἰτίαν οὐ καταδέχονται. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῷ Πατρὸς ὑπουργὸν ἐπὶ τῇ ἐκπορεύσει ποιεῖν ἀπελεγχόμενοι τὸν Υἱὸν, τὸν Ἀρειανισμὸν καταχρίνονται· οὗτοι δὲ οὐ τοῦτο μόνον, καθότι καὶ αὐτοὶ οὐχὶ αἰτίας δηλωτικὴν ἐκπόρευσιν ὁμολογοῦσι δι' Υἱοῦ, ἀλλά γε δὴ ἐλάττονα καὶ τοῦ Πνεύματος, καθότι τὰς διὰ τοῦ Υἱοῦ διδομένας χάριτας, εἰς ἃ, αὐτοὶ ἀπάγουσι τὴν ἐκπόρευσιν, οὐχ ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν τοῦ Πνεύματος ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἁπλῶς τῷ Πνεύματι τοῦ Υἱοῦ ἐπὶ ταύταις διακονοῦντος φρονεῖν ἀπελέγχονται. Σοὶ οὖν ἐ; τόσον καὶ μέχρι τόσου καὶ ἡ πρὸς τούτους ἔστω διάλεξις. Ἡμεῖς δὲ τὰς λύσεις, ἃς προέτεινας ἀπορίας, ἐντελῶς ἤδη σοι ἀποδόντες, ὡς ἐν ὁδηγίας καθὼς σοι ἐπηγγειλάμεθα τύπῳ, ὡς ἂν τὸ πρὸς ἐπιστομισμὸν τῶν δι' ἐναντίας ἕτοιμον εἴη σοι, πειρωμένων ἴσως ἀποδεικνύειν, μὴ δ' ἀφαίρεσιν τοῦ πρώτου καὶ ἀρχικοῦ, τῆς δὲ ὅλως αἰτίας ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ, τὸ, « Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἐντὸς ἀπέδειξαν, » Μάξιμον εἰρηκέναι τὸν Θεῖον, εἰδέναι σε βουλόμεθα, ὡς καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς, ἐν ᾗ ῥήσει « τὸν Πατέρα, προβολέα διὰ Λόγου τοῦ ἐκφαντορικοῦ » Θεολογῶν « Πνεύματος, » — « Πνεῦμα Υἱοῦ» προστίθησι, « λέγομεν, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατὴρ, » συνῳδὰ τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ καὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀπαραλλάκτως Θεολογεῖ. Τὰ γὰρ τῆς, « προβολεὺς διὰ Λόγου, » φωνῆς τὴν τοῦ

Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐπὶ τῇ τοῦ Πνεύματος αἰτίᾳ ἑνότητα παριστῶν, καὶ τὴν τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν σαφῶς δυναμένην ἐξ, τῷ Πατρὶ ἀναφέρων, τὸ, « Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατὴρ, » ὡς τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα ἐπὶ τῷ ἀρχικῷ διαστέλλων ἐπάγει.

illud, « Solus enim causa Pater, » a Filio Patrem in principali discernens, adducit.

ς'. Λείπον ἐστιν ἁπάρτι λοιπὸν καὶ ἧς ἔστιν ὅτε προτείνουσι ῥήσεως τοῦ θεολογίας ἐπωνύμου οἱ ἀντιλέγοντες μνημονεῦσαι, οὐχ ὅτι ἀμεταποιήτως ταύτην προτείνουσι, καὶ τὸ ἀναγκαῖον ἴσως ἐντεῦθεν ἡμῖν αὐτὸν ἑαυτῷ τὸν ἅγιον συμβιβάσαι, ὡς ἐπὶ τῶν προειρημένων ῥήσεων ἔχει· ἀλλ' ὅτι δοθείσης καὶ συγχωρηθείσης παρ' ἡμῶν τῆς ματαποιήσεως, πολλή τις ἐπιγενήσεται πρὸς ἀπόδειξιν ἡ συγκρότησις τοῦ τὸ αἴτιον παρὰ τῶν ἁγίων ἐξαιρέτως τῷ Πατρὶ ἀφορίζεσθαι διὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν, ὡς ἐντεῦθεν πρὸς ἀνάγκης ἀκολουθεῖν τοῦτο νοεῖν εἶναι, τὸ καὶ ἀφαιρούμενον τοῦ Υἱοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἐπιδημήσαντας λόγῳ τοῦ θεορρήμονος, ἔστι μὲν γὰρ οἷς τῶν ἀντιγράφων, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἐστι πλὴν τῆς ἀγεννησίας· » ἔστι δὲ παρ' οἷς, « Πλὴν τῆς αἰτίας, » εὑρίσκεται, οἱ τὴν ἐναντίαν μετιόντες καὶ τοῦτο δὴ τὸ, « Πλὴν τῆς αἰτίας· » τρίτον ἐπὶ τοῖς προειρημένοις δυσὶ τῆς τῶν οἰκείων λόγων σαθρότητος μέρος ποιοῦνται. Ἡμεῖς δὲ ὅτι αἱ τὸ, « Πλὴν τῆς ἀγεννησίας; » ἔχουσαι βίβλοι, τὸ κατὰ τὸ αἷς τὸ, « Πλὴν τῆς αἰτίας, » ἐμφέρεται, ἀποφέρονται κράτος, ἱκανῶς ἐν διαφόροις λόγοις προαποδεδειχότες ἐκ τοῦ πᾶσιν, ἐν οἷς τὰς τῆς Τριάδος ὁ ἅγιος ἀφορίζει ἰδιότητας, τὴν ἀγεννησίαν ἀποκληροῦν τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ, « Πλὴν τῆς αἰτίας » νῦν διδόντες καὶ συγχωροῦντες, οὐδέν τι ἀπόνασθαι τῆς μεταποιήσεως ἐῶμεν τοὺς ἀντιλέγοντας. Ἔστω γὰρ τὸ « Πλὴν τῆς αἰτίας; » τὸν ἅγιον εἰρηκέναι· ποίαν δὴ τὴν αἰτίαν νοεῖ ταύτην, ἐξεταστέον. Οὐ γὰρ ἀφορισμένως « πλὴν τῆς αἰτίας » ἔφη « τοῦ Πνεύματος· » ὅτι μηδέ τις ἦν αὐτῷ λόγος, εἰ ἄρα ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ αἰτιατὸν τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὅπερ τῆς νῦν ἀντιλογίας ἐστὶν, ἀλλ' ἀπολύτως, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν, » ἔφη, εἶγε καὶ ἔφη, « Πλὴν τῆς αἰτίας. » Αἰτία δὲ ἀπολύτως οὕτω λεγομένη οὐ μόνον τὴν φυσικὴν τοῦ Πνεύματος αἰτίαν δηλοῖ, ἀλλά γε καὶ τὴν τῶν κτισμάτων ποιητικήν. Καὶ δεῖ τὸν τὰς σημασίας τῶν γραφικῶν ἀνιχνεύοντα λέξεων σκέπτεσθαι καὶ ἀνερευνᾷν, πῶς ἂν γένοιτο κατ' ἔννοιαν εὐσεβῆ καὶ φυσικῶς καὶ ποιητικῶς τὸν Υἱὸν ἀφαιρεῖν τὴν αἰτίαν, καὶ μόνῳ ταύτην ἀποκληροῦν τῷ Πατρί. Καὶ πάντως πᾶς τις οὕτως ἀνερευνῶν κατ' οὐδὲν ἕτερον τὸν λόγον εὐσοδούμενον γνωριεῖ ὅτι μὴ κατὰ μόνον τὸ τῆς αἰτίας πρῶτον καὶ ἀρχικόν. Εὑρήσει γὰρ ἅμα καὶ Βασίλειον καὶ Ἀθανάσιον τοὺς τὴν θεολογίαν ἰσοκλεεῖς τῇ ἐννοίᾳ ταύτῃ ἐπισυγχροτοῦντας τὸ εὐσεβὲς, τὸν μὲν ἐν οἷς, « Μηδεὶς οἰέσθω με, » εἰρηκε, « τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις· ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία, δι' Υἱοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ τελειοῦσα ἐν Πνεύματι· » καὶ αὖ ἐν οἷς ἔφη· « Ἕνα γὰρ οἴδαμεν ἀγέννητον, καὶ μίαν τῶν ὄντων ἀρχὴν, τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· » Ἀθανάσιον δὲ ἐν οἷς, « Τί ἐστι Θεός, » εἰρηκε, καὶ ἐπήγαγε τὸ, « Ἡ πάντων ἀρχὴ κατὰ τὸν Ἀπόστολον· Εἷς Θεὸς

6. Nunc interea reliquum est, ut dictum quoque illius, cui a theologia nomen est, et adversarii proponunt, commemoremus, non quod illud uti est, absque ulla sui immutatione proponant, sed quod necessarium est, ut inde Sanctum sibi ipsi concordem ostendamus, quemadmodum et in dictis supra laudatis fecimus : sed quod, data etiam atque concessa immutatione, multum valebit ad demonstrandum consensionem, a sanctis nempe Patribus causam præcipue Patri decerni, quod inde primarium et principale, necessario consequitur, et id ipsum esse intelligitur, quod a Filio segregatur. Cum enim oratione diviniloqui Patris ad eos qui ex Ægypto accesserant, in nonnullis exemplaribus habeatur, « Quæcumque habet Pater, Filii suni, si unum ingenitum esse si excipias, » in aliis vero, « unam si excipias causam, » invenitur, qui contra nos faciunt, hoc item, « unam si excipias causam, » tertiam post duo primum allata, sermonum suorum imbecillitatis partem apponunt. Nos porro cum ostenderimus volumina, quæ, « unum ingenitum esse si excipias, » continent, præ illis, quæ, « si excipias causam, » habent, potioris roboris esse, abunde sane in diversis orationibus, propterea quod in reliquis omnibus, in quibus sanctus proprietates Triadis præscribit, ingenitum esse Patri attribuit, et, « unam si excipias causam, » nunc dantes concedentesque, nulli commodo esse contradicentibus similem immutationem, dignoscamus. Esto si quidem, « unam, si excipias causam, » Sanctus enuntiaverit, quam causam ipse intellexerit, examinandum est. Neque enim separando dixit, « si causam Spiritus excipias. » Neque enim illi curæ erat, ab ex solo Patre, vel ex Patre per Filium Spiritus causaretur, quod præsentis contentionis est, sed indeterminate, « Quæcumque habet Pater, Filii sunt, » dixit, si tamen dixit, « si excipias causam. » Causa vero sic absolute enuntiata, non tantum naturalem spiritus causam, sed etiam creaturarum effectricem indicat. Oportetque scriptarum dictionum significatus investigantem considerare, et inquirere, quomodo pie intelligendo, et naturali et effectrice causa Filium spoliet, et soli eam Patri ascribat. Et plane quicunque simili modo pervestigat, sententiam rectam illam esse intelliget, nisi secundum causæ primarium et principale. Reperiet quippe simul et Basilium et Athanasium in rebus theologicis paris nominis, intelligentiam similem uti piam rectamque approbantes, hunc quidem illis : « Et nemo existimet me, tres esse affirmare primarias hypostases. Principium siquidem omnium unum est, per Filium operans, et in Spiritu perficiens; » nec non et illis : « Unum enim scimus ingenitum, et unum omnium principium, Patrem Domini nostri

Jesu Christi. » Athanasium vero in illis, quæ subjungit ad interrogationem, « Quid Deus est? Omnium principium, ut Apostolus ait, Unus Deus Pater, ex quo omnia. Namque Verbum ex eo est generatus, et Spiritus ex eodem procedens. Postmodum universa creatura per Verbum in Spiritu fabrefacta consistit. » Hæc est pietatis summa, hic est sinceræ veræque confessionis vertex. Et tu jam tandem dubiorum a te propositorum exquisitam notitiam habens, a sanctis Patribus causam Patri potissimum ascribi propter primarium ac principale; indeque necessario sequi, hoc ipsum esse quod adimitur Filio intelliges. Percontare rursus, rursus addubita.

A ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα. » Καὶ γὰρ ὁ Λόγος ἐξ αὐτοῦ γεννητῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευτῶς. Εἶτα πᾶσα ἡ κτίσις διὰ τοῦ Λόγου ἐν Πνεύματι συνέστη δημιουργικῶς. » Τοῦτο τῆς εὐσεβείας ἐστὶ τὸ τελεώτατον· τοῦτο τῆς εἰλικρινοῦς ὁμολογίας τὸ κορυφαιότατον. Καὶ σὺ τέλος ὢν διηπόρηκας τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν τοῦ παρὰ τῶν ἁγίων τὸ αἴτιον ἐξαιρέτως τῷ Πατρὶ ἀφορίζεσθαι διὰ τὸ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν ἐσχηκὼς, καὶ τοῦ ἐντεῦθεν πρὸς ἀνάγκης ἀκολουθεῖν τοῦτο νοεῖν εἶναι τὸ καὶ ἀφαιρούμενον τοῦ Υἱοῦ, ἐρώτα καὶ πάλιν, ἀπόρει καὶ πάλιν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΑ

ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΓΡΑΦΙΚΑΙΣ ΧΡΗΣΕΣΙΝ ΕΠΙΣΤΑΣΙΩΝ

ΚΥΡΙΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΤΗΡΟΥ

ΑΡΧΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ.

EJUSDEM

REFUTATIONES

ADVERSUS D. ANDRONICI CAMATERI

VIGLÆ DRUNGARII

SUPER SCRIPTO TRADITIS TESTIMONIIS DE SPIRITU SANCTO ANIMADVERSIONES.

I. Cum in animo nostro insederit, pacem ecclesiasticam continuo promovere, et magis ac magis constabilire, nescio an quispiam nobis ineptiæ vel rusticitatis crimen inurat. Namque cum semel rebus propositis probe manus admoverimus, secundum et tertium ad ea firmanda figendaque conatus ac studia convertenda necessarium ducimus. Et qua ratione ex iis, qui ista legunt, eos merito veluti ineptos et rusticos criminabuntur, qui totis viribus confirmare contendunt, quorum aggressio bene semel cœpta est? Verumtamen primum bene cœptis secunda studia, et tertia ad eorum firmitatem stabiliendam conferre, hoc modo ineptiæ rusticitatisque crimen repellitur, si illa ex divinis sibi litteris firmitatem assumunt. Cum enim de ecclesiastica pace pertractant, necesse ea ex solis scripto petitis testimoniis absque fallaciis, et captiunculis pondus accipere, quod et procedente scriptione patebit

Α'. Βουλομένους ἡμᾶς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ἀεὶ προάγειν ἐπὶ τὸ βεβαιότερον, οὐκ οἶδα εἴ τις ἂν ἀπειροκαλίας κατηγορήσειε. Τοῖς γὰρ ἅπαξ ἐγχειρηθεῖσι καλῶς ἐγχειρήσαντες, καὶ δεύτερα καὶ τρίτα πρὸς σύστασιν ἐπιστοιβάζειν αὐτῶν ἀναγκαῖον ἡγούμεθα. Καὶ πῶς ἄν τις τῶν τοῦτοις ἐντυγχανόντων δίκαιος εἴη γράφασθαι ἀπειροκαλίας τοὺς παντὶ σθένει σπεύδοντας βεβαιοῦν ἐκεῖνα, ὧν ἡ ἐγχείρησις ἅπαξ ἐγεγόνει καλῶς; Πλὴν τὸ τοῖς ἐγχειρηθεῖσι τὰ πρῶτα καλῶς δεύτερα προσεπάγειν, καὶ τρίτα πρὸς βεβαιοτέραν τὴν σύστασιν, οὕτως ἂν τὸ τῆς ἀπειροκαλίας ἔγκλημα διαφύγοι, εἰ πάντα ταῦτα τὴν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν πλουτοῦσιν ἰσχύν. Περὶ γὰρ ἐκκλησιαστικῆς ὄντα εἰρήνης, ἀπὸ μόνων συγκροτεῖσθαι χρήσεων ἀναγκάζονται γραφικῶν δίχα σοφισμάτων καὶ παραλογισμῶν, ὅπερ δὴ καὶ ἀναφανήσεται τοῦ λόγου προϊόντος ἡμῖν. Ἐφ' οἷς γὰρ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐν ἄλλοις ἠγωνισάμεθα συγ-

γράμμασι πρότερον, ἔδοξε καὶ πάλιν ἡμῖν ἐπὶ πλέον κρατῦναι τὸν ἔλεγχον τῶν πρὸς τὴν τοιαύτην εἰρήνην ἀντιλεγόντων κακῶς καὶ ἐπισφαλῶς. Ἔδοξε δὲ τοῦτο ποιῆσαι ἡμᾶς, ἄλλην τινὰ καινοτέραν μετελθόντας ὁδόν, δι' ἧς ἂν τὸ τῶν ἐλέγχων κράτος ἐκδηλότερον κατασταίη τοῖς ἀπροσπαθῶς διαγινώσκειν ἐθέλουσι. Καὶ ἡ ὁδὸς τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας λαβεῖν, ἣν ἐν ταῖς τῆς αὐτοκρατορίας ἡμέραις Μανουὴλ τοῦ ἀοιδίμου ἐν βασιλεῦσι καὶ αὐτοκράτορσιν ὡς ἐκ προσώπου ἐκείνου Ἀνδρόνικος, ὁ τὴν τοῦ δρουγγαρίου τῆς Βίγλας ἀνεζωσμένος τότε ἀρχὴν Καματηρὸς τοὐπίκλην, ἀνὴρ τὴν σοφίαν οὐκ ἀγεννὴς, συνεγράψατο· καὶ τὸ μὲν ἐπὶ κάλλει λόγου καὶ φράσει ταύτης θαυμάσιον ἐπαινέσαι, καὶ ἀποδέξασθαι, πρὸς ἓν δὲ μόνον μέρος ἀπαντῆσαι αὐτῆς πρὸς ὅπερ οὐ καλῶς ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ ἠγωνίσατο, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἀξίως, διὰ τὸ τοῦ θελήματος ἰδιόρρυθμον, ἢ τὴν προσταγὴν τοῦ κρατοῦντος ἢ τὴν ῥοπὴν τοῦ καιροῦ, ἢ οὐκ οἶδ' ἂν ὅ τι καὶ εἴποιμι ἕτερον· οὐ γὰρ ἀγνοεῖν ἐκεῖνον τὸ ἀληθὲς πείθομαι· καὶ ὑπαντῆσαι οὐκ ἐν σοφιστείᾳ λόγου εἰς πλάτος ῥητορευομένου, καὶ ἐπεκτάδην, ἀλλ' ἐν γυμναῖς παντὸς τοῦ ἐν λογογραφίᾳ κάλλους τῶν θείων Γραφῶν μαρτυρίαις, καὶ οὕτως ἐπὶ πλέον κρατῦναι τῶν ἀντιλεγόντων τὸν ἔλεγχον, διὰ τὸ κατὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐπινενοημένην μέθοδον τοῦ ψεύδους εὐέλεγκτον. Τί δὲ τὸ τῆς βίβλου μέρος, πρὸς ὃ καὶ ἀπαντῆσαι διέγνωμεν; Ἡ τοῦ, Ἀνδρὸς ἐκείνου σπουδὴ, ἣν ὅτι πολλὴν ποιούμενος φαίνεται ἀποδεῖξαι μὴ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τίς δὲ ὁ τῆς ἀπαντήσεως τρόπος, καὶ τίς ἡ δυναμένη τὸν σαφῆ τοῦ ψεύδους ἔλεγχον μέθοδος; ἐροῦμεν ἤδη σαφῶς. Ὁ τὴν ῥηθεῖσαν βίβλον ἐκθέμενος θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἰσχὺν περιβεβλημένος λόγων οὔτι μικρὰν, πᾶσαν μὲν γραφικὴν ῥῆσιν, ἐξ ἧς τὸ Πνεῦμα ὑπάρχον ἐκ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ ἀναφαίνεται, συνελέξατο, καὶ κατὰ τάξιν συνέθετο· ἑκάστῃ δὲ τῶν ῥήσεων τὴν ἑαυτοῦ προσάπτων ἐπιστασίαν, ταύτην ἀεὶ διηυθέτει, οἷς αὐτὸς νοήμασιν ἐνησμένιζε, καὶ πρὸς τὰ δοκοῦντά οἱ τὴν ἀνάπτυξιν τῶν λόγων παρεδιάζετο. Ἡμεῖς δὲ νῦν, πρὸς τὸ ἐλέγχειν γινόμενοι τὸ τῶν ἐπιστασιῶν τούτων βεβηλωμένον, οὐκ ἴδιον μέρος, ὥσπερ μοί καὶ προείρηται, λογοειδοῦς γραφῆς ἐκθήσομεν εἰς ἀντίῤῥησιν ταύτην λογογραφήσομεν, ἀλλ' ἑκάστην περικοπὴν γραφικῆς ῥήσεως, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐξέθετο, ἐκτιθέμενοι, ἔστι δ' ὅποι διὰ βραχυλογίαν καὶ τῶν περικοπῶν τινας ἐπιτέμνοντες, ἐν οἷς δηλονότι μέρεσιν αὗται περίεχουσί τι μετὸν τῆς προκειμένης ἡμῖν σπουδῆς οὐδαμοῦ, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αὐτῶν ἐπιστασίας, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος αὐταῖς προσῆψε, ταύτας προσάπτοντες, τὰς ἐφ' ἑκάστῃ τῶν ἐπιστασιῶν αὖθις ἀντιῤῥήσεις ἡμῶν ἀντιπαραθήσομεν, ὡς ἂν τοῖς ἐντυγχάνουσι καθαρὰ καὶ ἀνεπιθόλωτα ἐντεῦθεν ἐγγίνοιντο τὰ τῆς διαγνώσεως. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἀντιστρατευόμενον ἀλλήλοις σωματικῶς ἡ ἐν στενῷ τῶν ἀμφοτέρων περιοχὴ τῷ ἑνὶ κράτος ἐπιταχύνει, οὕτω καὶ ἡ ἐφ' ἑκάστῃ ἐπιστασίᾳ τοῦ σοφοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ἡμετέρα ἀντίῤῥησις, ἁπλῆ καὶ ἀμέθοδος προϊοῦσα, καὶ γυμναῖς μόναις γραφικαῖς μαρτυρίαις;

apertissime. Præter enim alia, quæ de ecclesiastica pace in aliis nostris Commentariis antea digessimus, nunc denuo visum est nobis magis ac magis refutationi eorum insistere, qui temere et non absque discrimine se præfatæ paci opponunt. Visum est autem nobis hoc facere, nova quadam via pertentata, per quam refutationum vis patentior esset illis, qui eas sine ullo affectu dignoscere cupiunt. Via porro est, librum præ manibus accipere, quem sub imperio Manuelis regis, imperatoris celeberrimi, Manuelis personam induens, Andronicus Drungarii Viglæ tum temporis munere fungens, cognomento Camaterus, vir sapientia non ignobilis composuit, et illius quidem sermonis, dictionisque præstantiam admirandam laudare, probareque, uni vero illius parti occurrere, in qua catus ille vir non prudenter certamen iniit, neque pro suæ sapientiæ dignitate, quod vel proprium sit secutus arbitrium, vel dominantis jussa, vel temporis opportunitatem, vel aliquid aliud, quod mihi non dum liquet, neque enim suaderi possum, illum veritatem ignorasse, et occurrere quidem non in sapientia sermonis, res diffuse et per extensum pertractantis, sed in nudis ab omni oratorio splendore divinarum Scripturarum testimoniis, et ita magis contradicentium refutationem corroborare : quod facilius hac ratione mendacium deprehendatur. Quænam autem pars libri fuerit, cui occurrere constituimus? Viri illius studium, quo ille summa animi contentione non ex Patre et Filio esse Spiritum sanctum demonstrare conatur. Quis vero responsionis modus, et quæ methodus, quæ aperte mendacii refutationem convellere potis sit, dicemus jam plane. Illius libri auctor, admirandus sane vir, robore sermonum nec invalido stipatus, omnibus scripto traditis, quibus esse ex Patre et Filio videtur Spiritus innui, dictis collectis, et ordine dispositis, suam animadversionem annectens, sententiis, quibus ipse acquiescebat, ad eam quæ sibi videbatur expositionem per vim etiam trahens applicavit : nos vero, qui nunc ad illa refutanda accessimus, harum animadversionum non propriam partem, ut jam prædiximus, quæ nempe oratoriæ artis esse censemus, præteribimus, et unamquamque pericopem ex scriptura desumptæ sententiæ, ut ille exposuit, digeremus, aliquando brevitatis causa sententiarum aliquas abscindentes, ad hos nostros scilicet conatus nihil attinentes; et ipsius ad singula dicta animadversiones, ut ipse illas dictis appendit, nos quoque appendentes, nostras uniculique animadversioni refutationes contra opponemus, ut lectoribus pura claraque accedant nostra judicia. Quemadmodum enim corpore mutuo decertantium in angusto amborum conclusio victoriam uni accelerat; sic et in unaquaque animadversione docti illius viri nostra contradictio pura et absque methodo procedens, et nudis solummodo scripto traditis testimoniis instructa, commodiorem dignotionis discussionem lectoribus ingeret. Ea hæc est, quam

nos diximus ad refellendam facilius falsitatem methodum invenisse, cui tantum est adversus mendacium roboris, ut nos excitet non solum Camateri voluminis refutationem aggredi, sed et in alia quoque commentaria continuare, quæ alii alio atque alio tempore ad schisma corroborandum, quæcunque illa fuerint, conscripserunt. Cum enim auctores schismatis dogmatum propria principia commenti, ea a divinilquis Ecclesiæ luminibus absque ulla hæsitatione asserta supposuerint, qui eos subsecuti sunt, non super aliis, sed super iisdem quæ adversus Romanam Ecclesiam scripto tradiderunt, fundarunt, contentiosa simultas atque inopportuna nobis visa est, adversus similes sententias variis scriptionum generibus decertare. Sunt vero conficta dogmatum principia, primum asserens : « Proprium Patris esse Spiritum producere. » Secundum : « Quidquid de Trinitate asseritur, aut est unius, aut trium. » Tertium : « Quidquid de divinis personis asseritur aut est personale, aut naturale. » Quartum quod insinuat : « Patrem, quæ ex se veluti causa producit, ratione ea personæ, non autem naturæ producere. » Quintum denique, quod decernit : « Spiritum ex Patre esse contigue et immediate. » Horum nullum, licet quispiam divinorum Patrum commentaria evolvendo delassetur, a quoquam usquam assertum reperiet. Hæc porro confinxerunt, qui schisma promoverunt, et qui superficie tenus et per transennam divinas Scripturas percurrunt, similibus uti verissimis attendentes, nullum unquam absurdum consequi, adversus eos, qui Spiritum ex Patre et Filio esse asseverant, nisi uno ex his tanquam Patrum theologico dicto syllogisticis suis laqueis supposito, oratione demonstrare potuerunt. Et rationes quidem, quibus hæ propositiones falsæ esse ac commentitiæ deprehendentur, rerum harum lector curiosus intelliget, cum procedente oratione de his fusiorem sermonem instituemus. Nunc ad Camateri voluminis refutationes manus admovendæ sunt. Cum vero ante scripto traditorum dictorum expositiones, et de iisdem animadversiones voluminis parens Camaterus, imperatoris personam induens, colloquium inter eumdem, et ob ecclesiasticam pacem tum Constantinopoli commorantes cardinales confinxit, negligendum est et illud a nobis, sufficientem mendacii refutationem esse rati, si ejusdem ad scripto tradita testimonia animadversiones, nihil opportunum in se continere demonstrabimus. Licet enim et in aliis nostris voluminibus, eorum etiam, quæ in hoc colloquio continentur, refutationem non negleximus, et potissimum ubi in eo suæ sapientiæ specimen ac vires ostendit, in quibus nempe voluminibus neque quod nunc scripto traditorum dictorum compendium præponimus, opus fuit. Verumtamen cum alii nunc recens veritatis hostes eruperint, et dogmatibus de novo compositis in apertam et indubitatam hæresim prolapsi sint, certamen, quod adversus eosdem

A συγχροτουμένη. ῥᾷον τὸ τῆς διαγνώσεως ἀκριβὲς ἐμποιήσει τοῖς ἐντυγχάνουσι. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ἣν εἰρήκαμεν ἐπινοήσασθαι μέθοδον πρὸς τὸ τοῦ ψεύδους εὐέλεγκτον, ἤτις δὴ μέθοδος τοσοῦτον τὴν κατὰ τοῦ ψεύδους ἰσχὺν ἀναζώννυται, ὡς ἐρεθίζειν ἡμᾶς μὴ μέχρι τῆς τοῦ Καματηροῦ βίβλου τῆσδε τὴν ἀντίῤῥησιν περιστῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπεκτεῖναι ταύτην συγγράμμασιν, ἅπερ ἄλλοτε ἄλλοι ἐπὶ συγχροτήσει τοῦ σχίσματος συνεγράψαντο, ὅσα δῆτα καὶ συνεγράψαντο. Ὅτι γὰρ, τῶν πρώτως ἀπαρξαμένων τοῦ σχίσματος, ἰδίας δογμάτων πλασαμένων ἀρχὰς, καὶ ταύτας ὡς ὁμολογουμένως παρὰ τῶν θεηγόρων τῆς Ἐκκλησίας φωστήρων ῥηθείσας ὑποθεμένων, οἱ ἐφεξῆς οὐκ ἐπ' ἄλλαις, ἀλλ' ἐπ' αὐταῖς ταύταις τὰ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας

B ἐλογογράφησαν· φιλοτιμία τις ἄκαιρος ἡμῖν ἔδοξε κατὰ τῶν αὐτῶν ἐννοιῶν διαφόροις λογογραφίαις εἰδέναι ἀγωνίζεσθαι. Εἶεν δ' ἂν πεπλασμέναι δογμάτων ἀρχαὶ, ἡ λέγουσα πρότασις, « Ἴδιον τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ προβάλλειν τὸ Πνεῦμα. » Ἑτέρα ἡ λέγουσα, « Πᾶν τὸ ἐπὶ τῆς Τριάδος λεγόμενον, ἢ ἑνός ἐστιν, ἢ τῶν τριῶν. » Τρίτη ἐπ' αὐταῖς ἡ λέγουσα, « Πᾶν τὸ ἐπὶ τῶν θεαρχικῶν λεγόμενον ὑποστάσεων ἢ ὑποστατικόν ἐστιν, ἢ φυσικόν. » Καὶ τετάρτη, ἡ « τὸν Πατέρα αἴτιον εἶναι τῶν ἐξ αὐτοῦ » φάσκουσα, « τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως. » Ἔτι δὲ πέμπτη ἡ « προσεχῶς καὶ ἀμέσως εἶναι » λέγουσα « τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός· » τούτων γὰρ οὐδεμίαν, κἂν εἰ μυρία κάμῃ τις τὰς τῶν θεηγόρων Πατέρων βίβλους ἀνερευνῶν, εὑρήσει παρά τινος

C τούτων ῥηθεῖσάν ποτε. Οἱ δὲ τοῦ σχίσματος ζηλωταὶ, ταύτας ἐπλάσαντο· καὶ οἱ παροδικῶς τὰς θείας ἐπιόντες Γραφὰς, ὡς ἀληθέσι ταύταις πιστεύοντες, οὐδέ ποτέ τι ἔσχον ἄτοπον ἀποδεῖξαι τῷ λόγῳ ἑπόμενον τῶν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λεγόντων εἶναι τὸ Πνεῦμα, εἰ μὴ μίαν τινὰ τούτων ὡς πατρικὴν θεολογίαν ταῖς συλλογιστικαῖς ἑαυτῶν πλεκτάναις ὑπέθεντο. Καὶ τοὺς μὲν λόγους, καθ' οὓς αἱ προτάσεις αὗται πεπλασμέναι καὶ ψευδεῖς ἀπελέγχονται, εἴσεται ὁ ζητητικὸς ἐν οἷς προϊόντες ἐροῦμεν τὰ περὶ τούτων πλατύτερον· τὸ δέ γε νῦν ἔχον ἐπιβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ ταῖς τῆς βίβλου τοῦ Καματηροῦ ἀντιῤῥήσεσιν. Ἐπὶ δὲ πρὸ τῶν τῶν γραφικῶν ἐκθέσεων ῥήσεων, καὶ τῶν ἐπ' αὐταῖς ἐπιστασιῶν ὁ τῆς βίβλου πατὴρ, τὸ τοῦ

D αὐτοκράτορος ὑποδυσάμενος πρόσωπον, διάλεξιν ὡς μέσον δῆθεν προβᾶσαν αὐτοῦ τε ἐκείνου τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τῶν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐπιδημούντων τότε τῇ Κωνσταντίνου καρδηναλίων ἐπλάσατο, παραιτητέον, καὶ ταύτην ἡμᾶς ἀρχοῦντά οἱ τοῦ ψεύδους κρίνοντας ἐλεγχον, τὸ τὰς ἐπὶ ταῖς γραφικαῖς ῥήσεσιν ἐπιστασίας αὐτοῦ πρὸς μηδὲν προενηνεγμένας καιρίων ἀποδεῖξαι. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἄλλαις ἡμῶν βίβλοις, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ διαλέξει ταύτῃ ἐμέλησεν ἡμῖν ἀντιῤῥήσεων, καὶ μάλισθ' ὅτι ἐν ταύτῃ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ὁ τοιοῦτος τὴν δύναμιν ἐπεδείξατο· ἐν αἷς δὴ βίβλοις οὐδὲ τῆς ἦν ἄρτι προκρίνομεν, ἐπιτομῆς τῶν γραφικῶν ἡμῖν ἔδοσε ῥήσεων. Ἀλλ' ἐπεὶ, ἄλλων ἐκ νέου πολεμίων τῆς ἁγίας θείας ἀναφανέντων, καὶ καινοτέροις ἔτι δόγμασιν εἰς

προφανῆ καταστάντων καὶ ἀναμφίβολον αἵρεσιν, ὁ κατ' αὐτῶν ἀγὼν ἡμᾶς δικαίως ἀπῄτησε διὰ πολυστίχων καὶ αὐτοὺς ἀνατρέψαι τῶν ἀντιῤῥήσεων. Διὰ δὲ τὸν τοῦ λόγου ταῖς ἀκοαῖς πολέμιον κόρον συντελεῖ, ὡς εἴρηταί μοι, τῶν τινων ἐπιτομὴ ῥήσεων. Παραιτητέον οὖν μοι καὶ τὴν διάλεξιν, καὶ ἀπό γε δὴ τῶν γραφικῶν αὐτῶν ῥήσεων, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς ῥήσεσιν ἐπιστασιῶν, ἐνταῦθά μοι ἀρκτέον.

suscipimus, a nobis juremerito postulat, eosdem prolixioribus refutationibus refellere. Propter vero sermonis auribus adversam satietatem operæ pretium fuerit, ut jam dixi, nonnullorum dictorum compendio uti. Prætereundum itaque colloquium, et ab ipsis scripto traditis auctoritatibus, et animadversionibus de iisdem ducendum principium est.

EX NOVO TESTAMENTO SENTENTIÆ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου

Β'. « Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς « τηρήσατε. Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ « ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' « ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. »

Ἐπιστασία.

« Ἐπίστησον, ἀκροατά, τῇ τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ διανοίᾳ. Πῶς ὁ Σωτὴρ ἐρωτῆσαι λέγει τὸν « Πατέρα, ἵν' ἐκεῖνος δώσῃ τὸν Παράκλητον; Τοίνυν ἐκ τούτου μάνθανε τὸν Πατέρα διὰ τοῦ ὁμοφυοῦς Μονογενοῦς διδόντα τὸν ὁμοφυῆ Παράκλητον. »

Ἀντίῤῥησις.

Τὸ μὲν ἐν τῇ ἐπιστασίᾳ ταύτῃ προτρέπῃ τὸν ἀκροατὴν ἐπιστῆσαι, πῶς τὸν Πατέρα περὶ τῆς τοῦ Παρακλήτου δόσεως ὁ Σωτὴρ ἐρωτᾷ, καὶ μαθεῖν ἐκ τούτου ὡς ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ ὁμοφυοῦς Μονογενοῦς τὸν ὁμοφυῆ Παράκλητον δίδωσιν. Ἐγὼ δ' ἐντεῦθεν ξυνίημι ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ ὁμοφυοῦς Μονογενοῦς τὸν ὁμοφυῆ Παράκλητον εἶναι, ἢ πηγάζειν, ἢ ἐκπορεύεσθαι, ἢ ὅ τι περ ἂν βούλῃ ἕτερον λέγειν τὴν τοῦ Παρακλήτου δηλοῦν ὕπαρξιν. Πῶς γὰρ ἂν καὶ δοθείη ἄλλως τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὴ ὡς ἐκ Πατρὸς ὑπάρχον διὰ τοῦ Υἱοῦ; Εἰ γὰρ ἐκ μὲν τοῦ Πατρὸς ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον δοθείη, διὰ τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐχ ὡς δι' αὐτοῦ ὑπάρχον, τίς ἂν λοιπὸν οὐκ οἰήσαιτο διακονικῶς καὶ ὑπηρετικῶς δίδοσθαι τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ; Καὶ ἵνα μὴ τοῖς εἰς κατασκευὴν τοῦ νοήματος τούτου λόγοις ἐμπλατυνόμενος, δόξαιμι λογισμοῖς οἰκείοις χαρίζεσθαι, μάρτυς ταύτης τῆς διανοίας ἀξιόπιστος ὁ μέγας μοι παραχθήσεται Κύριλλος. Οὗτος καὶ γὰρ τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγούμενος Εὐαγγέλιον, ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει γενόμενος, ὅπου ὁ Σωτὴρ ἔφη, « Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, » πρὸς ἐκείνους σχηματίζων τὸν λόγον, οἵτινες ἑτερούσιον τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν δυσσεβῶς ἐλογμάτιζον, οὕτω φησί· « Μὴ γὰρ δή τινες ἡμᾶς τῶν δυσσεβεῖν εἰωθότων τοῖς ἐξ ἀμαθείας ἀποκομιζόντων λόγοις, εἰς ἃ μὴ θέμις ἐννοεῖν ὡς ὑπουργικήν τινα χρείαν ἀποπληρῶν ὁ Υἱὸς τὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα τῇ κτίσει διακονεῖ· καὶ τοῦτο γὰρ ἀσυνέτως τινὲς οὐ κατέδεισαν εἰπεῖν. Πιστεύειν δὲ μᾶλλον ἀκόλουθον ὡς, ἐπείπερ ἴδιόν ἐστιν αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀποστέλλει τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς πρὸς ἁγιασμόν. »

Ex Evangelio Joannis, cap. XIV, *vers.* 15.

II. « Si diligitis me, mandata mea servate. Et « ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit « vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum « veritatis. »

Animadversio.

« Adesto animo, auditor, recogitatoque dicti « evangelici mentem. Quanam ratione Salvator « rogaturum se dicit Patrem, ut ille Paracletum det? « Hinc ergo discito, Patrem per consubstantialem « sibi Unigenitum consubstantialem Paracletum « exhibere. »

Refutatio.

In hac animadversione tu quidem auditorem hortaris, mentem figere, quanam ratione de Paracleti exhibitione Patrem rogat Salvator, ex eoque discere, Patrem per consubstantialem Unigenitum consubstantialem Paracletum exhibere. Ego vero ex illis percipio, ex Patre per consubstantialem Unigenitum consubstantialem Paracletum esse, sive effluere, sive procedere, vel quidquid aliud tibi in animo est, dicere, quod Paracleti exsistentiam notet. Qua enim alia ratione Spiritus a Patre per Filium dari dicetur, nisi uti ex Patre per Filium exsistens? Etenim si a Patre, uti ex eo persistens datur, per Filium non uti ex eo exsistens, quis demum non existimaverit uti a servo, et administro Filio Spiritum exhiberi. Et ne ad ejusmodi sententiam comprobandam, sermone prolixiore utens, videar propriis cogitationibus ac placitis asservire, testis omni exceptione major magnus adducatur Cyrillus, qui Joannis Evangelium explanans, cum ad eam partem pervenisset, in qua Salvator inquit: « Cum Paracletus venerit, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, » ad eos convertens orationem, qui Filium alienæ a Patre substantiæ impie decernebant, hunc in modum edisserit: « Nemo enim nos ad eorum, qui impietatem amplecti consueverunt ad ea quæ ex ignorantia oriuntur et quæ intelligere nefas est, verbis suis impellat; Spiritum scilicet qui ex Patre est, per Filium uti per ministrum mitti ad creaturas: nam etiam id nonnulli dicere ausi sunt. Sed potius credamus, quoniam Spiritus ita proprius Filii, sicut sane ipsius quoque Dei Patris est, idcirco ad sanctificationem suorum discipulorum ab eo mitti. » Et paucis annexis: « Præterea quæ

« dicta sunt, illud quoque necessario consequetur. « Si enim ministerium servile explere Filium existimatis illud, quod non est, suæ naturæ exhibentem quod nempe est a Patre et Deo, sanctusque est natura sua Spiritus, equidem non « natura sanctus Filius erit, sed participatione « ut nos. » Vides uti consequenter admirabilis Cyrillus colligit : Si Filius Spiritum sanctum, qui a Deo et Patre exsistit suppeditat non tanquam sui proprium, quemadmodum Dei et Patris proprius est, alienum a sua natura Spiritum suppeditat : sicque Spiritus a Filio alienam naturam non aliunde collegit, sed ab eorum dictis, qui asserere non verebantur a Filio Spiritum non ab eo exsistentem suppeditari, sed ex solo Deo et Patre procedentem. Simile circa fidem discrimen subeunt et circa eam labuntur, qui ex Patre quidem uti ex eo exsistentem Spiritum exhiberi, suppeditari, et mitti, intelligunt, per Filium vero non uti per eum exsistentem ex Patre. Itaque, o auditor, quem præsentis voluminis parens advocavit ad suas animadversiones dijudicandas, si a recta veritatis sententia aberrare non vis, ex Patre per Filium credito Spiritum dari, suppeditari, et mitti tanquam qui ex Patre per Filium exsistit, ne exhibitionis, suppeditationis, et missionis servus atque minister tibi Filius reputetur, quod est impium, et plane blasphemum.

A

B

Ex eodem Evangelio. Cap. XIV, *vers.* 25.

III. « Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. « Cum autem venerit Spiritus sanctus, quem mittet Pater meus in nomine meo, ille vos docebit « omnia. »

C

Animadversio.

« Prudenter animadvertito, Patrem dici in nomine Filii, sive per Filium Paracletum mittere. »

Refutatio.

Et tu quoque prudenter animum advertito, quemadmodum hic Salvator enuntiavit, Quem mittet Pater meus in nomine meo, et non se disjunxit a Patre, quia Spiritus per ipsum mittitur a Patre : pari modo cum dixit, Qui ex Patre procedit, non sese a Patre distinxisse, quia Spiritus per ipsum a Patre procedit.

Ex eod. evangelio c. XV, *v.* 26.

IV. « Cum autem venerit Paracletus, quem ego « mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a « Patre procedit, ipse testimonium perhibebit de « me. »

Animadversio.

« Attentius animadvertito, quomodo ipse Paracletum se missurum promittit, sed a Patre : hoc- « que prorsus concordat cum præcedentibus. Processionem vero illius, modum nempe naturalis « exsistentiæ, ex Patre apertissime te docet. Quem « igitur alium tibi quæris veritatis, et sapientiæ ve- « raciorem ac sapientiorem magistrum ?

Καὶ μετ' ὀλίγα· « Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀκεῖνο λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης εἰσβήσεται. Εἰ γὰρ ὑπουργίαν διακονικὴν ἀποπληροῦν οἴεσθε τὸν Υἱὸν τὸ ἀλλότριον ἡμῖν κεχορηγηκότα, τουτέστι τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἅγιον ὂν κατὰ φύσιν Πνεῦμα, οὐ κατὰ φύσιν ἅγιος ὁ Υἱὸς, κατὰ μέθεξιν δὲ ὥσπερ ἡμεῖς. » Ὁρᾷς ὅπως ὁ θαυμαστὸς συνήγαγε Κύριλλος; ὡς, εἴπερ ὁ Υἱὸς τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπάρχον ἅγιον Πνεῦμα χορηγεῖ μὴ ὡς ἴδιον αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστιν ἴδιον, ἀλλότριον χορηγῶν ἐστι Πνεῦμα, τὴν τοῦ Πνεύματος πάντως ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἀλλοτριότητα οὐκ ἄλλοθεν συνῆξεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λόγου τῶν λέγειν ἀποτολμώντων ὡς χορηγεῖ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα μὴ δι' αὐτοῦ ὑπάρχον, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς προϊόν. Τοιοῦτον ἐπὶ τῇ πίστει διακινδυνεύουσιν ὀλισθον οἱ ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχον, δίδοσθαι καὶ χορηγεῖσθαι καὶ ἀποστέλλεσθαι τὸ Πνεῦμα νοοῦντες, διὰ τοῦ Υἱοῦ δὲ, οὐχ ὡς δι' αὐτοῦ ὑπάρχον ἐκ τοῦ Πατρός. Εἴπερ γοῦν, ὦ ἀκροατὰ, ὃν ὁ τῆς παρούσης προσεκαλέσατο βίβλου Πατὴρ εἰς διάγνωσιν τῶν οἰκείων ἐπιστασιῶν, βούλει τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας μὴ ἀποπλανᾶσθαι, ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ πίστευε τὸ Πνεῦμα διδόμενον καὶ χορηγούμενον καὶ ἀποστελλόμενον, ὡς ἐκ Πατρὸς ὑπάρχον διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ διάκονος καὶ ὑπηρέτης τῆς δόσεως καὶ χορηγίας καὶ ἀποστολῆς νοοῖτό σοι ὁ Υἱὸς, ὅπερ ἐστὶ δυσσεβές τε καὶ βλάσφημον.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Εὐαγγελίου.

« Γ'. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, παρ' ἡμῖν μένων. « Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατήρ μου ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνο διδάξει ὑμᾶς « πάντα. »

Ἐπισταsία.

« Συνετῶς ἄκουσαν ὡς ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματι « τοῦ Υἱοῦ, ἤτοι διὰ τοῦ Υἱοῦ ἀποστέλλειν λέγεται « τὸν Παράκλητον. »

Ἀντίῤῥησις.

Ἀλλὰ καὶ συνετῶς πρόσσχε; ὅτι ὥσπερ ἔφη ὁ Σωτὴρ ἐνταῦθα, « Ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ μου ἐν τῷ ὀνόματί μου, καὶ οὐ διεῖλεν ἑαυτὸν τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ πέμπεσθαι τὸ Πνεῦμα δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ὅταν ἔφη, Ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » οὐ διεῖλεν ἑαυτὸν τοῦ Πατρὸς, διὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρός.

D

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Εὐαγγελίου.

« Δ. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ « πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς « ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖ- « νος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. »

Ἐπισταsία.

« Ἐπίστησον, πῶς; αὐτὸς μὲν πέμψαι τὸν Παράκλητον ὁ Μονογενὴς ὑπισχνεῖται, παρὰ τοῦ « Πατρὸς δὲ· συνᾴδει δὲ τοῦτο πάντως τοῖς προλαβοῦσι. Τὴν δὲ ἐκπόρευσιν τούτου, δηλονότι τὸν « τρόπον τῆς φυσικῆς ὑπάρξεως, ἐκ τοῦ Πατρὸς « σαφῶς ἐκδιδάσκει σε. Τίνα γοῦν ἕτερον ζητεῖς; « τῆς ἀληθείας καὶ τῆς σοφίας ἀληθέστερον διδά- « σκαλον καὶ σοφώτερον; »

Ἀντίῤῥησις.

Μὴ τοῦτο σκόπει, ὅτι αὐτὸς μὲν πέμψειν τὸν Παράκλητον ὁ Μονογενὴς ὑπισχνεῖται, παρὰ τοῦ Πατρὸς δὲ, ἀλλ' ὅτι τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸν Παράκλητον ἐντεῦθεν ἐμφαίνεται. Τὸ γὰρ παρὰ τοῦ Πατρὸς πεμπόμενον καὶ Υἱοῦ, ἐπεὶ παρ' οὐδενὸς διακονικῶς, πάντως φυσικῶς, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας ὑπάρχον ἀμφοῖν. Τὸ δὲ λέγειν σε ὡς τὴν ἐκπόρευσιν, δῆλονότι τὸν τρόπον τῆς φυσικῆς ὑπάρξεως, τοῦ Πνεύματος ἐκ τοῦ Πατρὸς σαφῶς ἐκδιδάσκει ὁ Κύριος, καλῶς σοι εἰρημένον ἐστίν. Ἔδει δέ σε τὸ σύμπαν τῆς ἐννοίας τῶν εὐαγγελικῶν κατανοῆσαι φωνῶν, καὶ γνῶναι ὡς, καθάπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ φυσικὴ δηλοῦται τοῦ Πνεύματος ὕπαρξις ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς τῆς, « ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » ἣν ὁ Κύριος ἔφη πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς τὸν Πατέρα ὡς εἰς ἄναρχον ἀναφέρων αἰτίαν, οὕτω δηλοῦται καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης τοῦ Κυρίου φωνῆς τῆς, Πνεῦμα ἀληθείας· λεγούσης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν τοιαύτην φυσικὴν εἶναι τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν. Εὔδηλον γὰρ ὡς ἡ εὐαγγελικὴ ῥῆσις ἡ λέγουσα Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖνο δύναται, ὅπερ ἡ λέγουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι. Καὶ μαρτυρήσει μοι τὸν λόγον ἡ τῆς ἀληθείας στάθμη, ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου καὶ Ἀρείου λόγοις φάσκων οὕτω ῥητῶς· « Τὴν μὲν πρὸς Πατέρα οἰκειότητα νοῶ, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τὴν πρὸς Υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ ἀκούω, Εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, » Ὁρᾷς καὶ συνίης, ὡς οἰκεῖον μὲν Πατρὶ τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, οἰκεῖον δὲ τῷ Υἱῷ, ὅτι Πνεῦμά ἐστιν αὐτοῦ; Ὅρα καὶ σύνες, ὡς ὁ τὰς λέξεις ταύτας εἰρηκὼς Κύριος, αὐτὸς ἐκεῖνος ἐξ αὐτῶν τούτων τῶν λέξεων παρέστησεν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα. Εἰ δὲ καὶ ἔτι χρῄζεις τοῦ προσεπιβεβαιώσοντος καὶ προσεπιμαρτυρήσοντός σοι τὴν ἔννοιαν ταύτην, ἴσθι καὶ τὸν ἅγιον Κύριλλον ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εἰς τὸ, « Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, » φάσκοντα οὕτως· « Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστιν ἑαυτοῦ τὸν Παράκλητον εἰπών, παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαί φησιν. Ὥσπερ γάρ ἐστι Πνεῦμα ἴδιον τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊόν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. Οἷς δὲ τὸ Πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἰς δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα. » Ἰδοὺ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἴδιον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τῶν εὐαγγελικῶν τούτων ῥήσεων ἰσοδύναμον. Καὶ δεῖ εἰδέναι τὸν τῆς ἀληθείας ἐφιέμενον ὡς οὐδέν τι παραχαράττει τὸ Εὐαγγέλιον ὁ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι λέγων τὸ Πνεῦμα, ὡς οἱ διαβάλλοντες τὴν ἀλήθειαν λέγουσι, διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν τοῦ Κυρίου φωνῶν ἀναφαίνεσθαι τὸ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

A

B

C

D

Refutatio.

Ne id consideres, ipsum Unigenitum se missurum Paracletum promittere, verum a Patre: sed ex utroque Paracletum esse, apertissime inde demonstrari. Quod enim a Patre et Filio mittitur, cum a neutro ad modum servi, prorsus naturaliter, veluti ex essentia utriusque exsistit. Quod vero dicis processionem, modum nempe naturalis exsistentiæ Spiritus ex Patre, palam a Domino doceri, apposite probeque dicis. Verumtamen sententia tota dictionum evangelicarum capienda erat, tum demum intelligendum, quemadmodum ex Patre, naturalis Spiritus exsistentia manifestatur, voce Domini, qua asseritur, « qui a Patre procedit, » et Dominus protulit, omnia sua ad Patrem, veluti ad causam absque principio referens, ita et manifestari ab alio Domini dicto, quo Spiritus veritatis Spiritus sanctus dicitur, per Filium similem naturalem exsistentiam Spiritus esse. Manifesto namque apparet, evangelicum dictum asseverans, Spiritum veritatis Spiritum sanctum, illud ipsum innuere, quod et aliud asserit, eum a Patre procedere. Suoque testimonio pondus addet dicto meo veritatis regula divinissimus Basilius in iis, quæ contra Eunomium, Ariumque scripsit, cujus hæc sunt ipsissima verba: « Erga Patrem affinitatem intelligo, cum a Patre procedit, erga Filium cum audio, Qui Spiritum Christi non habet, hic illius non est. » Videsne et intelligis Spiritum Patri esse affinem, quod procedit ex Patre, affinem vero Filio, quod ipsius Spiritus est? Vide rursus et intelligito, qui hæc dictavit Dominus, eumdem ipsum his iisdem dictionibus comprobasse, ex utroque esse Patris et Filii Spiritum. Quod si alium quoque postulas, qui hæc eadem affirmet, et suo testimonio sententiam hanc constabiliat, audi et sanctum Cyrillum in interpretatione Joannis ad illa verba, « Cum itaque venerit Paracletus, » enuntiantem: « Ecce enim, ecce Spiritum veritatis, hoc est suimet ipsius Paracletum appellans, ex Patre eum procedere ait. Nam sicut Filii Spiritus est, naturaliter in ipso manens, et per ipsum progrediens, sic Patris quoque Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ii profecto secundum substantiam disseparari non possunt. En sanctum item Cyrillum asserentem, proprium Filii et Patris, et communem Patri et Filio Spiritum sanctum, et easdem horum dictorum vires colligentem. Et veritatis amatori sciendum est, nullam vim inferre Evangelio, qui ex Patre, et Filio Spiritum astruit, ut qui veritatem criminantur, contendunt, cum ex iisdem Domini vocibus plane appareat, ex eodem et Patre Spiritum sanctum esse.

DICTA APOSTOLICA.

Τοῦ ἁγίου *Πέτρου ἐκ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων.*

S. Petri ex Actis apostolorum. Cap. II, *vers.* 32.

Ε'. « Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς, οὗ

5. « Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus omnes

« nos testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus, A « et promissione Spiritus sancti accepta, a Patre « effudit hunc, quem vos videtis et auditis. »

Animadversio.

« Præbe aures magno apostolo Petro, eadem cum « Magistro suo decernenti. Nam cum ille dixerit, « se missurum Spiritum a Patre, hic eum accepisse « a Patre docet promissionem Spiritus, et illum « in nos effudisse, non vero emisisse. »

Refutatio.

Si eadem tibi videntur esse, misisse Salvatorem a Patre Spiritum sanctum, et accepisse a Patre promissionem Spiritus, et effundere illum in nos, neque nobis alia refutatione opus fuerit, B præter eam, qua astruitur, nunquam mittendum fuisse Spiritum ex Patre per Filium nisi ex Patre per Filium exsisteret. Etenim si mittendus non erat per Filium, nisi uti exsistens per Filium, neque effundendus erat per Filium, nisi ut exsistens per Filium. Et si id est, frustra nobis evangelica hæc et apostolica dicta congeris ad Italum opprimendum, qui ex Patre per Filium, et consequenter ex utroque Spiritum esse existimat.

S. Pauli Apostoli ex Epistola ad Galatas cap. IV, *v.* 6.

6. « Misit Deus Spiritum Filii sui in corda no- « stra, clamantem, Abba pater. »

Animadversio.

« Audi quoque vas electionis Paulum, qui Spiri- « tum Filii esse propter eamdem naturam denun- « tiat, a Patre vero illum mitti. »

Refutatio.

Tu quidem Filii esse Spiritum asseris propter eamdem essentiam, quod et multi alii ante divulgarunt. Verumtamen magnus Basilius, in capite, cujus inscriptio est : « Quare non et Spiritus Filius Filii, » aperte hæc habet : « Spiritum ex Deo esse palam, et præconis instar enuntiavit Apostolus, cum dicit, « Spiritum ex Deo accepimus [1], » et per Filium apparere manifesto indicavit, dum Filii Spiritum quemadmodum et Dei ipsum appellans, et mentem Christi nuncupans, quemadmodum et Dei Spiritum, veluti et hominis. » Si itaque Spiritus Filii, ut cum magno loquar Basilio, quod per Filium, peropportunum fuerit, præsentem hanc animadversionem refutantes dicere, qui mittitur a Patre Filii Spiritus, tanquam per ipsum exsistens a Patre mittitur per ipsum.

Ejusdem ex Epistola ad Titum cap. III, *vers.* 5.

7. « Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis « et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in

[1] I Cor. II. 12.

« πάντες ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες. Τῇ δεξιᾷ οὖν του « Θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύ- « ματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο, « ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. »

Ἐπιστασία.

« Πρόσσχες τῷ μεγάλῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ, τῷ οἱ- « κείῳ διδασκάλῳ συνῳδὰ δογματίζοντι. Ἐκείνου « γὰρ εἰπόντος πέμψαι τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Πα- « τρὸς, οὗτος λαβεῖν αὐτὸν διδάσκει παρὰ τοῦ Πα- « τρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐκχέαι « τοῦτο ἐφ' ἡμᾶς, οὐ μὴν προβαλέσθαι. »

Ἀντίῤῥησις.

Εἴπερ συνῳδά σοι δοκοῦσι τὸ πέμψαι τε τὸν Σω- τῆρα παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τὸ λα- βεῖν αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐκχέαι τοῦτο ἐφ' ἡμᾶς, οὐδὲ ἡμῖν ἄλλης δεήσει τῆς ἀντιῤῥήσεως παρ' ἐκείνην τὴν λέγουσαν ὡς οὐκ ἂν πεμφθείη ἄλλως τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὴ ὡς ἐκ Πατρὸς ὑπάρχον διὰ τοῦ Υἱοῦ. Εἰ γὰρ οὐκ ἂν πεμφθείη ἄλ- λως διὰ τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὴ ὡς ὑπάρχον διὰ τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲ ἐκχυθείη ἄλλως διὰ τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὴ ὡς ὑπάρχον διὰ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ εἰ τοῦτο, μάτην τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς ταύτας ῥήσεις προβάλλῃ εἰς ἀναι- ρεσιν τοῦ Ἰταλοῦ, ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀμφοῖν, τὸ Πνεῦμα εἶναι δοξάζοντος.

Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου ἐκ τῆς πρὸς Γα- λάτας Ἐπιστολῆς.

ς'. « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ « αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κράζον, Ἀββᾶ ὁ C « Πατήρ. »

Ἐπιστασία.

« Ἄκουε καὶ τοῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύους, τοῦ Υἱοῦ « μὲν εἶναι τὸ Πνεῦμα κηρύσσοντος διὰ τὸ ὁμοού- « σιον, παρὰ τοῦ Πατρὸς δὲ τοῦτο ἐξαποστέλ- « λεσθαι. »

Ἀντίῤῥησις.

Σὺ μὲν τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγεις τὸ Πνεῦμα διὰ τὸ ὁμοούσιον, ὡς καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν πρὸ σοῦ τοῦτο εἰρήκασιν· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν κεφα- λαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, « Διατί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ, » σαφῶς οὕτω λέγει· « Τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι τρανῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν· » D καὶ τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ καθάπερ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπών, καθάπερ καὶ Θεοῦ Πνεῦμα, ὡς τοῦ ἀνθρώπου. » Εἰ γοῦν Πνεῦμα Υἱοῦ κατὰ τὸν μέγαν εἰπεῖν Βασίλειον, ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ, εὔκαιρον κἂν τῇ παρούσῃ ἐπιστασίᾳ εἰπεῖν ἡμᾶς ἀντιλέγον- τας ὡς τὸ ἀποστελλόμενον παρὰ Πατρὸς Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, ὡς δι' αὐτοῦ ὑπάρχον παρὰ Πατρὸς ἀπο- στέλλεται δι' αὐτοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Τίτον.

ζ'. « Ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ « ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ'

« ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος A « ἡμῶν. »

Ἐπιστασία.

« Ὁρᾷς, πῶς σαφῶς καὶ καθαρῶς ἐνταῦθα παρὰ « τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκχεῖσθαι τὸ Πνεῦμα « διδάσκει ὁ μέγας Ἀπόστολος ; Εἰ τοίνυν ἀσαφῶς « ἀλλαχοῦ τὸν Υἱὸν προχέειν, καὶ διδόναι τὸ Πνεῦμα « ἀκούεις, πρὸς τὰς τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου « διδασκαλίας ἐκεῖνα συμβίβαζε. »

Ἀντίῤῥησις.

Οὐδεμιᾶς ἄλλης ἀντιῤῥήσεως ἐνταῦθα χρεία παρὰ τὰς εἰρημένας.

« nos abunde per Jesum Christum Salvatorem « nostrum. »

Animadversio.

« Vides hic satis patenter et sine ulla tergiversatione a Patre per Filium Spiritum effundi magnum Apostolum docere? Si itaque locis in aliis « obscure Filium effundere, et elargiri Spiritum « audis, cum Petri Paulique doctrina illa committito. »

Refutatio.

Præter eas, quæ supra digestæ sunt refutationes, nulla alia hic opus est

JOANNIS CHRYSOSTOMI DICTA.

Ἐκ τῆς εἰς τὸν ἐνεηκοστὸν ἕκτον ψαλμὸν ἑρμηνείας.

Ex Interpretatione Psalmi nonagesimi sexti.

B

Η'. « Ἀλλ' ἐπεὶ πηγὴ ὁ Πατὴρ, ὕδωρ ζῶν ἐκάλεσε « τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διατί φησιν ὕδωρ ζῶν ; ἵνα « μάθῃς αὐτὸ ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ Θεοῦ ὄν, ὕδωρ ζῶν « τὸ Πνεῦμα. Πηγὴ ὕδατος ζῶντος ὁ Θεὸς, ἵνα ὅταν « μάθῃς τὴν πηγὴν, νοήσῃς πόθεν τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν. « Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος « ζῶντος. Τοῦτο δὲ ἔλεγε τὸ ὕδωρ περὶ τοῦ Πνεύ« ματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες. Εἰ « ὕδωρ ζῶν τὸ Πνεῦμα, ζητήσωμεν αὐτοῦ τὴν πη« γήν. Τίς ἡ πηγή ; λεγέτω Ἱερεμίας. Τάδε λέγει « Κύριος· Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν « ἡ γῆ, ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου. « Ἐμὲ ἐγκατέλιπε πηγὴν ὕδατος ζῶντος. Ὁρᾷς « πηγὴν ὕδατος τὸν Θεόν ; ζῶν δὲ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα « τὸ ἅγιον. Πηγὴ ὕδατος ζῶντος ὁ Πατήρ. Ποταμὸς C « πηγῆς προερχόμενος ὁ Υἱὸς, ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ « τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν « ὕδατος ζῶντος. Λεγέτω ταῦτα περὶ τοῦ Υἱοῦ ὁ προ« φήτης Ἡσαΐας. Καὶ ἥξει Κύριος ὡς ποταμὸς « ἔνδοξος γῇ διψώσῃ. Ὁρᾷς πηγὴν ; ποταμόν ; ὕδωρ « ζῶν ; Καὶ ὥσπερ οὐ δύνῃ τὴν πηγὴν καλέσαι πο« ταμὸν ἕως τὴν ῥίζαν ὁρᾷς, οὔτε πάλιν τὸν ποταμὸν « καλέσαι πηγὴν, οὐδὲ πάλιν τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ « ποταμοῦ σχιζόμενον καλεῖς ποταμὸν, ἀλλ' ὕδωρ « ἀρδείας. Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα τέμνεται, ἡ δὲ « φύσις ἀμέριστος. Οὕτω τὸν μὲν Πατέρα Υἱὸν « καλέσαι οὐ δυνατὸν, οὐδὲ τὸν Υἱὸν Πατέρα, ἵνα « μὴ εἰς τὴν Σαβελλίου δόξαν ἐκπέσωμεν.

Ἐπιστασία.

« Ὅρα καὶ τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης φωστῆρα D « καὶ διδάσκαλον, πῶς πηγὴν τοῦ Πνεύματος τὸν « Πατέρα διδάξας, ποταμὸν δὲ τῆς πηγῆς προερ« χόμενον τὸν Υἱὸν, ὕδωρ δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸ Πνεῦμα, « ῥητῶς ἀπαγορεύει τὸν ποταμὸν πηγὴν ὀνομάζε« σθαι. Εἰ γοῦν μὴ πηγὴ ὁ Υἱὸς, πῶς ἐκπορεύεται « τούτου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ; »

Ἀντίῤῥησις.

Σὺ μὲν τὸ παραληφθὲν τῷ Χρυσολόγῳ Πατρὶ παράδειγμα τῆς πηγῆς τοῦ ποταμοῦ καὶ τοῦ ὕδατος, εἰς εἰκόνα τῆς ἀνεικονίστου Τριάδος, εἰς ἀπόδειξιν τάχα προβάλλῃ τοῦ μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· τοῦτο γάρ σοι τὸ σκοπιμώτατον. Τὸ δὲ κάλ-

VIII. « Sed cum fons sit Pater, aquam vivam vocavit Spiritum sanctum. Quare vero inquit, *aquam* « *vivam*? ut addiscas ipsum ex fonte Dei esse. Aqua « viva Spiritus est, fons aquæ vivæ Deus, ut cum « fontem didiceris, unde aqua illa viva emanat, intelligas. Flumina ex ventre illius fluent aquæ « vivæ. Hanc vero aquam enuntiabat, de Spiritu, « quem accepturi erant fideles. Si aqua viva Spiritus est, quæramus ipsius fontem. Quis vero est « fons? dicat Jeremias. Hæc dicit Dominus : Obstupuit cœlum super hoc, et inhorruit terra, « quod duo et mala fecit populus meus, me dereliquit fontem aquæ vivæ [30]. Vides fontem aquæ « Deum esse ; aquam vero vivam Spiritum sanctum. Fons aquæ vivæ Pater est, fluvius ex fonte « emanans Filius, aqua fluvii Spiritus sanctus. Me « dereliquerunt fontem aquæ vivæ. Enuntiet hæc « eadem de Filio Isaias propheta. Et veniet Dominus ut fluvius gloriosus terræ sitienti [31]. Vides « fontem, fluvium, aquam vivam. Et quemadmodum non vales fontem vocare fluvium, donec « radicem conspicis ; neque rursus fluvium fontem ; neque aquam quæ a fluvio exscinditur fluvium appellas, sed aquam adaquationis. Et nomina quidem scinduntur, natura vero individua. « Sic Pater vocari Filius nequit, neque Filius « Pater, ne in Sabellii sententiam incidamus. »

Animadversio.

« Vide orbis terrarum lumen et magistrum, quanam ratione, cum Spiritus fontem Patrem indicasset, fluvium ex fonte exsilientem Filium, fluvii aquam Spiritum, expresse prohibeat fluvium « fontem appellari. Si itaque Filius fons non est, « qua ratione ex eo Spiritus sanctus procedit? »

Refutatio.

Tu quidem exemplum fontis fluvii, et aquæ ab aurei sermonis doctore in Trinitatis, quæ nulli similitudini obnoxia est, similitudinem desumptam ad demonstrandum nobis objicis, Spiritum non esse etiam ex Filio, quod tibi scopus potissimus

[30] Jerem. II, 12, 13. [31] Isa. LXVI, 12.

est. Verumtamen hoc accommodatius adaptatur dictis eorum theologicis, qui asserunt Spiritum ex Patre per Filium esse, unde nullo obstante sequitur, ex utroque Spiritum decerni. Quemadmodum enim aquam per fluvium ex fonte emanantem, ex utroque effundi, nullus est, qui negat, sic et Spiritus per Filium promanans ab utroque exsilit. Quod si ex eo quod Chrysostomus vetat, fluvium fontem vocari, tu quoque nobis prohibes, ne fontem esse Spiritus Filium asseveremus, scito te a regula et præscriptione veritatis aberrantem, hæc prohibere, et magno Athanasio, necnon Chrysostomo ipsi contradicere. Licet enim hic aureus Pater clare rationem reddens, ob quam quispiam fluvium vocare fontem non valeat, neque rursus fontem fluvium : Et ratio est, quod inter se nomina non permutantur, ne in Sabellii sententiam incidamus, hæc ille de dictis nominibus fontis, fluvii, et aquæ protulit quæcunque illa sint; verumtamen in oratione sua de sacramento baptismatis, cujus illud principium est : « Rursus nobis beati Davidis spiritalis cithara , » hunc in modum, nec hæsitanter locutus est : « Propterea Salvator ostendit semetipsum fontem vitæ, et aquam vivam Spiritum sanctum. » Et in rebus theologicis pertractandis magnus Athanasius oratione de Unigeniti Verbi incarnatione, et de S. Triade, cujus principium est, « Qui malitiose divinas Scripturas intelligere volunt, » sic ait : « Propterea David canens Domino effatur : Apud te fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. Novit siquidem apud Patrem Filium esse fontem Spiritus sancti. » Quæ cum agnoveris Patres nostros Chrysostomum et Athanasium effari, cave ne in posterum impudenter, et parum considerate dicas, Filium non esse fontem Spiritus, attenteque considera, qua ratione opprobrium effugias, si, cum tu dixeris, Si ergo non est fons Filius, quomodo procedit ex hoc Spiritus sanctus? Italus inducat illud : Quodsi fons Spiritus Filius est, quomodo non procedit ex eo Spiritus sanctus?

Πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν οὐδὲ ἔξωθεν (εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν), ἀλλ' ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει. Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καθώσπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ Πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. Ὅτε τοίνυν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τοῦ τε Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐχὶ πάντως μίαν ἐξουσίαν ἔξουσι διηρημένως τε ἅμα καὶ συνημμένως; Πατὴρ γὰρ ὁ Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱὸς, καὶ Υἱὸς ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχὶ Πατὴρ, πλὴν ὁ Πατὴρ ἐν Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν Πατρί. Δίδωσί γε μὴν τὸν Παράκλητον, ἤτοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἰδίᾳ μὲν ὁ Πατὴρ, ἰδίᾳ δὲ ὁ Υἱός Χορηγεῖται δὲ μᾶλλον τοῖς ἀξίοις παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ. Διὰ γάρ τοι τοῦτο διδόναι λεγομένου τοῦ Πατρὸς ὁ δι' οὗ τὰ πάντα δίδωσιν ὁ Υἱὸς, καὶ διδομένου λεγομένου τοῦ Υἱοῦ ὁ ἐξ οὗ τὰ πάντα δίδωσιν ὁ Πατήρ. Ὅτι δὲ θεῖόν τε τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτεροούσιον ὡς πρὸς αὐτόν γε, φημὶ, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, οὐδενὶ μὲν οἶμαι τῶν εὖ φρονούντων ὑπάρχειν ἀμφίβολον, καὶ ἀναγκαῖος δὲ ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος. Εἰ γὰρ οὐκ εἰναί τις αὐτό φησιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, πῶς ἂν εἴη Θεοῦ μέτοχος ἡ κτίσις, ἔτι λαβοῦσα τὸ Πνεῦμα, κατὰ τίνα δὲ τρόπον ναοὶ Θεοῦ χρηματιοῦμεν καὶ ἐσόμεθα, κτιστὸν, ἢ ἀλλογενὲς νομιζόμενοι Πνεῦμα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸ ἐκ Θεοῦ; Πῶς δὲ θείας φύσεως κοινωνοὶ κατὰ τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς οἱ Πνεύματος μέτοχοι, εἰ γεννητοῖς ἐναρίθμιόν ἐστι καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐξ αὐτῆς ἡμῖν τῆς θείας φύσεως πρόεισιν, οὐ διικνούμενον δι' αὐτῆς εἰς ἡμᾶς ὡς ἀλλότριον, ἀλλ', ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότης ὥσπερ τις τῆς θεότητος ἐν ἡμῖν γενόμενον, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις κατοικοῦν, καὶ ἀπτόμενον αὐτῶν διαπαντὸς, εἰ τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν διὰ πάσης ἐπιεικείας ἀποκαθαίροντες, καὶ διὰ τῆς εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνενδότου σπουδῆς συντηροῖεν ἑαυτοῖς τὴν χάριν; »

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ, ὅτι « Τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, » φησίν· « Οὐ γὰρ δήπου πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταβησόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴεσθαι μεθεκτὸν ἐν τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ Πατρί· ὥσπερ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μετ' ὀλίγα τῆς περικοπῆς· « Πῶς δ' ἂν καὶ ὅλως δίχα ποτὲ τοῦ ἰδίου Πνεύματος ὁ Λόγος νοοῖτο; Ἦ γὰρ οὐκ ἄτοπον ἀνθρώπου κεχωρίσθαι λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, κατά τε τὸν τῆς φύσεως ὅρον, καὶ εἰς ὁλόκληρον τοῦ ζώου τὸν ἀπαρτισμόν; Τίνα οὖν τρόπον ἀπομεριοῦμεν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὕτως ἐμπεφυκὸς καὶ οὐσιωδῶς ἡνωμένον, δι' αὐτου τε προκύπτον καὶ ὑπάρχον ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι νομίζεσθαι παρ' αὐτόν; » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἀπαράλλακτος ἡ τοῦ Χριστοῦ ὁμοιότης πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχεόμενον Πνεῦμα. »

tire, sed quemadmodum unusquisque nostrum proprium in se ipso spiritum continet, et ab intimis visceribus ad exteriora profundit. Hoc enim propter corporeæ Christus insufflavit, ostendens hoc signo quemadmodum ab ore humano corporeo humanus spiritus egreditur, sic ex divina substantia Deitati congruenter, qui ab ea est Spiritus profunditur. Quando igitur ipse Spiritus Dei Patris et Filii est, quomodo Pater et Filius unam potestatem distincte simul atque conjunctim prorsus non habebunt? Pater enim Pater est et non Filius, et Filius Filius et non Pater, et tamen Pater in Filio et Filius in Pater est. Et Paracletum non seorsim Pater et seorsim Filius præbet. Donatur vero potius sanctis a Patre per Filium. Propterea quæ cum Pater dicitur dare, ille per quem omnia Pater donat, Filius est et cum Filius dicitur dare, ille per quem omnia donat est Pater. Quod vero ejusdem cum Patre atque Filio substantiæ Spiritus est, nemo recte sapiens ambiget, et necessario demonstratio persuadebit. Nam si Spiritus substantialiter Deus non est, quomodo creatura, eo accepto, Dei particeps efficitur? Aut quomodo templa Dei erimus, creatum aut alterius substantiæ Spiritum, et non potius eum qui ex Deo est, accipientes? Quomodo divinæ naturæ, ut sancti viri testantur, participes fiunt, qui Spiritum acceperunt, si creaturis Spiritus connumeratur, et non potius ex ipsa nobis natura divina promanat, neque per ipsam ad nos veluti extraneum pertransit, ut ita dicam, quasi deitatis quædam qualitas ad nos pervenit, et in sanctis inhabitat, et continuo subsequitur, si menti oculos perfecta sui ipsorum moderatione sese expurgaverint, et contentioso ad virtutes omnes studio gratiam in semetipsis conservarint. »

Idem in dictum : « Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo [11], » ait : « Nunquam enim ad tantam temeritatem descendemus, ut participatione in Filio secundum naturam Spiritum esse credamus ; et non potius substantialiter, quemadmodum ipsi etiam Patri adhærescentem : quemadmodum enim Patris ita et Filii Spiritus est. » Et post pauca ejusdem pericopes : « Quomodo autem absque proprio Spiritu Verbum intelligi potest? Annon esset absurdum si quis ab homine hominis Spiritum, qui in illo est, separatum esse affirmaret, rationem naturæ secutus, et integrum animalis statum conservare prætendens? Quomodo igitur a Filio Spiritum separabimus, qui sic innatus ei est, ita substantialiter conjunctus, et per eum prodiens, in ipso ita naturaliter est, ut aliud esse præter ipsum intelligi nequeat. » Et paucis additis : « Immutabilis est identitas Filii ad Spiritum, qui proprius ejus est, quique ex eo secundum naturam profunditur. »

[11] Marc. I, 10.

Idem libro v ad Hermiam : « Si itaque dicitur character paternæ hypostasis, inseparabiliter simul et adhærenter intellige coexsistere, et veluti ipsius, qui eum generavit speciem : cum vero splendor quasi humilis emicantis præfulgentisque mente volvito, quasi ex Patre in exterius emigrationem, neque prorsus abalienatus ab hypostasi, ex qua est, neque in totum contractus, veluti vero prominens ut secundum se ipsam subsistat, et propriam exsistentiam. »

Idem in dictum : « Sicut tu me misisti in mundum, et ego mitto eos in mundum[30], » ait : « Proprius Dei et Patris Spiritus est : sed non minus etiam proprius Filii est, non ut alius atque alius, aut divisim in utroque intellectus, et inexsistens ; sed quoniam in Patre et ex Patre secundum naturam Filius est, cum sit fructus verus substantiæ ejus, proprium Patris Spiritum secundum naturam possidet, qui profunditur quidem ex Patre, per Filium autem creaturis donatur, non ministerii modo, qui servili rationi subjicitur, sed, sicut mox dixi, ex ipsa quidem substantia Dei et Patris prodiens, profusus autem ad eos, qui digni sunt, per consubstantiale Verbum, a quo est secundum emissionem adesse atque subsistere, manetque in ipso, et est semper conjunctim simul atque divisim. Subsistere enim Filium dicimus, et in Spiritu suo eum esse, et Spiritum rursus in eo confitemur. Spiritum vero Patris, Filii quoque Spiritum esse, et Patre mittente, sive distribuere promittente, illum sanctis distribuit quoque Filius propter identitatem essentiæ, quam habet cum Patre. »

Idem in dictum : « Et testimonium perhibuit Joannes, quia, Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo[31]. »—« Insultabit autem iterum atque iterum contentionis cupidus hæreticus, atque effuso risu illudens dicet : Quid rursus nobis ad hæc, o amica capita, respondetis, aut quem sermonem comminiscemini, quod scriptum est novis cavillis invertentes? Ecce Spiritum descendere refert ad Filium. En ungitur a Deo et Patre ; quod non habet videlicet accipit : idque testimonio suo confirmat Psalmista, cum dicit ad Filium, « Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis[32]. » Quomodo ergo erit Filius in perfecti Patris consubstantialitate, qui talis non est, ideoque perunctus? Ad hujusmodi homines, qui reverendam veritatem ecclesiastici dogmatis et Scripturarum rectos sensus pervertunt, opportune illud dicere possumus ; Expergiscimini, ebrii, e vino vestro, ut fulgentissimam veritatis lucem videntes, nobiscum ad Filium clamare possitis : « Vere Filius Dei tu es[33]. » Si enim credis Deum ipsum natura, quomodo perfectionem non possidet? Jam etiam

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν· « Εἰ τοίνυν λέγοιτο χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, ἀχωρίστως τε ἅμα καὶ προσπεφυκότως συνυπάρχοντα νόει, καὶ οἱονεὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ τοῦ γεγεννηκότος· ἡνίκα δ' ἂν καὶ ἀπαύγασμα μονονουχὶ φωτὸς προέντος τε καὶ ἀπαστράψαντος, εἰς νοῦν ἔχε τὴν ἐκ Πατρὸς οἱονεί πως εἰς τὸ ἔξω διεκδρομὴν, οὔτε εἰς ἅπαν ἀπηλλαγμένως τῆς ὅθεν ἐστὶν ὑποστάσεως, οὔτε μὴν εἰσάπαν συνεσταλμένως, προεκκύπτουσαν δὲ ὥσπερ εἰς τὸ ὑφεστάναι καθ' ἑαυτὴν, καὶ εἰς ὕπαρξιν ἰδικήν. »

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ, « Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, » φησίν· « Ἴδιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμά ἐστιν· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἴδιόν ἐστι καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον ἢ μεριστῶς ἐν ἑκατέρῳ νοούμενόν τε καὶ ὑπάρχον· ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ Πατρὸς καὶ ἐν Πατρὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καρπὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ τοῦ Πατρὸς ἴδιον Πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, χεόμενον μὲν ἐκ Πατρὸς, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ Υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, οὐ κατά τινα τρόπον διακονικὸν, ἤγουν τὸν ἐν ὑπουργίᾳ νοούμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, χεόμενον δὲ τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις διὰ Λόγου τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότος, κατ' ἔκφανσιν δηλονότι τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντός τε καὶ ὄντος ἀεὶ προσεχῶς τε ἅμα καὶ μεμερισμένως. Ἰδιοσυστάτως μὲν γὰρ εἶναί φαμεν τὸν Υἱὸν, ἐνυπάρχειν δὲ αὐτῷ ἰδίως γεννήτορι, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν γεννήσαντα. Ὅτι δὲ τὸ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα Πνεῦμα φαίνεται τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς πέμποντος, ἤτοι πάλιν ὡς ἴδιον, ὁ Υἱὸς διὰ τὴν ταυτότητα τῆς διανέμειν ἐπαγγελλομένου τοῖς ἁγίοις αὐτὸ διαδίδωσι οὐσίας, ἧς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα. »

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, « Καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης λέγων, ὅτι, Τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, » φησίν· « Ἀνασκιρτήσει δὲ ἴσως ὁ φιλεγκλήμων αἱρετικὸς, καὶ πλατὺ γελάσας ἐρεῖ· Τί πάλιν ἡμῖν, ὦ οὗτοι, καὶ πρὸς τοῦτό φατε ; ἢ ποῖον ἐξυφανεῖτε λόγον, κατασοφιζόμενοι τὸ γεγραμμένον ; Ἰδοὺ τὸ Πνεῦμα καταβαίνειν φησὶν ἐπὶ τὸν Υἱόν. Ἰδοὺ καταχρίεται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ὅπερ δὲ οὐκ ἔχει λαμβάνει δηλαδὴ, συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ μελῳδοῦ καὶ λέγοντος ὡς πρὸς αὐτὸν, « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἐν ὁμοουσιότητι τοῦ τελείου Πατρὸς ὁ μὴ τοιοῦτος Υἱὸς καὶ διὰ τοῦτο χριόμενος ; Πρὸς δὴ τοῦτο φάναι δεῖ ὑπολαμβάνω τοῖς τὰ σεμνὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀνατρέπουσι δόγματα, καὶ τὴν τῶν γεγραμμένων ὀρθότητα διαστρέφουσιν· Ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες ἐξ οἴνου αὐτῶν, ἵνα δύνησθε τὸ λαμπρὸν τῆς ἀληθείας περιαθρήσαντες κάλλος, σὺν ἡμῖν ἀναβοῆσαι πρὸς τὸν Υἱὸν, « Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς εἶ. » Εἰ γὰρ ὅλως πιστεύεις Θεὸν εἶναι κατὰ φύσιν αὐτὸν, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι τὸ τέλειον·

[30] Joan. xx, 21. [31] Marc. i, 10. [32] Psal. xliv, 8. [33] Matth. xiv, 33.

ὥρα γὰρ ὑμᾶς καὶ εἰς αὐτὸν ἤδη δυσσεβεῖν τὸν Πατέρα. Πόθεν γὰρ αὐτὸς, ὡς φῄς, ἐξ ἀνάγκης ἕξει τὴν τελειότητα; Πῶς δὲ οὐχὶ πρὸς τὴν τοῦ γεννήματος ὕφεσιν τὴν ὡς καθ' ὑμᾶς ἀτελῆ κατοικισθήσεται παραδεξαμένην ἅπαξ ἐν Υἱῷ τῆς θείας οὐσίας τὸ μὴ δύνασθαι μὴ ἔχειν τὸ τέλειον κατά γε τὸν παρ' ὑμῖν ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον λόγον; Οὐ γὰρ δήπου τὴν μεγάλην ἐκείνην καὶ ἀκήρατον φύσιν εἰς διαφόρους καταμεριοῦμεν λόγους, ὡς εἶναι μὲν ἐν τῷδε τυχὸν ἀτελῆ, τελείαν δ' αὖ πάλιν ἐν ἐκείνῳ. Ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος ὅρος εἷς κατὰ πάντων ἐστὶ καὶ ἶσος ἐν πᾶσιν ἡμῖν. Ἕλαττον δέ τις ἄνθρωπος καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος; ἀλλ' οὐδὲ πλέον ἑτέρου καταληφθήσεται. Ἀγγέλου δὲ, οἶμαι, διοίσει κατ' οὐδὲν ἕτερος ἄγγελος, κατά γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν, ἄγγελοι δηλαδὴ, διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοειδίας, εἰς μίαν ἅπαντες ἀναδεσμούμενοι φύσιν. Πῶς ἂν οὖν ἡ θεία καὶ ἁπάντων ὑπερανίσχουσα φύσις ἐν ἐλάττοσι τῶν γεννητῶν ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὴν ἀγαθοῖς ὀφθήσεται, ὑπομενεῖ δὲ πάθος, ὃ παθεῖν οὐκ εἶδεν ἡ κτίσις; Πῶς δὲ ὅλως ἔσται καὶ ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος, εἴπερ ἐν αὐτῇ φανεῖται τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀτελές; Συγκείσεται γὰρ δι' ἀμφοῖν, εἴπερ οὐχ ὅμοιον τῷ τελείῳ τὸ ἀτελές. Εἰ μὲν γὰρ ὅμοιόν ἐστι, καὶ τὸ διαλλάττον οὐδὲν ἐν αὐτοῖς, πᾶν ὅπερ ἂν εἴη τέλειον, ἀδιαφόρως ἔσται καὶ ἀτελὲς, καὶ εἴ τι πάλιν ἀτελὲς, τοῦτο καὶ τέλειον, καὶ οὐδὲν ἐν Υἱῷ κατηγόρημα, κἂν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις τὸ τέλειον ἔχων οὐ φαίνηται. Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὑπερβαλεῖται τὸν Υἱὸν ἐπὶ τελειότητι μαρτυρούμενος· καὶ λέλυται πάλιν ἡμῖν τὸ ζητούμενον. Εἰ δὲ πολὺς ἀποτειχίζει λόγος τοῦ τελείου τὸ ἀτελὲς, δέχεται δὲ καὶ ἡ θεία φύσις κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα, σύνθετος ἄρα καὶ οὐχ ἁπλῆ. Ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχὸν ὡς ἀσυμφυῆ τέ ἐστι καὶ ἀσυνύπαρκτα κατὰ ταυτὸν ἐν ἑνὶ τῳ ὑποκειμένῳ τὰ ἐναντία, ὡς ἐν σώματι τυχὸν ὁμοῦ χρῶμα λευκὸν καὶ μέλαν. Καλῶς γε, ὦ φίλος, καὶ μάλα γοργῶς τοῖς ἡμετέροις ἐπηγωνίσω λόγοις. Εἰ γὰρ μία τίς ἐστιν ἡ θεία φύσις, καὶ παρ' αὐτὴν οὐχ ἑτέρα, πῶς ἄν, εἰπέ μοι, τῶν ἐναντίων γένοιτο δεκτική; πῶς δὲ καθ' ἕν τι τὸ ὑποκείμενον, τὰ ἀλλήλοις ἀνόμοια συμβήσεται; Θεοῦ δὲ ὄντος κατὰ φύσιν τοῦ Πατρὸς, Θεός ἐστι κατὰ φύσιν καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ οὐδὲν ἄρα διοίσει κατά γε τὸ εἶναι τέλειος ὡς πρὸς τὸν Πατέρα, τῆς θείας αὐτοῦ καὶ τελειοτάτης οὐσίας ἐκπεφυκώς. Εἰ γὰρ οὐκ ἀνάγκη τέλειον εἶναι πάντως τὸν ἐκ τελείου γεννήτορος, εἴ περ ἐστὶν αὐτοῦ καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, καθάπερ γέγραπται, ἀλλ' οἶμαι πᾶς τις ἡμῖν συνερεῖ καὶ συνθήσεται. Ἴθ λεγέτω πάλιν εἰς μέσον ἐλθὼν, κατὰ τίνα τρόπον τοῦ τελείου Πατρὸς ἀπαράλλακτος ἔσται χαρακτὴρ ὁ Υἱὸς, οὐκ ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ εἶναι τέλειος, κατὰ τὴν τινῶν δυσβουλίαν; Ἐπειδὴ δέ ἐστι καὶ χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν, τέλειος ἄρα καὶ αὐτὸς, ὡς ἐκεῖνος· οὗ καὶ ἔστιν εἰκών. Ἀλλ' εἶδε, φησὶν, ὁ Ἰωάννης ἐξ οὐρανοῦ τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ἐπὶ τὸν Υἱὸν, καὶ ἐπακτὸν ἔχει τὸν ἁγιασμόν. Δέχεται γὰρ ὡς οὐκ ἔχων δηλαδή. Ὥρα δὴ οὖν ἀναφανδὸν, ποίημα μὲν

A vos in ipsum Patrem impie obloquimini. Unde namque Pater perfectionem habebit necessario? Aut quomodo ad imminutionem Filii, qui secundum vos imperfectus est, Pater etiam ipse non depelletur, si semel divina substantia imperfectionem in Filio susceperit? Non enim, ut arbitror, audebitis secundum insipientem ac male morigeratum vestrum sermonem in diversas rationes substantiæ divinam immortalemque naturam ita incidere, ut in altero perfecta, in altero imperfecta esse videatur, præsertim cum videatis humanæ naturæ rationem unam ac eamdem in omnibus esse, nec minus aliquid aut majus hominem homine, in quantum homo est, possidere. Nec angelus ab angelo, ea ratione, qua uterque angelus est, qua B videlicet ad unam speciem atque naturam omnes concludantur differre unquam poterit. Quomodo igitur natura deitatis, quæ super hæc omnia incomparabiliter est, minora possidebit, quam creatura? Quomodo inæqualitatem eam suscipiet natura incorruptibilis, cujus corruptibilia susceptiva non sunt? Quomodo simplex atque incomposita erit, si perfectum atque imperfectum in ea inest? Dissimilia enim hæc sunt, ex quibus eam constare falso arbitramini. Si enim similia essent, nec inter se differrent perfectum atque imperfectum, omne perfectum esset, et contra. Quare nec Filius imperfectior Patre, nec Pater perfectior Filio, quamvis ita verbis a vobis dicatur. Si vero permultum interest inter perfectum et imperfectum, et utriusque deitatis natura susceptiva est, non simplex, sed composita erit. Sed dicet fortassis quispiam, non simul in eodem esse posse subjecto, quæ contraria sunt; sed seorsim ac per successionem, ut in corpore color, modo albus, modo niger. Probe tu quidem, o amice, ac cito conversus pro nobis pugnasti. Nam si una deitatis natura est, nec altera præter eam excogitari potest, quomodo contrariorum est susceptiva? vel quomodo uni eidemque subjecto, quæ inter se contraria sunt, simul accident? Pater enim natura Deus est, et Filius simul natura Deus. Nulla ergo differentia perfecti et imperfecti inter Patrem et Filium est, qui ex perfectissima substantia Patris emanavit. Annon D est necesse perfectum esse genimen perfectissimi genitoris? quod et incommutabilis imago, et character suæ hypostaseos est? ita prorsus omnes assensuros arbitror, aut in medium veniens dicat, Quomodo perfecti Patris character, atque imago est hypostaseos, non habens sua natura, quod perfectus sit, ut quidam temere dicunt? Quoniam vero character, atque imago est, non aliter certe atque ille perfectus est, cujus imago est. Sed Joannes, ait, vidit de cœlo ad Filium Spiritum descendere, quare et deforis habet sanctificationem Filius, in quem quasi non habentem sanctificator Spiritus descendit. Advertis quam manifeste Filium Dei creaturam esse prædicas, vix magni aliquid ei attribuens, cum similiter atque cæteræ creaturæ

perfici, atque sanctificari bonorum largitione forinseca ipsum arbitraris? Et quomodo non falsus erit evangelista dicens, a plenitudine ipsius nos omnes accepisse? Quomodo enim suapte natura plenus erit, si ab alio accipit? Aut quomodo vere Deus Pater erit, si Unigenitus creatura est, et non Filius? Verbo namque solummodo, non re ipsa Pater, et similiter unigenitus vocabulo tantummodo Filius, non vere Filius erit. »

A λέγειν αὐτὸν, ὀλίγῃ μόλις ὑπεροχὴ τιμώμενον, ἐν ἴσῃ δὲ τάξει τοῖς ἄλλοις τελειούμενόν τε καὶ ἁγιαζόμενον καὶ ἐπίκτητον ἔχοντα τὴν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν; Εἶτα πῶς οὐ διαψεύσεται λέγων ὁ Εὐαγγελιστὴς ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν; Πῶς γὰρ ἔσται πλήρης ἐν ἰδίᾳ φύσει λαμβάνων αὐτὸς παρ' ἑτέρου; ἢ πῶς ἂν ὅλως νοοῖτο Πατὴρ ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ ποίημα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον Υἱὸς ὁ μονογενής; Ψευδώνυμος γὰρ ἂν οὕτως ἔχει, καὶ αὐτὸς ἔσται Πατὴρ, ἀληθείᾳ δὲ οὐδαμῶς ὁ Υἱὸς, νόθον ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ἀξίωμα, καὶ μέχρι γυμνῶν ῥημάτων τὴν προσηγορίαν.

Sanctus Cyrillus in expositione Evangelii secundum Joannem, in dictum, « Cum autem venerit Paracletus[31], » inquit: Ecce enim, ecce Spiritum veritatis, sui ipsius nempe nuncupans, ex Patre illum procedere ait. Nam sicut Filii Spiritus est B naturaliter in ipso manens, et per ipsum progrediens, sic certe Patris quoque Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ii profecto substantialiter disseparari non possunt. Nemo enim impiorum nos ad ea, quæ intelligere nefas est, verbis suis impellere conetur. Nemo, inquam, spiritum Patris per Filium ut per ministrum mitti ad creaturas credat. Nam etiam id nonnulli dicere veriti non sunt. Sed potius inde credendum est, quoniam Spiritus sic proprius Filii est, sicut sane ipsius quoque Dei Patris, idcirco ad sanctificandos suos sanctos discipulos ab eo mitti. Si vero non erubescunt aliquo modo et audacter audent intelligere et enuntiare, ministrum nobis et servum mittendi Spiritum Filium a Patre, non erit incongruum ad C eos dicere: Fatui et cæci non sentitis ad quænam præcipitia ruitis, Unigeniti gloriam minuentes, et frivolas rationes per imperitiam excogitantes? Si enim in ministri loco collocatus Spiritum a Patre Filius largitur, quomodo non erit necesse alienum prorsus a substantia Filii Spiritum confiteri, et forte etiam ipso et multis parasangis præstantiorem, si vestræ imperitiæ locum demus? Nam si ex Patre, id est ex substantia Patris Filius secundum vos non procedit, quomodo Spiritus supra Filium in loco excelsiori non collocabitur? Quid præterea respondebimus, cum Filius clare dicat, « Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis[32]? » Ad hæc, illud quoque necessario consequetur, si enim ministerium servile explere Filium existimatis alienum vobis, qui nempe Dei et Patris natura sua divinum Spiritum suppeditavit, non erit utique natura Filius sanctus, sed participatione quemadmodum vos. Namque asserunt impii ignavi ac desides, alienum esse a substantia Patris, ex qua progreditur Spiritus, qui ab ipso suppeditatur. Possibile igitur erit, si proprius Filii Spiritus non est, sed forinsecus etiam ipse sicut creatura sanctificatur, hanc eum aliquando quæ in eo est sanctificationem amittere. Quod enim exterius uti additum acquiritur, quomodo abire non poterit

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, εἰς τὸ, « Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, » φησίν· « Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστιν ἑαυτοῦ, τὸν Παράκλητον εἰπὼν, παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαί φησιν. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. Οἷς δὲ τὸ Πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα. Μὴ γὰρ δή τινες ἡμᾶς τῶν δυσσεβεῖν εἰωθότων τοῖς ἐξ ἀμαθείας ἀποκομιζόντων λόγοις εἰς ἃ μὴ θέμις ἐννοεῖν, ὡς ὑπουργικήν τινα χρείαν ἀποπληρῶν ὁ Υἱὸς, τὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα τῇ κτίσει διακονεῖ. Καὶ τοῦτο γὰρ ἀσυνέτως τινὲς οὐ κατέδεισαν εἰπεῖν. Πιστεύειν δὲ μᾶλλον ἀκόλουθον ὡς, ἐπείπερ ἴδιόν ἐστιν αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀποστέλλει τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς πρὸς ἁγιασμόν. Εἰ δὲ δὴ νομίζουσι τρόπον τινὰ, καὶ δριμὺ νοεῖν τε καὶ λέγειν, διάκονον ἡμῖν καὶ ὑπουργὸν κἀν τούτῳ δὴ πάλιν τὸν Υἱὸν εἰσκομίζοντες, πῶς οὐκ ἀκόλουθον εἰπεῖν· Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, πῇ δὴ πάλιν ἰόντες ὑμεῖς οὐκ αἰσθάνεσθε, καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς κατεπαίρεσθε δόξης, ἐκ τῆς ἐνούσης ὑμῖν ἀμαθίας ἀθλίους συνείροντες λογισμούς; Εἰ γὰρ ὅλως χορηγεῖ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐν ὑπηρέτου τινὸς τάξει λελογισμένος, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν ὡς ἀλλότριον μέν ἐστι παντελῶς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τάχα δὲ ἄμεινον αὐτοῦ, καὶ κατὰ πολὺ κρεῖττον, ἂν περ οὕτως ἔχῃ κατά γε τὴν παρ' ὑμῖν ἀμαθίαν; Εἰ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὁ Υἱὸς καθ' ἡμᾶς, πῶς οὐκ ἐν ἀμείνοσι νοοῖτ' ἂν τὸ Πνεῦμα παρὰ τὸν Υἱόν; Εἶτα τί φαμεν, ὅταν ἀκούσωμεν λέγοντος περὶ αὐτοῦ ὅτι « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν; » Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀκεῖνο λοιπὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰσβήσεται. Εἰ γὰρ ὑπουργίαν διακονικὴν ἀποπληροῦν οἴεσθε τὸν Υἱὸν τὸ ἀλλότριον ἡμῖν, τουτέστι τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κεχορηγηκότα ἅγιον ὂν κατὰ φύσιν Πνεῦμα, οὐ κατὰ φύσιν ἅγιο, ὁ Υἱὸς, κατὰ μέθεξιν δὲ, ὥσπερ ἡμεῖς. Λέγεται γὰρ κατὰ τὴν τῶν δυσσεβῶν ἀμαθίαν ἀλλότριος εἶναι τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐξ ἧς καὶ πρόεισι τὸ Πνεῦμα τὸ δι' αὐτοῦ χορηγούμενον. Ἔσται τοίνυν τῶν ἐνδεχομένων, εἴπερ οὐκ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' εἰσποιητὸν ἔχει καὶ αὐτὸς τὸν

[31] Joan. xv. 26. [32] Joan. xvi. 14.

ἁγιασμὸν, καθάπερ ἡ κτίσις, καὶ ἀποπεσεῖν δύνασθαί ποτε τῆς ἐνούσης ἁγιότητος αὐτῷ. Τὸ γὰρ ὡς ἐν τάξει προσθήκης ἐπικτηθὲν, πῶς οὐκ ἂν ἀπογένοιτο κατά γε τὸν τοῦ ἐγχωροῦντος λόγον; Εἶτα τίς τῶν τοιούτων οὐκ ἀποδραμεῖται δογμάτων; Πρεπωδέστερον δὲ οἶμαι τὸ οὕτως εἰπεῖν· φίλη τοιγαροῦν ἡμῖν ἡ ἀλήθεια, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀληθείας δόγματα, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ἡμεῖς οὐχ ἑψόμεθα, τὴν δὲ τῶν ἁγίων Πατέρων ἰχνηλατοῦντες πίστιν, ἴδιον εἶναι φαμὲν τοῦ Υἱοῦ τὸν Παράκλητον, τουτέστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐκ ἐπεισκρινόμενον ἔξωθεν, οὐδὲ ἐπίκτητον ἐν αὐτῷ, καθάπερ ἐστὶν ἐν τοῖς ἁγιότητος δεκτικοῖς, οἷς καὶ ἐκ μὴ ὄντων ἡ γένεσις, ἀλλ' ὁμοούσιον αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ ἂν οὐκ εἰς πολύθεον ἡμῖν μυθολογίαν ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων οἰκήσεται δύναμις, ἀλλ' εἰς ἕνα θεότητος λόγον ἡ ἁγία Τριὰς ἀνασφίγγεται. Ἐν ταυτῷ τοιγαροῦν καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἑνότητα παραδείκνὺς ἑαυτοῦ τέ φημι καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸν Παράκλητον εἶναι λέγων, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαί φησιν. ἀπελέγχει τε σαφῶς καὶ ἀναμφιλόγως θεομάχον ὁλοκλήρως τὸν χριστομάχον. Ὁ γὰρ ὅλως ἐμπαροινεῖν ἐθελήσας τῷ Υἱῷ πεπλημμεληκὼς ἂν εἰκότως καὶ εἰς αὐτὸν νοοῖτο τὸν ἐξ οὗπερ ἐστιν. Ὅταν τοίνυν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸ ἐμὸν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. Μαρτυρήσει δὲ πῶς; Ἐνεργῆσαν γὰρ ἐν ὑμῖν τε καὶ δι' ὑμῶν τὰ παράδοξα, μάρτυς ἔσεται δίκαιός τε καὶ ἀληθὴς τῆς ἐμῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας, καὶ τῆς ἐν δυνάμει μεγαλειότητος. Ἐμὸν γὰρ Πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν, ὥσπερ δὲ ἐμὸν, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, » φησίν· « Ὅταν οὖν ἔλθῃ ἐκεῖνος, τουτέστιν ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Βλέπε δὲ ὡς ἐγρήγορεν ἡ φωνὴ, ὅρα τοῦ λόγου τὴν νῆψιν. Προειρηκὼς γὰρ ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὠνόμασεν αὐτὸν, τουτέστιν ἑαυτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Ἵνα γὰρ εἰδεῖεν οἱ μαθηταὶ ὡς οὐκ ἀλλοτρίας καὶ ξένης αὐτοῖς δυνάμεως ἐπιφοίτησιν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑτέρως ἐπιδώσει ἐπαγγέλλεται, πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστιν ἑαυτοῦ, τὸν Παράκλητον ἀποκαλεῖ. Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται Πνεῦμα, πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον, ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο τυχὸν ἰδιοσυστάτως. Τὸ τοίνυν, φησὶ, τῆς ἀληθείας Πνεῦμα πρὸς ὅλην ὑμᾶς καθηγήσεται τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν. Ὡς γὰρ εἰδὼς ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν, ἧς καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, οὐκ ἐκ μέρους αὐτὴν ἀποκαλύψει τοῖς σεβομένοις αὐτὸν, ἀνθήσει δὲ μᾶλλον ὁλοκλήρως τὸ περὶ αὐτῆς μυστήριον. Εἰ γὰρ καὶ νῦν, ἐκ μέρους γινώσκομεν ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἀλλ' ὡς ἐν γνώσει μικρᾷ, σῶόν τε καὶ ἀσινὲς ἡμῖν τὸ τῆς ἀληθείας ἐνήστραψε κάλλος. Ὥσπερ οὖν οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ, κατὰ τὸν

A secundum jam adductam rationem? Sed quis hanc perversitatem dogmatum non effugiet? Sed accommodatius, ut reor, dicendum fuerit, amica nobis veritas est, et quæ ex ea nascuntur dogmata, et eos nos nullo modo sequemur, sed sanctorum Patrum filem investigantes, proprium esse Filii Spiritum Paracletum, Spiritum sanctum nempe, non extrinsecus introvectum, neque adventitium in ipso, sicut in illis, qui sanctitatem possunt suscipere, et ex nihilo producuntur, sed ei consubstantialem, quemadmodum est et Patri, confitemur. Hoc enim modo non in multorum fabulas deorum ecclesiasticorum dogmatum robur decidet, sed in unam rationem deitatis Trinitas constringetur. Eodem ergo tempore et sui ipsius essentiæ identi-
B tatem et Dei Patris ostendens, Spiritum veritatis Paracletum nuncupans, a Patre eum procedere dicit, sicque qui Christum oppugnat, Dei hostem palam et absque ulla hæsitatione esse comprobat. Qui enim Filio insultat, injurius merito in eum, ex quo Filius est, censendus est. Cum itaque venerit Paracletus, ait, Spiritus veritatis, meus scilicet, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quomodo vero perhibebit? Magna in vobis et per vos miracula faciens, justus verusque divinæ meæ potestatis, et in virtute magnitudinis testis. Spiritus enim meus est, qui operatur in vobis, sed sicut meus est, sic et Dei et Patris. »

C Idem in illud, « Non enim loquetur a semetipso. Cum autem venerit ille, Paracletus nempe, Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem[36], » inquit: Vide vocem vigilem, vide verbi sobrietatem. Cum enim prædixisset Paracletum ad eos venturum, Spiritum veritatis eum nominavit, hoc est suimetipsius. Ipse enim est veritas. Namque ut addiscerent discipuli, non alienam, neque peregrinam a se missurum virtutem, sed seipsum, alio quodam modo eis pollicetur, veritatis Spiritum, id est suum missurum. Non enim alienus a substantia Unigeniti Spiritus sanctus intelligitur, sed ex ea naturaliter progreditur, non aliud ab ipso exsistens, si naturæ identitas consideretur, licet in persona propria concipiatur. Hic ergo, ait, veritatis Spi-
D ritus ad omnem vos veritatis cognitionem deducet: nam uti accuratus veritatis cognitor, cujus Spiritus est, non eam ex parte sed colentibus eum integre revelabit, et potius ejusdem absolute mysterium florescet. Nam etsi ex parte in hac vita cognoscimus, ut ait Paulus, non manca tamen, sed integra, et illæsa veritatis nobis pulchritudo refulsit. Ut igitur « Nemo scit, quæ hominis sunt, ut scriptum est, nisi spiritus hominis qui in eo est[37], » sic neque ut existimo, quin imo ut Paulus dicit, nemo scit quæ Dei sunt, nisi Spiritus qui in eo est. Cum au-

[36] Joan. xvi, 13. [37] I Cor. II, 11.

tem venerit, ait, non loquetur a seipso quidquam, pro eo quod est, prudentes vos reddet, et arcana veritatis revelabit, non loquetur prorsus quidquam quod mihi non placeat, neque peregrinis vos disciplinis instruet. Neque enim proprias fortasse leges ferret. Cum vero Spiritus, et quasi mens mea sit, loquetur omnino quæ in me sunt. Et hæc Dominus ait, non ut ministri locum habere Spiritus sanctus videatur, ut imperite a nonnullis prædicatur, sed ut ejusdem esse cum Filio substantiæ confirmaretur. Sed ut potius certiores redderet discipulos, secundum essentiæ rationem a se ipso non esse diversum. Hæc prorsus loquetur, et operabitur, et concupiscet. Propterea quæ præmisit, quod etiam ventura annuntiabit vobis, ac si diceret, id signum vobis erit, ex mea substantia Spiritum esse, et mentem esse quasi meam, dum ille quemadmodum et ego futura prædicet; prædixi enim etsi non potuistis omnia intelligere. Itaque non posset ille uti et ego futura prædicere, nisi omnino in me esset, et per me progrederetur. »

Idem in dictum, « Sicut me misit vivens Pater, et ego vivo propter Patrem [28], » lib. IV, cap. 18. Quemadmodum enim lumen de lumine esse dicitur, sic et vita ex vita. Et quemadmodum quæ luce indigent, per Filium Deus et Pater illuminat per lumen proprium Filium : et qui sapientiam admittere possunt, per propriam sapientiam sapientes facit, et quæ robore indigent per robur rursus proprium corroborat, sic quæ vita egent, per vitam propriam et quæ per ipsum effunditur, Filii nempe vivificat. «

Idem in illud : « Ille me clarificabit : quia de meo accipiet [29], » inquit : « Glorificat quidem Filium Paracletus, hoc est proprius illius Spiritus, qui omnia potest, qui omnia novit. Clarificat vero quomodo? Quæ enim scit potestque Spiritus illius, quomodo ipse non noverit aut poterit? Etsi, ut ipse ait, Spiritus ab ipso accipit, licet omnia possit ac perficiat, quomodo ipse non possederit illud, quod rebus in omnibus validissimum est? Sed enim illud certo tenendum est, nullo modo Paracletum, hoc est Spiritum, propriæ naturalis innatæque potentiæ indigum esse : adeo ut, si non accipiat non possit ipse ex se ipso ad rerum divinarum, operationem perfectivam aliquid conferre. Sed quicunque hæc vel mente tenus cogitare vera esse, impietatis quam maximæ crimen subierit. Cum vero consubstantialis sit Filio, et emanat divina quadam ratione per ipsum, omnem ejus habens virtutem, et perfectissimam operationem, propterea dicit, « De meo accipiet. » Persistere namque per se Spiritum credimus, esseque re vera, quod est et dicitur : et cum insit in substantia Dei, emanat, atque progreditur ex illa, omnia illius in semetipso

[28] Joan. 6, 58. [29] Joan. XVI, 13.

αὐτὸν οἶμαι τρόπον, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν, οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν αὐτῷ. Ὅταν οὖν ἔλθῃ, φησὶν, οὐ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀντὶ τοῦ, συνετεῖ μὲν ἡμᾶς, καὶ τὸ περὶ τῆς ἀληθείας ἀποκαλύψει μυστήριον, λαλήσει γε μὴν οὐδὲν παντελῶς τῶν ἀπᾳδόντων ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ ξένον ὑμῖν εἰσηγήσεται μάθημα. Οὐ γὰρ ἰδίους τυχὸν εἰσοίσει νόμους. Ἐπειδὴ δὲ πνεῦμα καὶ οἱονεὶ νοῦς ἐστιν ἐμὸς, λαλήσει δὴ πάντως τὰ ἐν ἐμοί. Καὶ τοῦτό φησιν ὁ Σωτὴρ, οὐχ ἵνα νοῶμεν ὑπουργικὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τήν τινων ἀμαθίαν, πληροφορῆσαι δὲ μᾶλλον ἐθελήσας τοὺς μαθητὰς ὡς οὐχ ἕτερον ὂν παρ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ κατά γε τὸν ἐν ὁμοουσιότητι λόγον. Ταῦτα δὴ πάντως λαλήσει καὶ ἐνεργήσει καὶ βουλήσεται. Διὰ γάρ τοι τοῦτο προστέθεικεν ὅτι καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν, μονονουχὶ λέγων, σημεῖον τοῦτο ἔσται ὑμῖν, ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οἷον ἐμός ἐστι νοῦς, τὸ ἐρεῖν αὐτὸν τὰ ἐσόμενα, καθάπερ ἐγώ. Προείρηκα γὰρ, εἰ καὶ μὴ δεδύνησθε πάντα μαθεῖν. Οὐκ ἂν οὖν ἄρα, καθάπερ ἐγὼ, προερεῖ τὰ ἐσόμενα, μὴ οὐχὶ πάντως ἐν ἐμοί τε ὑπάρχον, καὶ δι' ἐμοῦ προϊόν. »

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐν τῷ δ' βιβλίῳ ἐν κεφαλαίῳ τη', εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, « Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα. » Ὡς γὰρ φῶς ἐκ φωτὸς εἶναι λέγεται, οὕτω καὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς· καὶ ὥσπερ τὰ φωτὸς δεόμενα φωτίζει ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ φωτὸς ἰδίου τοῦ Υἱοῦ, καὶ σοφοῖ τὰ σοφίας δεκτικὰ, ὡς διὰ σοφίας ἰδίας, καὶ δυναμοῖ τὰ δυνάμεως χρῄζοντα ὡς διὰ δυνάμεως πάλιν ἰδίας, οὕτω ζωοποιεῖ τὰ ὅσα περ ἐστὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δεόμενα ζωῆς διὰ ζωῆς ἰδίας, καὶ ἐξ αὐτοῦ προχεομένης, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ. »

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » φησίν· « Δοξάζει τοιγαροῦν τὸν Υἱὸν ὁ Παράκλητος, τουτέστι τὸ ἴδιον αὐτοῦ Πνεῦμα, πάντα ἰσχύον, καὶ πάντα εἰδός. Δοξάζει δὲ πῶς; Ἃ γὰρ οἶδε καὶ δύναται τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ πῶς ἂν αὐτὸς οὐκ εἰδοίη τυχόν; ἢ πῶς οὐκ ἂν δύναιτο; καὶ εἰ, καθάπερ αὐτός φησιν, ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα, καίτοι πάντα ἰσχύον καὶ κατορθοῦν, πῶς ἂν αὐτὸς οὐκ ἔχοι τὸ ἐφ' ἅπασιν ἰσχυρόν; Ὑποτοπτέον δὲ οὐδαμῶς ἰσχύος ἐπιδεᾶ τῆς ἐμφύτου καὶ φυσικῆς καθεστάναι τὸν Παράκλητον, τουτέστι τὸ Πνεῦμα, ὡς εἰ μὴ λαβὸν τύχοι μηδ' ἂν ἐξαρκέσειν αὐτὸν ἑαυτῷ δύνασθαι πρὸς τὴν τῶν θείων κατορθωμάτων ἐνέργειαν ἀποτελεστικήν. Δυσσεβείας γὰρ ἂν τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ὑπομεῖναι γραφὴν, καὶ σφόδρα εἰκότως, ὁ καὶ μόνον οἰηθεὶς ἀληθές τι τῶν τοιούτων εἶναι περὶ αὐτοῦ, Ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιόν τε ἐστι τῷ Υἱῷ, καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐφ' ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ τοῦτό φησιν ὅτι, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Ὑφεστάναι γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ Πνεῦμα πιστεύομεν, εἶναί τε κατὰ ἀλήθειαν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγεται, ἐνυπάρχον γε μὴν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ, προ-

κύπτει τε καὶ πρόεισιν ἐξ αὐτῆς πάντα τὰ αὐτῆς ἔχον ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς. Οὐ γὰρ κατὰ μέθεξιν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τρόπον σχετικὸν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἕτερον ὂν παρ' αὐτὴν, ἐπείπερ ἐστὶν ἴδιον αὐτῆς. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἡ ἐκ τῶν εὐοσμοτάτων ἀνθέων εὐωδία λαβοῦσα τρόπον τινὰ τῶν προσόντων αὐτοῖς τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν ἐνέργειαν, ἤτοι ποιότητα, διακομίζει τοῖς ἔξω τὴν γνῶσιν, τοῖς ὀσφραντικοῖς τοῦ σώματος μορίοις ἐμπίπτουσα, καὶ δοκεῖ μέν πως, ὅσον ἦκεν εἰς ἐπινοίας λόγον, ἑτέρα τις εἶναι παρὰ τὴν πέμπουσαν αὐτὴν φύσιν, νοουμένη γε μὴν οὐκέτι καθ' ἑαυτὴν ἑτέραν ἔχει φύσιν, ἢ τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ἐστιν· οὕτω νοήσεις ἐπί τε Θεοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τὸν τοῦ παραδείγματος ἀναβαίνων λόγον. Ἀκατηγόρητον οὖν ἄρα παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κείσεται, τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ Μονογενοῦς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Προϊὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει τελείως, λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. »

Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » φησί. « Χαρακτῆρα πάλιν εἰλικρινῆ τε καὶ ἀκριβέστατον τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς ἑαυτὸν ὑμῖν κἀν τούτοις εὖ μάλα δέδειχεν ὁ Υἱὸς, διδωσί τε δι' ὧν ἔφη νοεῖν ὅτι καρπὸς ὑπάρχον τῆς οὐσίας αὐτοῦ, πάντα τὰ αὐτῆς κατὰ φύσιν ἑπάγεται, ἰδιά τε εἶναί φησι, καὶ μάλα εἰκότως. Διατέμνοντος γὰρ, ἤτοι διιστάντος οὐδενὸς εἰς ἀλλοτριότητα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ὅσον ἦκεν εἰς τὸ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὅμοιόν τε καὶ ἴσον δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατέρα, διαλαμπούσης τε τῆς οὐσίας ἐν ἀμφοῖν οὐχ ἑτεροτρόπως, πῶς οὐκ ἂν εἶεν ἥδη κοινὰ, μᾶλλον δὲ ταυτὰ ἐν ἀμφοῖν, ὡς εἶναι μὲν ἐν Υἱῷ τὰ τοῦ Πατρὸς, ἐν δὲ τῷ τεκόντι τὰ τοῦ γεννήματος; Διὰ γὰρ τοῦτο, καθάπερ ἐγῷμαι, μετὰ ὁριμείας τινὸς τῆς ἐπιτηρήσεως, τοὺς περὶ τούτων ἡμῖν ἐποιήσατο λόγους. Ἔφη γὰρ, οὐχ ὅτι πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἔχω κἀγώ· ἵνα μὴ ψιλή τις εἰκὼν ἡ κατὰ μόνην νοουμένη τὴν ἰσοτυπίαν, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡραϊσμοῖς μεμορφωμένη νοῆται πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, καθάπερ οὖν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, γενόμενοι γὰρ κατ' εἰκόνα Θεοῦ· ἀλλ' ἐμὰ, φησὶν, ἐστὶ, τὴν εἰς ἄκρον ἕνωσιν ἣν ἔχει πρὸς τὸν γεννήσαντα, καὶ τὴν τῆς ὁμοουσιότητος δύναμιν, ἐν ἀπαραλλάκτοις οὖσαν τοῖς ἰδιώμασιν, ἐν ἀμοῖν διὰ τούτου παραδεικνύς. Τοῦτο δ' ἂν ἴδοις καὶ μάλα σαφῶς ἐν ἑτέροις λέγοντα πρὸς τὸν Πατέρα· « Πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ σά ἐστι καὶ τὰ σὰ ἐμά. Οἷς γὰρ ὅλως ἔνεστι τὸ διαλλάττον οὐδὲν, καὶ ἡ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν οὐσιώδης ἰσότης τε καὶ ἐμφέρεια, πῶς οὐκ ἂν εἶεν ταυτὰ τῇ φύσει; Ἔχει τοίνυν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐξ ἑαυτοῦ τε καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἴδιον Πνεῦμα, τουτέστι τὸ ἅγιον, δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ἐναυλίζεταί τε καὶ ἀποκαλύπτει μυστήρια, οὐκ ἐν τάξει τῇ ὑπουργικῇ παραλαμβανομένου πρὸς τοῦτο, μὴ γὰρ οἰηθῇς τι τοιοῦτον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τε ὄντος οὐσιωδῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊόντος ἀμερίστως τε καὶ ἀδιαστάστως, ὡς ἴδιά τε διερμηνεύοντος τὰ ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗπερ ἐστιν.

naturaliter habens. Non enim participatione, aut habitudine, nec ut alius ab illa, sed uti proprius illius. Quemadmodum enim florum odoratissimorum suavis odor, modo quodam essentiali, ac naturali, quæ illis adhæret, operationem, aut qualitate accepta, extraneis offert cognitionem in corporis membra, quæ olfactui deserviunt, incidens, et videtur quidem, quantum humanus intellectus capere potest, alius esse ab ea, quæ ipsum emittit natura introspecta : vero mentis, acie nullam aliam in semetipsa naturam continet, quam eorum ex quibus est : pari modo de Deo sanctoque Spiritu ratiocinare, supra exempli rationem mente sublatus. Nihil igitur prorsus detrahitur Spiritus, et accusationem supra omnem est, si concipiatur Spiritus aliquid ab Unigenito accipere : nam cum per illum naturaliter progrediatur, cum omnibus, quæ absolute habet, perfecte ab eo sua habere dicitur. »

Idem in illud : « Omnia quæcunque habet Pater mea sunt : propterea dixi vobis, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis[30], » inquit : « Characterem rursus exactum atque sincerum hypostaseos paternæ his se verbis Filius ostendit : intelligereque facit per quæ dixit, eum sit fructus substantiæ Patris, omnia quæ ejus sunt secundum naturam attrahere, ita ut proprie sua merito sint, et appellentur. Cum enim nihil a Patre Filius penitus differat, neque ab ea natura in aliam traducatur, est illi per omnia similis et æqualis, absque eo solo quod Pater sit. Cumque in utroque eadem substantia eodem modo præfulgeat, quomodo non erunt communia, imo vero eadem quæ in utroque sunt ; ut quæcunque in Patre sunt, eadem etiam in Filio sint? Et quæcunque in Filio eadem similiter in generante. Ideo, ut ego puto, exquisitissima est usus oratione, de his sermonem habens; namque dixit, Non quæcunque habet Pater ego habeo : ne imago quædam nuda atque abjecta intellectu formata, et exterioribus ornamentis figurata, ad primitivum typum concipiatur, quemadmodum nos ipsi, qui ad imaginem Dei formati sumus, esse videatur. Sed mea sunt, ait, identitatem substantiæ absolutissimam, quam habet erga Patrem, et consubstantialis virtutem, in proprietatibus incommutabilibus ostendens, quod alibi etiam ad Patrem sermonem dirigens ait ; « Omnia mea tua sunt, et tua mea[31]. » In quibus enim nulla differentia est, sed substantiæ identitas maxima, et æqualitas quomodo illis eadem omnia natura non erunt? Habet enim Deus et Pater ex sese et in sese Spiritum proprium, Spiritum nempe sanctum, per quem in sanctis inhabitat, et mysteria revelat, non eo tanquam ministro ad id utens, nihil enim tale conceperis, sed ut per eum qui in ipso est, substantialiter, et ex eo inseparabiliter et indivisibiliter emanat, et uti propria interpretatur ea, quæ sunt ejus in quo est : non enim ali-

[30] Joan. xvi, 15. [31] Joan. xvii, 10.

ter creaturis associatur, nisi per Filium in Spiritu. Verumtamen hic Spiritus Unigeniti etiam proprius est. Consubstantialis enim Patri Filius est. Quoniam ergo, inquit, Dei et Patris proprium est, in Spiritu proprio dignis revelari, et per eum quæcunque voluerit, operari, ideo mihi etiam naturaliter proprius est : ob eamque causam dixi, « Ex meo accipiet et annuntiabit vobis. » Nullum vero obturbetur, cum acceptionis nomen intelligit, sed potius in animum revocet illud, et probe concipiet, quæcunque de Deo dicuntur, enuntiari quidem a nobis, sed non eodem modo intelligi, sed sublimiori. Pari modo dicimus Spiritum ex Patre et Filio, quæ illorum sunt accipere, non quia non habuerit aliquando cognitionem et potestatem, et tum vix tandem habuerit, cum illam accepit. Semper enim sapiens et omnipotens Spiritus est : imo vero re ipsa sapientia et virtus, non participatione, sed naturaliter, exempli causa, aromatum odor naribus nostris objectus prodit virtutem illorum naturaliter ac semper habens, et cogitatione quidem illum concipimus non ab aliis emergere, quam ab iis ipsis a quibus virtutem desumit, et quæ commonstrat, non alienum atque adventitium, sed ex iis ipsis quibus inest : tale quid imo etiam sublimius de Deo et Spiritu sancto meditare Quasi enim odor substantiæ ejus vivens, et patens, a Deo primaria omnium essentia ad creaturas quæ illius sunt transportat, et participationem per se ipsam communicat. Quod si aromatum odor propriam virtutem eorum vestimentis relinquit, et quodam modo in seipsam transmutat ea, in quibus adhæsit, quomodo Spiritus sanctus, qui ex Deo naturaliter est, per seipsum divinæ naturæ participes eos efficere, in quos advenerit? Fructus ergo et character paternæ hypostaseos cum sit Filius, omnia illius secundum naturam attrahit. Propterea que dicit, « Quæcunque habet Pater mea sunt; propterea dixi vobis, de meo accipiet, et annuntiabit vobis [33]. » Spiritus videlicet, qui per eum et in eo est, per quem in sanctis ut ille inhabitat. Non enim aliud præter eum Spiritus ejus est, licet in propria hypostasi subsistere intelligatur et separatim. Spiritus enim Spiritus est, et non Filius. »

Ὁμιλεῖ γὰρ οὐχ ἑτέρως τῇ κτίσει Θεὸς, εἰ μὴ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Ἀλλ' ἴδιον γὰρ Πνεῦμα τοῦτό ἐστι καὶ τοῦ Μονογενοῦς· ὁμοούσιος γάρ ἐστι τῷ Πατρί. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶν, ἐνυπάρχον φαίνεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸ ἐν Πνεύματι τῷ ἰδίῳ τοῖς ἀξίοις ἀποκαλύπτεσθαι ἐνεργεῖν τε καὶ δι' αὐτοῦ τὰ ὅσαπερ ἂν βούληται, κἀμοὶ δὲ τοῦτο πρόσεστι φυσικῶς· διὰ ταύτην εἴρηκα τὴν αἰτίαν ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Ταραττέσθω δὲ μηδεὶς, ὅταν ἐν τούτοις ἀκούῃ τὸ τῆς λήψεως ὄνομα, διενθυμείσθω δὲ μᾶλλον ἐκεῖνο, ὡράσειε γὰρ ἂν ὀρθῶς, ὅτι πάντα τὰ περὶ Θεοῦ λαλεῖται μὲν καθ' ἡμᾶς, νοεῖται γε μὴν οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμᾶς, λαμβάνειν τε οὕτω τὸ Πνεῦμά φαμεν, ἔκ τε τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὰ αὐτῶν, οὐχ ὡς ποτὲ μὲν οὐκ ἔχον τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς γνῶσίν τε καὶ δύναμιν, ἔχον δὲ πότε μᾶλις, ὅταν νοῆται λαμβάνον. Ἀεὶ γὰρ σοφὸν καὶ δυνατὸν τὸ Πνεῦμά ἐστι, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα σοφία καὶ δύναμις, οὐκ ἐκ μετοχῆς τῆς τινὸς, ἀλλὰ φυσικῶς, ὥσπερ δ' ἂν φῶμεν τὴν ἐκ τῶν ἀρωμάτων ταῖς ἡμετέραις ὀσφρήσεσι προσβάλλουσαν εὐωδίαν ἑτέραν μὲν ὅσον ὡς πρὸς αὐτὰ, εἰ ταῖς ἐπινοίαις δοίη τις ἄν, προεκκύπτειν γε μὴν οὐχ ἑτέρως οἴοιτο τυχὸν, ἢ τῶν ἐξ ὧνπερ ἐστὶ δεχομένην τὴν δύναμιν εἰς ἔνδειξιν ἑαυτῆς, οὐκ οὖσάν γε μὴν ἑτέραν διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν τε καὶ ἐν αὐτοῖς πεφυκέναι. Τοιοῦτόν τι, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦτο νοήσεις ἐπί τε Θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οἱονεὶ γὰρ ὀσμή τίς ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ ζῶσά τε καὶ ἐναργὴς, διακομίζουσα τῇ κτίσει τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ἐντιθεῖσα δι' ἑαυτῆς τὴν μέθεξιν. Εἰ γὰρ ἡ τῶν ἀρωμάτων εὐοσμία τὴν ἰδίαν ἰσχὺν ἐναπομάττεται τοῖς ἐσθήμασι, καὶ μετασκευάζει τρόπον τινὰ πρὸς ἑαυτὴν τὰ ἐν οἷς ἂν γένοιτο, πῶς οὐκ ἂν ἰσχύσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπείπερ ἐστὶν ἐκ Θεοῦ φυσικῶς, κοινωνοὺς τῆς θείας ἀποτελέσαι φύσεως; δι' ἑαυτοῦ τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο; Καρπὸς οὖν ἄρα καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, πάντα τὰ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐπάγεται. Διὰ τοῦτό φησιν· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτό εἶπον ὑμῖν ὅτι « ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » τὸ Πνεῦμα δηλονότι, τὸ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ὡς αὐτὸς ἐνοικεῖ. Οὐ γὰρ ἕτερον παρ' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, κἂν ὑπάρχειν νοῆται καθ' ἑαυτὸ καὶ ἰδίως. Πνεῦμα γὰρ τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐχ Υἱός.

Theodorus Raythenus oratione dogmatica, quæ incipit : «Absurdum existimo, recteque illud reputo. » Longe a principio, dicit : » Ne miremur, dum Dominus vocat exitum a Patre, utriusque progressionem, « Ego enim, inquit, a Patre exivi, et venio [33]. » Rursusque « Spiritus, qui a Patre procedit [34]. Licet enim hic et exire, et procedere idem notet, Spiritui nihilominus magis proprie adaptavit processionem, quemadmodum sibimetipsi generationem. »

Θεόδωρος ὁ τῆς Ραϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Ἄτοπον οἶμαι, καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα· » Μετὰ πολλὰ πάνυ φησὶν· « Μὴ θαυμάζωμεν δὲ λέγοντος τοῦ Κυρίου ἔξοδον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τὴν ἑκατέρου πρόοδον. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω. » Καὶ πάλιν, « Τὸ Πνεῦμα ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. » Εἰ γὰρ καὶ τὸ ἐξελθεῖν καὶ τὸ ἐκπορευθῆναι ταυτὸν ἐνταῦθα σημαίνει· τῷ Πνεύματι γοῦν τὴν ἐκπόρευσιν μᾶλλον κατ' ἐξαίρετον ἥρμοσεν, ὥσπερ ἑαυτῷ τὴν γέννησιν. »

[33] Joan. xvi, 15. [33] ibid. 26. [34] ibid. xv, 26.

Ἐν τοῖς πραχτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, ἐν οἷς λέγουσιν οἱ ἐπίσκοποι πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου, εἴρηται οὕτω· « Λέγει οὖν περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἡ θεία Γραφή, Κλινεῖ ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης ἐκπορευόμενος δηλονότι ἐκ τῆς ἀληθοῦς πηγῆς τῆς ζωῆς τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος, καθά φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις· Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. »

A In actis primæ synodi Nicænæ in responsione episcoporum ad philosophum per Leontium episcopum hæc habentur : « Dicit itaque de Filio Dei divina Scriptura, Declinabit super ipsos tanquam fluvius pacis procedens, ex vero nempe fonte vitæ, Patris divinitate, uti Dominus in Evangelio dicit, Ego ex Patre exivi, et venio. »

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Ϛ'.

Ἐπειδή εἰσί τινες μὴ καταδεχόμενοι ἐκεῖνο τὴν εὐαγγελικὴν δύνασθαι ῥῆσιν, τῆς Πνεῦμα ἀληθείας τὸ ἅγιον λέγουσαν Πνεῦμα, ὅπερ, δύναται καὶ ἡ ῥῆσις ἡ λέγουσα ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι· ἔτι δὲ διενιστάμενοι μηδὲ εἰς ἰσοδύναμον ἔννοιαν λέγεσθαι τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατεστρώθησαν αἱ παροῦσαι γραφικαὶ χρήσεις εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἰσοδυνάμου τῶν τοιούτων εὐαγγελικῶν ῥήσεων.

EPIGRAPHE VI.

Cum nonnulli sint, qui non admittunt evangelicum dictum, quo asseritur Spiritus sanctus esse spiritus veritatis, quod notat et illud aliud, quo affirmatur, ex Patre ipsum procedere : prætereaque contendunt non eumdem intellectum in se continere, ex Patre procedere, et ex Filio accipere Spiritum sanctum, præsentes scripto traditæ auctoritates digestæ sunt, ad similium dictorum æquales vires comprobandas.

Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου καὶ Ἀρείου λόγοις φησί· « Τὴν μὲν πρὸς τὸν Πατέρα οἰκειότητα νοῶ, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τὴν πρὸς Υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ ἀκούω· Εἴ τις δὲ Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. »

Magnus Basilius in sermonibus contra Eunomium et Arium, « Ergo Patrem consortium intelligo, cum ex Patre procedat : erga Filium vero, cum audio, Si quis Spiritum Christi non habet, hic illius non est [38]. »

Ὁ αὐτὸς περὶ τὸ τέλος τοῦ β' τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων αὐτοῦ φησίν· « Πῶς δὲ οὐ φανερὸν ἔχει τὸν κίνδυνον διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, τοῦτο μὲν τοῦ Ἀποστόλου συνημμένως ἡμῖν παραδιδόντος, καὶ νῦν μὲν Χριστοῦ λέγοντος, νῦν δὲ τοῦ Θεοῦ ἐν οἷς γράφει, « Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ » καὶ πάλιν· Ὑμεῖς δὲ οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβετε, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ » τοῦτο δὲ τοῦ Κυρίου, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας λέγοντος, ἐπειδὴ αὐτὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. »

Idem in secundo contra Eunomium Antirrhetico in fine : « Quo pacto autem dividere Spiritum a Deo, non habet manifestum periculum. Partim Apostolo conjunctim nobis tradente, et modo Christi Spiritum dicente, et modo Dei, ubi scribit, « Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. » Et rursus : « Vos autem non spiritum mundi accepistis, sed Spiritum qui ex Deo est [39] : partim vero Domino, quoniam ipse veritas est, Spiritum veritatis dicente a Patre quoque procedere. »

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ιη' τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιόν φησιν· « Ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθὼν, οὐ γεννητῶς, ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὡς Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, τῆς μὲν οἰκειότητος δηλουμένης ἐντεῦθεν, τοῦ δὲ τρόπου τῆς ὑπάρξεως ἀῤῥήτου φυλασσομένου. Ἀλλὰ καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ λέγεται ὡς ᾠκειωμένον αὐτῷ κατὰ φύσιν.

Idem in decimo octavo capite ad Amphilochium : « Ex Deo esse dicitur, non sic ex Deo veniens, quemadmodum ex Deo sunt omnia, sed tanquam ex Deo progrediens, non generatus quemadmodum Filius, sed tanquam Spiritus oris ejus. Unde sic declaratur illius consortium, et ineffabilis essentiæ modus servatur. Sed et Spiritus Christi dicitur, uti naturaliter cum illo affinitatem habens. »

Ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, « Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, » φησίν· « Ἐν ταυτῷ τοιγαροῦν καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἑνότητα παραδεικνὺς ἑαυτοῦ τέ φημι καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸν Παράκλητον, εἶναι λέγων, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαί φησιν. Ἀπελέγχει τε σαφῶς καὶ ἀναμφιλόγως θεομάχον ὁλοκλήρως τὸν χριστομάχον. Ὁ γὰρ ὅλως ἐμπαροινεῖν ἐθελήσας τῷ Υἱῷ, πεπλημμεληκὼς ἂν εἰκότως καὶ εἰς αὐτὸν νοεῖτο τὸν, ἐξ οὗπερ ἐστιν. Ὅταν τοίνυν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸ ἐμὸν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται,

Sanctus Cyrillus interpretatione in Joannis Evangelium in illud : « Cum itaque Paracletus [37], » ait : « Eodem ergo tempore et sui ipsius essentiæ identitatem et Dei et Patris ostendens, Spiritum veritatis Paracletum nuncupans, a Patre eum procedere dicit. Sicque qui Christum oppugnat, Dei hostem se palam et absque ulla hæsitatione esse comprobat. Qui enim Filio insultat, injurius merito in eum, ex quo Filius, censendus est. Cum itaque venerit Paracletus, ait, Spiritus veritatis, meus scilicet, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quomodo vero perhibebit? Magna in vobis et per vos miracula faciens justus,

[38] Rom. VIII, 9. [39] I Cor. II, 12. [37] Joan. XV, 26.

verusque divinæ meæ potestatis, et in virtute magnitudinis testis. Spiritus enim meus est, qui operatur in vobis, sed sicut meus est, ita et Dei Patris. »

A ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ· Μαρτυρήσει δὲ πῶς; Ἐνεργῆσαν γὰρ ἐν ὑμῖν τε καὶ δι' ὑμῶν τὰ παράδοξα, μάρτυς ἔσεται δίκαιός τε καὶ ἀληθὴς τῆς ἐμῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας, καὶ τῆς ἐν δυνάμει μεγαλειότητος. Ἐμὸν γὰρ Πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν, ὥσπερ δὲ ἐμὸν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. »

Idem expositione in Joannem in illud : « Cum itaque Paracletus venerit, » ait : « Ecce enim ecce Spiritum veritatis, hoc est suimetipsius Paracletum insinuans, ex Patre eum procedere tradit. Quemadmodum enim est Spiritus proprius Filii naturaliter in illo exsistens, et per illum progrediens, ita et Patris. Quibus vero Spiritus communis est, illis erunt quoque, et quæ essentiæ, non separata, aut sejuncta. »

Jam typis editus fuerat Photii *De Spiritus sancti mystagogia* liber, cum autumno anni 1857, Florentiæ in Laurentiana bibliotheca alium ejusdem operis codicem (1) nactus est editor, qui refutationem ejusdem continebat in nullo alio codice inventam. Has porro ἀντιῤῥήσεις celeberrimi patriarchæ Joannis Vecci sive Becci fetum esse, licet ejus nomen non præ se ferant, ex multis indiciis argumentisque judicabat (2), tum externis tum potissimum internis. Nam præterquam quod hoc scriptum inter media Becci legitur opera præcedentia et subsequentia, et quod Photii liber eodem modo ac in alio hujus viri opere (3) dicitur, ad Eusebium quemdam philosophum directus in inscriptione asseritur, non solum Beccus inter schismatis patronos a se confutatos etiam Photium diserte nominat (4), verum etiam ad aliud scriptum provocat, ubi fusius clariusque demonstraverit, Photium non zelo veritatis ac divinæ gloriæ, sed odio et contentionis studio Romanæ Ecclesiæ dogmata impugnasse (5), quod in nullum ejusdem librum adeo bene quadrat, quam in nostrum, præsertim cum alibi, in oratione *De unione Ecclesiæ* et in libris *ad Theodorum Sugdææ episcopum*, nonnisi (6) breviter et una cum aliis rebus Photiana quædam sophismata perstrinxerit. Præterea universa pugnandi ratio ad eum controversiæ statum pertinet, qui sæculo decimo tertio obtinebat, auctorque magis ævi hujus schismatiros ob oculos habet, quam Photium ejusque cœvos. Stylus Joannem patriarcham omnino redolet; ipsius sententiæ ac verba in aliis libris frequenter adhibita fere ubique recurrunt, multa verbotenus cum his consentiunt (7). Solet enim Beccus quæ alibi dixerat, sæpenumero repetere ac suis gaudet argumentis vocabulisque, dum ejus discipuli Constantinus Meliteniota et Georgius Metochita, licet re ipsa ejus argumentis innixi, tamen quoad elocutionem et dispositionem ab ipso differunt. Demum omnia, quæ peculiaria sunt Becci, in opere nostro recurrunt. Quoad rem ipsam nihil fere novi et alias non dicti liber offert, dignus tamen ob auctoris dignitatem et celebre nomen, qui cæteris scriptis in *Græcia orthodoxa* collectis adjungatur. Cæterum in quibusdam etiam propria sua exhibet documenta et in aliis ea illustrat et perficit, quæ in aliis libris disputata erant. Tota vero disputandi ratio Patribus Ecclesiæ Græcæ innititur, ita ut ostendatur, absurdas eas consequentias, quas Photius ex Latinorum dogmate deducit, non magis hos quam illos ferire, et crimina ab illo Italis seu Romanis impacta eodem jure doctoribus Orientalibus posse inuri. Vir enim præclare doctus, cujus vita nimiis agitabatur procellis, non singulas eas subtilitates, quibus Photius pro re sua pugnarat, limatius pertractavit; neque id neces-

(1) Laur. plut. VIII cod. 26 p. 174 seq. (Bandin, catal. p. 384 n. 19) de quo vide Præfat. ad Phot. *De Spir. S. mystagogia* § IX nota 2.

(2) Theologische Quartalschrift. 1858 fasc. IV, p. 562 seq.

(3) Lib. ad Theodor. Sugd. III c. 4 (Gr. orthod. t. II p. 138)

(4) *De libris suis* Gr. orth. II p. 8, 9.

(5) *De injusta depositione* orat. II. c. 7. Gr. orthod. t. II p. 48. Vide infra Refut. X ad Photii c. 11.

(6) Gr. orth. t. I, p. 61, seq., t. II, p. 95 seq.

(7) Plura ejusmodi in notis ad textum ipsum exhibuimus.

sarium, ut videtur, habuit, sed festino calamo, prout tempore opportuno potuit, sophismata illa disjecit, ne suorum civium animos nimium occuparent. Videtur autem eo tempore Photii liber, quem jam ante sæculum Hugo Etherianus Constantinopoli legerat, a multis lectitatus exceptusque fuisse. Sane Jobus hieromonachus, Jasites dictus, Josephi Galesiotæ patriarchæ discipulus, in Apologia sua, quæ exstat in Cod. Vindobon. (1) et in Monac. Gr. 68 sæc. XVI f. plura habet, quæ mediate saltem ex hoc Photiano opere desumpta facile credi possunt. Ita accusat Latinorum dogma ut divinarum hypostaseon proprietates, quibus solis Trinitas est Trinitas, confundens, iisdem propemodum quibus Photius utitur (c. 35) verbis, ac compendio eadem crimina illis impingit, quæ Photius late enumeraverat. Hinc in notis ad hanc ineditam Apologiam aliquoties respeximus.

(1) Lambec. Bibl. Cæs. V. p. 227 ed. vet.

ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΑ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΟΝ Ο ΦΩΤΙΟΣ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ ΕΥΣΕΒΙΟΝ ΕΓΡΑΨΕ,

ΟΥ Η ΕΠΙΓΡΑΦΗ·

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΣ.

—

REFUTATIO

LIBRI A PHOTIO CONTRA LATINOS AD PHILOSOPHUM QUEMDAM EUSEBIUM CONSCRIPTI,

CUI TITULUS:

DE SACRA SANCTISSIMI SPIRITUS DOCTRINA,

quodque

Sicuti Filius ex solo Patre nasci a sacris oraculis dicitur, ita et Spiritus sanctus ex ipsa sola eademque causa procedere prædicatur, dicitur vero Filii esse utpote ei consubstantialis et per eum missus.

—

PHOTII TEXTUS.

1. In multis quidem majorisque molis libris ea reperiuntur conspersa (*a*) et inserta argumenta, quibus illorum fastus deprimitur, qui veritatem in injustitia detinere (*b*) magna cum contentione conituntur. Quoniam vero magnificum tuum Deique amantissimum studium argumenta illa in synopsin ac compendium redigi postulavit, divina nobis providentia annuente, haud indigna tuo in Deum amore tuoque desiderio hujus rei fiet exsecutio (*c*).

(*a*) Codices cæteri habent ἐσπαρμένοι; hinc Catiforus, *conspersa*. Juxta lect. Laurent. ἐγκατεσπαρμένοι addidimus, *inserta*.

(*b*) Catiforus vertit, « qui veritatem sibi falso et inique vindicant eamque vitiare audent. » Nos notam Bibliorum phrasin retinuimus. Photius in Rom. I, 18 (Catena cod. 762. Vatic. f. 10 b) explicat κατεχόντων καλυπτόντων, γνώμης πονηρίᾳ ἐπισχοτιζόντων.

(*c*) Catiforus, « favente nobis divina clementia

A

ΚΕΙΜΕΝΟΝ ΦΩΤΙΟΥ.

α'. Ἐν πολλοῖς μέν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι πολυστίχοις (1) ἐγκατεσπαρμένοι (2) λόγοις, δι' ὧν ἡ ὀφρὺς κατασπᾶται τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν φιλονεικούντων· ἐπεὶ δὲ τὸ σὸν μεγαλοπρεπὲς (3) καὶ θεοφιλέστατον σπούδασμα σύνοψίν τινα τῶν ἐλέγχων καὶ ὑποτύπωσιν ἐξητήσατο γενέσθαι, τῆς θείας προνοίας εὐμενὲς ἡμῖν ὁρώσης, οὐκ ἀνάξιον τοῦ σοῦ θείου ἔρωτος οὐδὲ τῆς αἰτήσεως (4) τὸ πέρας ἐπιτεθήσεται (5).

sancto huic desiderio tuo ac postulato pro viribus satisfaciemus. »

(1) Mon. 27 f. 4506 : πολυστίχοις.

(2) Allat. de cons. II 6, 4 et Fabric. Bibl. Gr. XI. p. 28 Harl. : ἐσπασμένοι, *al* : ἐσπαρμένοι.

(3) Col. p. 271 : τὸ σὸν ἱεροπρεπὲς, v. 6.

(4) Col. : τῇ αἰτήσει τὸ π.

(5) Marc. 167. Mon. 27. Ottob. 27 : γενήσεται.— Exordium in 7 codicibus a nobis consultis (Vat. Pal. Col. Laur. Ottobon. Monac. Marc.) plane idem est.

β'. Ἐστὶν οὖν κατ' αὐτῶν ὀξὺ καὶ ἄφυκτον βέλος καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἡ Κυριακὴ καὶ θηρίον ἅπαν καὶ πᾶσαν ἀλώπεκα καταβροντῶσά τε καὶ ἐξαφανίζουσα φωνή. Τίς αὕτη; Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ λέγουσα ἐκπορεύεσθαι (1). Ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα μυσταγωγεῖ (2)· καὶ σὺ τελεστὴν ἄλλον ἐπιζητεῖς, δι' οὗ τελεσθήσῃ. μᾶλλον δὲ συντελεσθήσῃ τὴν ἀσέβειαν, καὶ μυθολογεῖς (3), τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι τοῦ Υἱοῦ; Εἰ τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος, καὶ Δημιουργοῦ, καὶ νομοθέτου τὰ δόγματα τῆς σῆς ἠττᾶσθαι παρανοίας ὁρμὴν οὐκ ἔπτηξας; ἀναλαβεῖν, τί ἂν τις ἕτερον ζητήσῃ λαβεῖν, δι' οὗ τὴν σὴν κατάκρατος ἀπελέγξει δυσσεβῆ σπουδήν; Εἰ σὺ τοὺς Δεσποτικοὺς ὑπερορᾷς νόμους, τίς τὴν σὴν εὐσεβῶν οὐ βδελύξεται δόξαν; Τί δ' ἂν σε τοῦ πτώματος ἕτερον (4) ἀναστήσῃ; Τίς δὲ θεραπεία περίνοια τὴν ὁλοσώματον θεραπεύσῃ (5) πληγήν; Οὐχ ἣν ὁ Σωτὴριος ἐπαφῆκε λόγος, ἀλλ' ἣν ἡ ἑκούσιος (6) ἐνεβάθυνε (7) νόσος καὶ τῆς Δεσποτικῆς διδασκαλίας τὸ ἴαμα εἰς ἀμύθητον (8) ἐξ ἀπειθείας μεταβαλεῖν ἐφιλονείκησε δηλητήριον (9). Μᾶλλον δὲ τὴν ὑπέρμαχον καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ῥομφαίαν ὑποδραμόντος τοῦ ζητήσαντος εἰς τὴν ἐκείνων μετατάξασθαι μοῖραν· διό σε καὶ κάτω κείμενον (10) τῇ διστόμῳ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος οὐδὲν ἧττον καὶ ἡμεῖς τὸ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου φίλτρον καὶ πρόθυμον ἐνδεικνύμενοι, ὅσα καὶ λογισμοὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν καθοπλιζούσης ἡμᾶς (11) στρατηγίας εἰς παράταξιν ἀνακινοῦσιν, οὐδὲ τὰ ἐκ ταύτης τραύματα διαφυγεῖν σε φροντίδος ἕξω ποιήσομεν (12).

2. Est igitur contra ipsos acutum atque inevitabile telum, et ante omnia alia (*a*) vox Domini feram omnem ac vulpeculam quamlibet veluti fulgure prosternens atque exterminans (*b*). Quænam ista? Vox ea quæ dicit Spiritum ex Patre procedere. Ex Patre Spiritum procedere Filius ipse sacra sua institutione tradit, et tu alium quæris adhuc doctiorem, qui te imbuat, imo potius inficiat impietate, Spiritumque e Filio progredi fabularis? Si communis Servatoris et conditoris et legislatoris dogmata ut cedant insaniæ tuæ poscis, ac tale concipere desiderium haud exhorruisti, quid, quæso, alius præterea assumere quæret (*c*), quo impium tuum conatum validissime refutet atque convellat? Si tu Dominicas despicis leges, quis pie sentiens tuam haud exsecrabitur opinionem? Quid vero aliud a lapsu te erigere poterit, quænam alia medelæ ratio exitiale tuum sanabit vulnus? Vulnus, quod non a Salvatoris illatum verbo, sed spontanea inflictum et auctum ægritudine, quæ scilicet Dominicæ doctrinæ medicinam in virus mortiferum ex contumacia contendit convertere? Imo cum gladium nobis quidem propitium, hostibus vero infensum (*d*) subierit ille qui ad illorum partes transire concupivit, idcirco te ancipiti Spiritus gladio jam prostratum nihilo tamen minus et nos amorem in communem Dominum paratumque animum ostensuri ne ea quidem vulnera te effugere incuria nostra sinemus (*e*), quæ per ratiocinationes sacræ nostræ theologiæ in acie nos instruentis ac communientis infliguntur (*f*).

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Α'. Ἐπεὶ δεῖν ἡμῖν ἔδοξεν ἅπαξ περὶ Τριάδος ποιουμένοις τὸν λόγον τῇ οὐδενὶ φύσεως ὅρῳ ὑποκειμένης καὶ οὐδένα τῇ φύσει τῶν ὄντων ἀποδείξεως λόγον προσιεμένης, ἐν τῷ κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων ἡμῖν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἀγῶνι πίστιν ἀναπόδεικτον τῶν παρ' ἡμῶν προτεινομένων τὰς γραφικὰς χρήσεις (13) ποιεῖσθαι, ἄτε μὴ ἐνὸν ἄλλως τὴν ἐπὶ δογματικοῖς λόγοις ἀλήθειαν ἀναφαίνεσθαι (14) ἐξ αὐτῆς αὐτίκα βαλβίδος, οὐκ ἀπὸ λογισμῶν καὶ συλλογιστικῶν μεθόδων τὴν ἀπάντησιν

REFUTATIO.

I. Quoniam nobis semel verba facientibus de Trinitate, quæ nulli naturæ termino subjecta est nullamque demonstrationis rationem ex natura rerum exsistentium suscipit, necessarium esse visum est, ut in concertatione adversus illos, qui circa ecclesiasticam pacem nobis adversantur, veritatem propositionum a nobis propugnatarum absque demonstratione ex auctoritatis sententiis tueamur, cum scilicet haud aliter in dogmaticis quæstionibus veritas emicare queat (*g*), ex ipso

(1) Joan. xv, 26.
(2) Sic. Laur. et Col. Alii codd. : τὸ Πνεῦμα ἐκπόρ. μυσταγ.
(3) Col. μυθολογεῖν.
(4) Τίς ἄν σε... ἕτερος Monac. Ott. M.
(5) Col. θεραπεύσει
(6) Ἑκουσία Mon. Ottob. M.
(7) Monac. Marc. Ottob. Pal. ἐμβάθυνε.
(8) Εἰς ἀμύθητον deest in Col., ad marg. εἰς ἀδοήθητον ... s c et Vat.
(9) Ἐξ ἀπ. δηλητήριον μεταβ. ἐφιλ. δηλονότι. Mon. Marc. Ott.
(10) Καὶ add. Mon.
(11) τ. ἱερᾶς καθοπλιζούσης ἡμᾶς Mon. et rel.
(12) Col. ποιήσομαι.
(13) Vox Becco usitatissima ; cf. epigr. Gr. orth. II, p. 522, 544 550 et passim.
(14) Similiter Beccus *In Gamaleri Animadv.* G. O. II, p. 287, 288 : Περὶ γὰρ ἐκκλησιαστικῆς δόξης εἰρήνης ἀπὸ μόνων συγκροτεῖσθαι χρήσεων ἀναγκάζονται γραφικῶν δίχα σοφισμάτων καὶ παραλογισμῶν (ea scil. quæ propugnamus). Cf. eumd. *De libris suis*, n. 2, ibid. p. 2.

(*a*) Catif. « acutum ante omnia alia et ineluctabile telum. » — Omittit alterum καί.
(*b*) Catif. « quæ haud secus ac tonitru quoddam feram omnem omnemque vulpem exterminat. »
(*c*) Catif. « si..... dogmata cedere tuæ deliration postulas, idque postulans non exhorrescis, quid opus est aliud quidquam quærere? »
(*d*) In nota Catiforus aliam dat versionem, « quia gladio, quo nos ab inimicis defendimus, is succubuit. »
(*e*) « Ne istis quidem sauciare vulneribus negligemus. » Catif.
(*f*) Hoc caput Latine dederat jam dudum Hugo Etherianus *De hæresibus quas in Latinos Græci devolvunt*, lib. II, c. 16. (Bibloth. PP. max. Lugdun, t. XXII. p. 1230. H.)
(*g*) Videlicet cum agatur de quæstione, quæ ad

statim illo fundamento, non vero ex ratione et ex syllogistica methodo ad te responsionem faciemus, quoad ea inprimis, quibus Romanam Ecclesiam (*a*) eo quod ex Filio Spiritum progredi dicat, vane fabulari affirmas. Verum adducens in dogmate enarrando eximium S. Cyrillum, qui ex Filio procedentem S. Spiritum theologica ratione prædicat (*b*), duorum tibi optionem concedo : Aut fabulatorem inanem illum vere theologum voces oportet aut ab imprudenti illa criminatione desistas, qua Ecclesiarum matrem (*c*) fabulari ac nugari contendis. Etenim theologiæ os, divinus iste Cyrillus in sacra sua elucubratione in Evangelium secundum Joannem ad verba illa : *Non enim loquetur a seipso*, hæc dicit : *Non enim alienus a substantia Unigeniti Spiritus sanctus intelligitur, sed ex ea naturaliter progreditur.* Et rursum in libro tertio ad Hermiam : *Proinde vide*, inquit, *etiam ex his, ex propria plenitudine insitum ipsi ac proprium Spiritum, per quem omne datum bonum.* Cum igitur ita dixerit magnus Cyrillus Spiritum ex Filio prodeuntem, aut cesses a criminatione tua in Ecclesiarum matrem, aut scias te fabulatorem virum reipsa theologum vocitare. Si vero tam grave mendacium in Romanam Ecclesiam effutiendi inde tibi ansa occasione venit, quod in Evangeliis dicatur Spiritus ex Patre procedere, exinde Filii exclusionem et a Patre separationem in Spiritus processione effingenti, refutaberis una cum falsa tua in Romanos criminatione jam ex eo, quod et in aliis Evangelii locis Patris ponitur nomen haud simul pronuntiato Filii nomine, et quod Filius ibi apte congruenterque intelligitur, ut in altissima divinarum rerum contemplatione versatus Basilius exponit, idque etiam quando vox *solus* Patris nomini additur (*d*). Hic etenim magnus in divinis rebus speculandis Basilius in una illarum, quas ad

A ποιήσομαι τὴν πρὸς σὲ ἐν οἷς μυθολογίαν ἀποκαλεῖς τὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν λέγειν, τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι · ἀλλὰ τὸν ἐν ἁγίοις παραγαγὼν δογματικὸν Κύριλλον ἐκ τοῦ Υἱοῦ προϊὸν τὸ Πνεῦμα θεολογοῦντα, δυοῖν τούτοιν θάτερον δώσω (1) ἐλέσθαί σε · ἢ μυθολόγον τὸν ὄντως θεολόγον ἀποκαλεῖν, ἢ τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν μητέρα μυθολογίας ἀναιδῶς γράφεσθαι. Ὁ γὰρ τῆς θεολογίας μῦθος οὗτος Κύριλλος ὁ θειότατος ἐν τῇ ἱερᾷ πραγματείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου εἰς τὸ ῥητὸν, τὸ *Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ* (2) οὕτως ἔφη. *Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται Πνεῦμα, πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς* (3). Καὶ πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν · *Ἄθρει δὴ οὖν διὰ τούτων ἐξ ἰδίου πληώματος ἐμπεφυκὸς*
B *ἅγιον Πνεῦμα, δι' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθή* (4). Οὕτω οὖν τοῦ μεγάλου εἰρηκότος Κυρίλλου, τὸ Πνεῦμα ἐν τοῦ Υἱοῦ προϊὸν, ἢ παῦσαι τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν μητέρα μυθολογίας γραφόμενος, ἢ μυθολόγον ἴσθι τὸν ὄντως θεολόγον ἀποκαλῶν. Εἰ δὲ τὸ τοσαῦτα τῆς Ῥωμαϊκῆς καταψεύσασθαι Ἐκκλησίας γέγονέ σοι ἐκ τοῦ ἐν Εὐαγγελίοις (5) εἰρῆσθαι τὸ Πνεῦμα ἐν τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, διαίρεσίν τινα ἐντεῦθεν τοῦ Υἱοῦ φανταζομένῳ ἀπὸ Πατρὸς ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ τὸ καὶ ἐν ἄλλαις τοῦ Εὐαγγελίου περικοπαῖς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς κεῖσθαι μὴ συνεκφωνουμένου καὶ τοῦ Υἱοῦ (6) καὶ τὸν Υἱὸν ἁρμοζόντως ἐκεῖσε νοεῖσθαι κατ' ἐξηγητὴν τὸν ὀφιβάμονα τὰ θεῖα Βασίλειον, καὶ ταῦτ' ἔστιν ὅτε καὶ τῆς *μόνος* φωνῆς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς προσκειμένης,
C ἔλεγχός σοι γενήσεται τῆς ἐψευσμένης τῶν Ῥωμαίων κατηγορίας. Οὗτος γὰρ ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος (7) ἐν μιᾷ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον ἀπιστολῶν τὸ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους καὶ τὴν ὥραν, εὐαγγελικὸν ῥητὸν (8) ἐξηγούμενος οὕτως ἔφη. *Οὕτω καὶ τὸ, Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους εἰ μὴ ὁ Πατὴρ*

positivam pertinet revelationem, ea nonnisi ex revelationis fontibus, Dei verbo scripto et tradito, definiri ac dirimi potest; ex Patrum itaque doctrina de ea judicandum, qui traditionis testes nobilissimi merito censentur.

(*a*) Romanam Ecclesiam haud nominatim accusavit Photius, sed quosdam Latinos, quod Beccus in sequentibus non satis animadvertit.

(*b*) Nemo Patrum Græcorum adeo inculente Latinis suffragatur, quam S. Cyrillus, ad quem teste Maximo in ep. ad Marinum jam sæculo VII isti provocarunt, quemque ipsi interdum schismatici hac in quæstione cum Augustino sensisse confessi sunt. Cf. Leonem Allatium in vindiciis synodi Ephesinæ. Romæ 1661, præsertim c. 74, p. 608 seq. Eodem quoque pacto Athanasius testis pro Latinis adduci potest.

(*c*) Romanæ Ecclesiæ auctoritatem sufficere vel solam, cum ipsa nunquam circa veritatem erraverit, sæpius Beccus urget, ut v. g. Or. de un. Eccl. c. 2. (G. O. I. p. 64) εἰ γὰρ καὶ ἦν ἡμᾶς ἀποδείξαντες ἀπὸ ῥήσεων γραφικῶν, μηδέν τι σφαλλομένην ἐπὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης, συστῆσαι, ὡς οὐ καλῶς; εἶπον οἱ ἀντεπόντες. « Licet enim satis esset, si dictis scripto traditis demonstraverimus, Romanam Ecclesiam in nullo falli circa pietatem, inde comprobare, non recte ad-

versarios opposuisse, » etc. Ibid. c. 45 (p. 169-170) Patres Græcos Rom. Ecclesiam ceu matrem Ecclesiarum honorasse scribit.

(*d*) Præclare de his agit D. Thomas Sum. theol. p. 1 q. 36 a 2, ad 1, eique præiverat Augustinus (tract. 99 in Joan.). Simili ratione disputant Petrus Mediolan (G. O, I p. 336 seq.) Hugo Etherianus lib. III c. 15, p. 1261 ed. cit. Leo Allat. c. Hott. c. 18 p. 321 seq. Enchir. c. 3 p. 15 seq. Idem argumentum post Nicephorum Blemmidam (G. O. I. p. 26-28) sæpius versat ipse Beccus (ibid. I p. 348 seq. II p. 130-132, 145, 146) et post ipsum Georg. Metochita (ib. II p. 1050 1054) atque Joseph. Methon. (Hard. IX p. 570-571).

(1) Legi vix potest, fort. εἰ δυνατὸν (δύνσω.)

(2) Joan. XVI, 13.

(3) Apud Beccum epigr. V. G. O. II, p. 570.

(4) Plenius hæc citantur apud Beccum Epigr. VIII, G. O. II. p. 589 Ἄθρει δὴ οὖν διὰ τούτων ἐξ ἰδίου πλ. προϊέντα τὸν Υἱὸν τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἀναποβλήτως ἐμπεφ. ἅγ. πν.

(5) Joan. XV, 26.

(6) Cf. Beccum de un. Eccl. c. 47, G. O. I. p. 173. 174.

(7) Frequens Basilii epitheton apud Beccum, v. g. *in tom. Cypr.* c. 8, G. O. II. p. 229.

(8) Marc. XIII, 32.

μόνος. τὴν πρώτην εἴδησιν τῶν ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγοντος τοῦ Υἱοῦ καὶ διὰ πάντων τὴν πρώτην αἰτίαν τοῖς ἀνθρώποις ὑποδεικνύοντος εἰρῆσθαι νομίζομεν (1). Καὶ μετ' ὀλίγα · Παρασιωπήσας τοίνυν ὡς ὁμολογούμενον τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ Κύριος, εἰδέναι τὸν Πατέρα μόνον φησὶ, τὴν τοῦ Πατρὸς γνῶσιν κατὰ τὸ σιωπώμενον καὶ ἑαυτοῦ εἶναι λέγων (2). Καὶ πάλιν· Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Οὐδεὶς οἶδε τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ · οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ ἄγνοιαν τοῦ Πνεύματος κατηγορεῖ ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ ὑπάρχειν τὴν γνῶσιν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως μαρτυρεῖ (3). Οὕτω τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὴν εὐαγγελικὴν ταύτην ἐξηνουμένου περικοπὴν, ἐφ' οἷς ὁ Κύριος μετ' αὐτῆς τῆς *μόνος* προσθήκης ἐμνημόνευσε τοῦ Πατρὸς, καὶ σαφῶς παριστῶντος, τὸν Υἱὸν τοῦτο ποιεῖν ὡς πάντα ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγοντα καὶ διὰ πάντων τὴν πρώτην αἰτίαν τοῖς ἀνθρώποις ὑποδεικνύοντα, καὶ ὡς ἀξίωμά τι καὶ δόγμα ἐκφέροντος, κατὰ τὸ σιωπώμενον συνεπινοεῖσθαι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ὅπου τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα μετὰ προσθήκης τοῦ *μόνος* ἐρρήθη (4), πῶς οὐκ ἂν ἐλεγχθείης (5) ψευδῶς ἀσέβειαν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας κατηγορῶν καὶ οὐ καλῶς τὴν ἀπὸ Πατρὸς διαίρεσιν τοῦ Υἱοῦ φανταζόμενος ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρῆσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι; Εἰ γὰρ (καθά σοι δοκεῖ) ἡ Κυριακὴ οὕτω προῄει φωνὴ ὡς τοῦ Κυρίου ἑαυτὸν ἀλλοτριοῦντος ἀπὸ Πατρὸς ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ Πνεύματος, οὐκ ἂν τις τῶν τῆς Ἐκκλησίας φωστήρων ἔφη καὶ διδασκάλων ἐκ Πατρὸς *διὰ Υἱοῦ* τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον. Ἀλλὰ μὴν οἱ τῆς ἀληθείας διαπρύσιοι κήρυκες Μάξιμος καὶ Ταράσιος σὺν ὅλῃ τῇ οἰκουμενικῇ ἑβδόμῃ συνόδῳ καὶ Ἰωάννης, τῆς Δαμάσκου καὶ οἰκουμένης τὸ καύχημα, ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον αὐτὸ τεθεολογήκασι· καὶ εἰς ἐστιν ὁ συνιδεῖν μὴ δυνάμενος, τὴν *δι' Υἱοῦ* φωνὴν τὸ πρὸς τὸν Πατέρα μὴ συγχωρεῖν ἀκοινώνητον τοῦ Υἱοῦ; Ἆρ' οὖν ὅτι Κύριος ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα μυσταγωγεῖ, οὗτοι δὲ οἱ τῆς εὐσεβείας ἀκλόνητοι. Πρόμαχοι ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ εἶπον αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προϊέναι τε καὶ προέρχεσθαι, μυθολόγους αὐτοὺς καλέσεις καὶ ὡς ἄλλον τελετὴν παρὰ τὸν Υἱὸν ἐπιζητοῦντας διαβολεῖς; Εἰ γὰρ τοὺς Ῥωμαίους πα-

A Amphilochium scripsit, epistolarum explicans Domini dictum, quo ipse Christus diem et horam consummationis se ignorare affirmat, hunc in modum locutus est. Sic et verba illa : *Nemo novit diem finis nisi solus Pater, ita a Filio dicta esse arbitramur, ut insinuent, primam cognitionem eorum quæ sunt quæque erunt, ad Patrem a se referri et per omnia primam causam hominibus subostendi.* Et post pauca : *Silentio itaque, tanquam quæ in confesso posita erat, propriam personam transmittens, Patrem solummodo cognoscere Dominus dicit, Patris scientiam et suam esse per reticentiam astruens.* Et rursum : *Tale est et illud:* NEMO NOVIT FILIUM NISI PATER. *Neque enim ibi ignorantiam Spiritui appingit Filius, sed primo Patri inesse cognitionem suæ ipsius naturæ testatur.* Cum itaque magnus Basilius hoc pacto evangelicam istam exponat pericopen, ubi Dominus addendo ipsam vocem *solus* Patris meminit, atque perspicue declaret, id facere Filium utpote omnia ad Patrem referentem et per omnia primam causam hominibus insinuantem (*a*), cum præterea ipse veluti pronuntiatum ac dogma edicat, secundum reticentiam simul intelligi Filium, ubi Patris nomen cum additione vocis *solius* profertur : quomodo non egregie inde refutaberis, qui summo mendacio Romanam impietatis accusas Ecclesiam et male Filii a Patre separationem in Spiritus productione effingis ac somniaris, propterea quod in Evangeliis Spiritus a Patre dicatur procedere? Si enim secundum tuam opinionem ita vox Domini prolata fuisset, quasi Dominus semetipsum a Patre separaret quoad Spiritus processionem, nemo sane ex Ecclesiæ luminibus et doctoribus dixisset, ex Patre *per Filium* Spiritum procedere. Verumenimvero veritatis præcones alte lateque clamantes, Maximus et Tarasius cum universa septima synodo œcumenica, et Joannes, decus insigne tum Damascenæ urbis tum universi orbis, ex Patre per Filium procedentem Spiritum tradiderunt (*b*), et quis est, qui intelligere nequeat, dictionem hanc *per Filium* non posse cum ea componi sententia, quæ Filium Patre communionem excludit? Num igitur, quia Dominus quidem a Patre procedere Spiritum sacra sua institutione tradit (*c*), isti vero pietatis

(1) His quoque Beccus utitur de process. Sp. S. c. 12, n. 16 G. O. I p. 331 fin. c. III ad Theod. c. 11, G. O. II p. 146.

(2) Eadem ad verbum subjunguntur Becci l. c. I p. 352, II p. 146.

(3) Eadem l. c. I p. 331 med. III p. 146.

(4) Iisdem propemodum verbis ὡς ἀξίωμά τι — ἐρρέθη utitur Beccus l. c. I n. 17 p. 352 333.

(5) Cod : Ἐλειχθείσης.

(*a*) Vide de hoc axiomate Beccum *De process. Sp* cap. 4. (*Gr. orth.* t. I p. 274 seq.) Præclare Augustinus tract. 99. in Joan. : « Si ergo de Patre et Filio procedit Spiritus S., cur Filius dixit : De Patre procedit? Cur putas? Nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo et ipse est. Unde illud est, quod ait : Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Si igitur, intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dixit non suam, sed Patris : quanto magis illic intelligendus est et de ipso procedere Spiritus S., ubi sic ait : De Patre procedit, ut non diceret : De me non procedit »

(*b*) Vide Maximum in ep. ad Marinum presb., Tarasium ep. ad Orientales lecta in Conc. VII act. III, et Joan. Damasc. de fide orth. I, 13 et ep. ad Jordanem.

(*c*) Ridicula plane sunt argumenta, quæ ex verbis Joan. XV, 26, schismatici deduxerunt ; quos inter Job monachus sæc XIII in Apologia nomine Josephi Galesiotæ patriarchæ conscripta (cod. Monac. 68, f. 3 eos arguens qui dicunt nihil inter Græcos Latinosque esse differentiæ, sed ex dominandi cupidine scissionem esse exortam, f. 6, ait : « Salvator eos qui non se diligant ex eo quod non observent verba ejus, velut ex condicto signo cognosci tradidit. Ergo qui non servant verbum, quod de

inconcussi propugnatores ex Patre per Filium illum dixere procedere, atque ex Patre et Filio prodire et progredi, vanos fabulatores eos appellabis et veluti alium præter Filium doctorem quærentes calumniando traduces? Nam si Romanos eo quod addunt (*a*) vocem illam *Filioque* violatorum Evangelii præceptorum reos arguis, multo magis ac prius ipsos istos theologos Patres nostros contemptorum Domini verborum reos facis: cum enim ipse in Evangeliis Spiritum a Patre procedere dixerit, isti *ex Patre per Filium* illum procedere dixerunt. Verum opinor non in tale ac tantum impudentiæ te ascendisse fastigium, ut contra theologos istos inculpabiles blasphemiam eructeris, neque contra cæteros nostros Patres, qui ex Patre et Filio prodire Spiritum tradiderunt. Neque enim et tu differentias quasdam denuo effinges, sicuti multi eorum qui a matris utero vanis nugis intendunt, differentias verborum *procedere* et *progredi* vel *prodire*. Novi enim te ementitam hanc aspernari differentiam, uti nunc sic et in sequentibus verba *progredi* et *produci*, dum de Spiritu sermo fit, pro *procedendi* verbo sumentem (*b*). Si vero et tu iis qui has conflictas differentias refingunt adstipulareris et adhæreres, una cum cæteris refutationem haberes a sublimi in theologia Cyrillo, qui libro sexto ad Hermiam: *Spiritum quidem*, inquit, *veritatis Paraclitum nominavit; dixit etiam eum prodire ex Patre, propria sua omnia ostendens quæ sunt Patris.* Et rursum eodem libro: *Dum Dominus dicit: « Quando venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, » Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, veluti proprium promittit se missurum nobis illum, qui ex Patre est; et Spiritum quidem veritatis appellat, effundi vero eum ex ipso Patre determinat.* Hæc tradens divinus Cyrillus eos, qui dictas confingunt differentias, ad silentium redigit et plane jugulat. Etenim Dominus in Evangeliis dixit Spiritum *procedere;* Sanctus vero, hunc Domini sermonem repetens et enarrans, voce *profundi* usus est pro procedendi verbo; et rursum dicens: *Spiritum veritatis Paraclitum nominavit Filius, dixit etiam eum prodire ex Patre, propria sua omnia ostendens, quæ sunt Patris, prodeundi* verbo usus est loco vocabuli procedendi. Atque exinde evidens fit demonstratio, idem valere quoad

A ραδόσεως τῶν εὐαγγελικῶν γράφῃ ῥημάτων προστιθέντας τὸ *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, πολλῷ πρότερον αὐτοὺς τούτους τοὺς θεολόγους Πατέρας ἡμῶν ἀθετήσεως τῶν τοῦ Κυρίου γράφῃ φωνῶν· ἐν Εὐαγγελίοις γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, οὗτοι *ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ* εἶπον αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι. Ἀλλ' οἶμαι μὴ ἐς τόσον ἀναιδείας ἀναβῆναί σε κολοφῶνα, ὡς τοιαύτην βλασφημίαν τινὰ τῶν ἀνεπιλήπτων τούτων κατερεύξασθαι θεολόγων, οὐδὲ τῶν ἄλλων Πατέρων ἡμῶν, τῶν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ προιέναι τὸ Πνεῦμα τεθεολογηκότων. Οὐ γὰρ δὴ διαφορὰς ἀναπλάσῃ καὶ σὺ, ὡς πολλοὶ τῶν ἀπὸ κοιλίας κενολογούντων (1), τοῦ *ἐκπορεύεσθαι* καὶ *προέρχεσθαι*· οἶδα γάρ σε τὴν ἐψευσμένην ταύτην ἀθετοῦντα διαφορὰν, ὡς νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς τὸ προ-
B *έρχεσθαι* καὶ τὸ *προάγεσθαι* ἐπὶ τοῦ Πνεύματος εἰς τὸ *ἐκπορεύεσθαι* ἐκλαμβάνοντα (2). Εἰ δὲ καὶ σὺ τοῖς τὰς πεπλασμένας ταύτας διαφορὰς ἀναπλάττουσι (3) προσίτθεις, ἀπειλημμένος ἂν σὺν τοῖς ἄλλοις ἦσθα παρὰ τοῦ ὑψηλοῦ τὴν θεολογίαν Κυρίλλου ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν φάσκοντος οὕτωσί· *Πνεῦμα μὲν ἀληθείας ὠνόμασε τὸν Παράκλητον· ἔχῃ γε μὴν ὡς πρόσεισιν ἐκ Πατρὸς ἴδια πάντα δεικνὺς ἑαυτοῦ τὰ τοῦ Πατρός.* Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· *Λέγων ὁ Κύριος, « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » ὡς ἴδιον ἐπαγγέλλεται καταπέμψειν ἡμῖν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα μὲν*
C *ἀληθείας ἀποκαλεῖ, προχεῖσθαί γε μὴν ἐξ αὐτοῦ διωρίσατο τοῦ Πατρός* (4). Ταῦτα ὁ θειότατος θεολογῶν Κύριλλος τοὺς τὰς εἰρημένας διαφορὰς ἀναπλάττοντας ἐπιστομίζει καὶ ἄγχει. Ὁ γὰρ κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις *ἐκπορεύεσθαι* ἔφη, ἀλλ' ὁ ἅγιος τὸν λόγον τοῦτον τοῦ Κυρίου ἐπαναλαμβάνων τῷ *προχεῖσθαι* ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι· καὶ πάλιν λέγων· *Πνεῦμα ἀληθείας ὠνόμασε τὸν Παράκλητον ὁ Υἱὸς, ἔχῃ γε μὴν ὡς πρόεισιν ἐκ Πατρὸς ἴδια πάντα δεικνὺς ἑαυτοῦ τὰ τοῦ Πατρὸς·* τῷ *προιέναι* ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ ἐκπορεύεσθαι· καὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐναργὴς ἀπόδειξις γίνεται τοῦ ταὐτὸν εἶναι ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τὸ προχεῖσθαι καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι. Τούτων γοῦν οὕτωσὶ προϋποτεθέντων ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν ἤδη τοῦ λόγου.

D

Spiritu sancto tradidit, non eum diligunt. Si enim diligerent, ejus quoque verbum servarent.» Ὁ Σωτὴρ τοὺς μὴ ἀγαπῶντας αὐτὸν ἐκ τοῦ μὴ τηρεῖν τοὺς λόγους αὐτοῦ ὡς ἐκ συσσήμου τινὸς γνωρίζεσθαι παραδέδωκεν. Ἆρα γε οἱ μὴ τηροῦντες τὸν λόγον, ὃν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἶπεν οὐκ ἀγαπῶσιν αὐτόν· εἰ γὰρ ἠγαπήκασι, καὶ τὸν λόγον τοῦτου τετηρήκασιν ἄν.

(*a*) Poterat quoque illud dici, quod si additio sit *ex Filio*, additionem quoque facere Photianos, dum dicunt *ex Patre solo*. Ita Petrus Mediolan. de proc. Sp. s. c. 6. (G. O. I p. 384 385) Leo Allat. E chir. de proc. Sp. c. 3, p. 16; C. Hott. p. 296. Præterea Joan. XV, 26, propositio affirmans legitur, non excludens., et implicite Filium ibi commemorari Latini ex biblicorum dictorum analogia probant.

(*b*) Becci tempore effugium istud familiare schismaticis erat, non idem valere *progredi*, *profundi*, *produci* ac *procedere*; contra quos Beccus de un. Eccl. n. 13 (Gr. orth. t. I, p. 98-100) disputat. Hic Photii suffragium merito contra adversarios urget.

(1) Ita posteriores Græci tempore Becci. Vide eumdem de un. Eccl. G. O. I. p. 98-148.

(2) Revera Photius c. 2. 3. promiscue προέρχεσθαι et προάγεσθαι pro processione Spiritus S. usurparat.

(3) Sunt vero isti, ut Beccus de un. Eccl. c. 11. (G. O. I p. 93) inquit, hi νέοι θεολόγοι καὶ κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀσφαλέστεροι τῶν Πατέρων δογματίσται.

(4) Utrumque Cyrilli locum legimus in Becci Epigr. VIII G. O. II, p. 582.

Spiritum sanctum verba *profundi* et *procedere*. His itaque hunc in modum prælibatis, jam ad ea quæ in libro sequuntur procedamus.

KEIMENON ΦΩΤΙΟΥ.

γ'. Εἰ γὰρ (1) ἐξ ἑνὸς αἰτίου, τοῦ Πατρὸς, ὅ τε (2) Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προάγεται, εἰ (3) καὶ τὸ μὲν ἐκπορευτῶς, ὁ δὲ γεννητῶς· γίνεται δὲ πάλιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος προαγωγὸς (4), ὡς ἡ βλασφημία βοᾷ, πῶς ἂν ὁ τῆς ἀκολουθίας ἀνάσχοιτο λόγος μὴ οὐχὶ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ παρακτικὸν εἶναι συμμυθολογεῖν; ὁμοτίμως γὰρ ἀμφοῖν τοῦ αἰτίου προεληλυθότων, εἰ θάτερον τῷ ἑτέρῳ τὴν τοῦ αἰτίου χρείαν ἀναπληροῖ, οὐδὲ θατέρῳ τὸ ἕτερον, μὴ οὐχὶ τὴν ἴσην ἀμειβόμενον χάριν αἴτιον γενέσθαι τῆς ἀπαραλλάκτου τάξεως ἡ συντήρησις (5) ἀπαιτεῖ;

ANTIPPHSIS.

Β'. Ἐπεὶ δ' ἐξ ἑνὸς, αἰτίου, τοῦ Πατρὸς, προάγεσθαι λέγεις τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐν τάχει διάφορον αὐτὸν ὁμολογήσας αἴτιον εἰπών· *εἰ καὶ τὸ μὲν ἐκπορευτῶς, ὁ δὲ γεννητῶς*, αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πᾶν ἄτοπον ἀναιρεῖς, ὅπερ ἀκολουθεῖν λέγεις, ἐὰν ὁ Υἱὸς τῆς τοῦ Πνεύματος προβολῆς τῷ Πατρὶ κοινωνῇ· κἂν γὰρ μυρία κάμῃ ζητῶν τὸν διάφορον τῆς αἰτίας τρόπον μαθεῖν, οὐδὲν ἄλλο εὑρεῖν ἐξέσται σοι ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς τῆς διαφορᾶς ταύτης δηλωτικὸν, ἢ ὅτι τοῦ μὲν Υἱοῦ κατὰ τὸ προσεχῶς ἐστιν αἴτιος ὁ Πατὴρ, τοῦ δὲ Πνεύματος διὰ τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ τῆς αἰτίας οὗτος διάφορος τρόπος τὸν μὲν Υἱὸν κοινωνοῦντα παρίστησι τῷ Πατρὶ ἐπὶ τῇ προόδῳ τοῦ Πνεύματος κατὰ τὸ ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι· τὴν δὲ σὴν ἴστησι πολυπραγμοσύνην καὶ ἣν ἐπιφέρεις ἀπορίαν λέγων· *ὡς ἐὰν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματός ἐστιν προαγωγεὺς, πῶς ἂν ὁ τῆς ἀκολουθίας ἀνάσχοιτο λόγος, μὴ οὐχὶ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ παρακτικὸν εἶναι συμμυθολογεῖν;* Λύει τε καὶ ἀνατρέπει.

KEIMENON.

δ'. Ἄλλως τε δὲ, εἰ ὁ μὲν Υἱὸς τῆς πατρικῆς ὑπὲρ λόγον ἁπλότητος οὐκ ἐξίσταται, τὸ δὲ Πνεῦμα εἰς διπλοῦν αἴτιον ἀναφέρεται καὶ ἐκ διπλῆς προβολῆς ὑφίσταται, πῶς οὐκ ἐπακολουθήσει τὸ σύνθετον; πῶς δ' οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἔλαττον ἔχειν τὸ ἰσότιμον Πνεῦμα βλασφημηθήσεται; πῶς ἡ τῆς Τριάδος ἁπλότης (ὦ γλώσσης ἀσεβεῖν τολμηρᾶς! οὐχὶ τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα νοθευόμενον;

ANTIPPHSIS.

Γ'. Ἐὰν ὁ Ἰταλὸς εἰς διπλοῦν αἴτιον ἀναφέρειν

PHOTII TEXTUS.

3. Si enim ex una eademque causa, Patre, tum Filius tum Spiritus sanctus prodit, tametsi hic quidem per processionem, ille autem per generationem; rursus autem Filius Spiritum producit, ut blasphemia clamat, quomodo non ratio consecutionis nos cogat asserere, Spiritum quoque esse Filii productivum (productorem)? Cum enim æque uterque a causa illa prodierit, si alterum erga alterum munere causæ fungitur, certe omnimodo et invariata ordinis conservatio (perfectio) exigit, ut et alterum vicissim par pari referens causa alterius exsistat (1).

REFUTATIO.

II. Dum dicis ex una causa, Patre scilicet, prodire tum Filium, tum Spiritum, protinus diversam causam ipsum confessus verbis illis: *tametsi hic quidem per processionem, ille vero per generationem*, ipse a te ipso omne absurdum aufers, quod consequi ais, si Filio productio Spiritus sancti cum Patre statuatur communis. Et quantumvis labores teque fatiges quærendo diversum causæ modum cognoscere, nihil aliud in sacris scriptis reperire poteris, quod eam differentiam patefaciat, nisi hoc, quod Filii quidem principium proxime et immediate est Pater, Spiritus vero sancti per Filium. Porro hic principii diversus modus tum Filium in processione Spiritus cum Patre ostendit communicantem secundum illud, quod ex Patre per Filium procedit Spiritus, tum tua studia ac conamina inania esse convincit, ac plene solvit ac refellit illam quam infers difficultatem, dum dicis: *Si Filius Spiritus est productor, quomodo consecutionis ratio nos non cogat asserere Spiritum quoque esse Filii productivum?*

TEXTUS.

4. Deinde si Filius quidem ab ineffabili paterna simplicitate non recedit, Spiritus autem in duplicem causam refertur, et ex duplici processione subsistit, quomodo non sequetur compositio? Quomodo vero non minor Filio Spiritus pari honore præditus per summum sacrilegium asseretur? Quomodo Trinitatis simplicitas (o linguam in impietate audacem!) dignitatem suam minime adulteratam retinebit?

REFUTATIO.

III. Si Italus (a), dum dicit Spiritum ex Patre

(1) Mon. ἔτι γάρ. Hoc breve caput, sicut et sequens sub titulo: Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος Μητροφάνου μητροπολίτου Σμύρνης occurrit etiam in cod. Vindob. Gr. theol. 249 (Lambec. cod. 60) f. 79. εἰ ἐξ ἑνὸς αἰτ.

(2) Vindob. ὁ υἱος.

(3) Εἰ deest in Vindob.

(4) Sic et Laur. Mon: γίνεται δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος πάλιν προαγωγεύς.

(5) Laurent. ἡ συμπλήρωσις.

(6) Latine hæc eadem adducit Hugo Etherianus l. c. p. 1231.

(a) Italorum nomen Photius nondum pro Latinis vel Occidentalibus adhibuit, quod tamen a sæculo undecimo in hac controversia in usu esse cœpit. Tum Beccο tum ejus adversariis familiare erat. Sic Jobus monachus in Apologia supra in notis commemorata pro Josepho patriarcha (vide Fabric. Bibl. Gr. t. X p. 254 ed. vet.) passim Italos commemorat, quos dicit *Kristum* ob linguæ barbariem Christum vocantes et Spiritus sancti ortum *procedein* dicentes (Cod. Mon. 68 f. 55 a: Κριστὸν τὸν Χριστὸν διὰ τὸ τῆς φωνῆς βάρβαρον ὀνομάζοντας καὶ τὸ ἐκπορεύειν ἐξ προτζεδειν.)

et Filio, in duplex principium referre Spiritum tibi videtur, propterea quod duæ hypostases sint Pater et Filius, in duplex quoque principium eumdem referre tibi videbuntur ipsa illa Ecclesiæ lumina jugi splendore fulgentia, qui ex Patre per Filium procedere Spiritum docuere Patres, propterea quod distinctam Pater et Filius subsistentiam habent. Verum quia quidquid per Filium et a Filio esse dicitur, ad Patrem habet relationem (*a*), et secundum hoc non ut ex duobus principiis est id quod ex Patre per Filium vel ex utroque subsistere dicitur, neque qui ex Patre et Filio, neque qui ex Patre per Filium procedere Spiritum asserit, eum in duplex principium refert, et idcireo neque sequetur compositio, ut tuum vult sophisma, neque minor Filio Spiritus eodem honore præditus blaspheme ac sacrilege asseretur.

A τὸ Πνεῦμα δοκεῖ σοι, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγων τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, διὰ τὸ δύο ὑποστάσεις εἶναι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, εἰς διπλοῦν ἂν λογισθεῖεν αἴτιον ἀναφέρειν αὐτὸ καὶ οἱ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ δογματίσαντες ἀειφανεῖς τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες διὰ τὸ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἰδιοϋπόστατον. Ἀλλ' ἐπεὶ πᾶν τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ λεγόμενον εἶναι εἰς τὸν Πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, καὶ παρὰ τοῦτο οὐχ ὡς ἐκ δύο αἰτίων ἔστι τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἢ ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχειν λεγόμενον, οὔτε ὁ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὔτε ὁ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγων τὸ Πνεῦμα, εἰς διπλοῦν αἴτιον ἀναφέρει αὐτό. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τὸ σύνθετον ἐπακολουθήσει, ὡς τὸ σὸν βούλεται σόφισμα, οὔτε τοῦ Υἱοῦ τὸ ἔλαττον ἔχειν τὸ ἰσότιμον βλασφημηθήσεται Πνεῦμα.

B

TEXTUS.

5. Quis, inquam, sanctorum et gloriosorum nostrorum Patrum dixit Spiritum a Filio procedere? Quæ synodus universalibus confessionibus suffulta et munita, imo quis sacerdotum atque episcoporum divinitus coactus cœtus sententiam istam, etiam, antequam (appareret) in lucem prodiret, per sanctissimi Spiritus afflatum non condemnavit? Etenim Spiritu Patris juxta Christi Domini doctrinam ipsi quoque initiati illum a Patre procedere clara et alta voce prædicabant, eosque qui non ita sentirent, utpote catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ contemptores anathemati subjiciebant, jam inde ab antiquis temporibus novam istam impietatem propheticis oculis prospicientes, ipsamque una cum multiplici priorum hæreseon defectione et scriptis et verbis et animo condemnabant.

C

REFUTATIO.

IV. Discere quæris, quisnam ex sanctis Patribus Spiritum a Filio procedere dixerit, quænam synodus, quis sacerdotum divinitus coactus conventus? Scito hos esse illos omnes, qui ex Patre per Filium Spiritum sanctum procedere docuerunt. Quæcunque enim Spiritus ex Filio habere dicitur, non tanquam ex propria præter Patrem causa habet: scaturiens enim ex Filio non ut ex fonte a Patre diverso scaturit; sed quia ex Patre per Filium prosilit et scaturit, et ex Filio prosilire et scaturire dicitur, et cum ex Filio profunditur tanquam per Filium, dicitur et ex Filio profundi. Atque multa alia id genus dicere quis posset. Si igitur quia scaturit per Filium et per Filium profunditur, dicitur et *ex* Filio scaturire atque profundi, jam Romani absque ulla erroris et perfidiæ nota Spiritum ex Patre *et Filio* procedentem pro sua defensione asserunt, propterea quod procedit ex Patre *per* Filium, tu vero mentiris et scriptis et verbis

D

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

ε'. Τίς εἶπε τῶν ἱερῶν καὶ περιωνύμων Πατέρων ἡμῶν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι; ποῖα σύνοδος οἰκουμενικαῖς ὁμολογίαις στηριζομένη καὶ διαπρέπουσα; μᾶλλον δὲ τίς ἱερέων καὶ ἀρχιερέων θεόλεκτος σύλλογος οὐ ταύτην τὴν διάνοιαν καὶ πρὶν φανῆναι τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπιπνοίᾳ κατεψηφίσατο; καὶ γὰρ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν Δεσποτικὴν μυσταγωγίαν τελεσθέντες καὶ αὐτοὶ λαμπρῶς τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ μεγαλοφώνως ἀνεκήρυττον (1)· καὶ δὴ καὶ τοὺς μὴ φρονοῦντας οὕτως τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ὑβριστὰς τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλον· ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων τὴν ἀρτιγενῆ δυσσέβειαν προφητικοῖς προορῶντες ὄμμασι καὶ αὐτὴν μετὰ τῆς προλαβούσης πολυμεροῦς ἀποστασίας καὶ γραφῇ, καὶ λόγοις, καὶ διανοίᾳ κατεδίκαζον.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Δ'. Μαθεῖν ἐρωτᾷς, τίς τῶν ἱερῶν Πατέρων τὸ Πνεῦμα εἶπεν ἐκπορεύεσθαι τοῦ Υἱοῦ, καὶ σύνοδος ποῖα καὶ τίς ἱερέων σύλλογος θεοσύλλεκτος; καὶ τούτους εἶναι πάντας τοὺς, ὅσοι ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐθεολόγησαν. Πάντα γὰρ ὅσα τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ λέγεται ἔχειν, οὐχ ὡς ἐξ ἰδίας παρὰ τὸν Πατέρα αἰτίας ἔχον ἐστίν· ἀναβλύζον γὰρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐχ ὡς ἐξ ἰδίας ἀναβλύζει παρὰ τὸν Πατέρα πηγῆς· ἀλλ' ὅτι ἐκ Πατρὸς ἀναβλύζει δι' Υἱοῦ, καὶ ἐξ Υἱοῦ λέγεται ἀναβλύζειν, καὶ ἐξ Υἱοῦ προχεόμενον λέγεται προχεῖσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· καὶ πολλὰ ἂν τις εἰπεῖν ἔσχε τοιαῦτα. Εἰ γοῦν ὅτι ἀναβλύζει δι' Υἱοῦ καὶ προχεῖται δι' Υἱοῦ, λέγεται καὶ ἐξ Υἱοῦ ἀναβλύζειν τε καὶ προχεῖσθαι, καὶ Ῥωμαῖοι πάνυ ἀνεπιλήπτως ἐνίφανται ἀπολογούμενοι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγειν ἐκπορευόμενον διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· σὺ δὲ ψεύδῃ καὶ γράφῃ καὶ λόγοις καὶ διανοίᾳ λέγων παρὰ τῶν Πατέρων καταδικάζεσθαι καὶ ὡς ὑβριστὰς τῆς καθ-

(*a*) Hoc axioma ex Basilio sumptum frequenter occurrit tum apud alios unioni deditos scriptores tum vel maxime apud Beccum. Cf. De un. Eccl. c. 27 G. O. I p. 136-137.

(1) Pro ἀνεκήρυττον Laur. ἐκήρυττον.

οἰκῆς Ἐκκλησίας καθυποβάλλεσθαι ἀναθέματι τοὺς ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὴν τοῦ Πνεύματος δογματίζοντας ὕπαρξιν.

A et animo, dum asseris condemnari a Patribus et veluti catholicæ Ecclesiæ contemptores anathemati subjici, quicunque ex Patre per Filium et ex utroque Spiritum procedere et exsistere docent atque propugnant.

KEIMENON.

ε'. Ἐδογμάτισεν αὐθὶς τῶν οἰκουμενικῶν καὶ ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἡ δευτέρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, διεδέξατο ἡ τρίτη, ἐβεβαίωσεν ἡ τετάρτη, σύμψηφος ἡ πέμπτη κατέστη, συνεκήρυξεν ἡ ἕκτη, ἐπεσφράγισε λαμπρῶς ἀγωνίσμασιν (1) ἡ ἑβδόμη· καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἔστι περιφανῶς καθορᾶν παῤῥησιαζομένην τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐ τοῦ Υἱοῦ (2) θεολογούμενον ἐκπορεύεσθαι. Σὲ δὲ τίς ἀγύλη δυσσεβοῦσα μετεδίδαξε, τίς τῶν ἀντινομοθετούντων τῷ Δεσπότῃ καταπεσεῖν εἰς ἀθέσμους δόξας ὑπηγάγετο;

TEXTUS.

3. Definivit statim universalium et sanctarum septem synodorum secunda, Spiritum sanctum ex Patre procedere; excepit tertia, confirmavit quarta; suffragata est quinta, prædicavit sexta, obsignavit claris certaminibus septima; in qualibet illarum est luculente cernere libere prædictam pietatem, traditumque de Spiritu, illum a Patre, non autem a Filio procedere. Te vero quisnam impiorum grex diversa sentire docuit, quis ex iis qui Domino contraria sanciunt, in opiniones iniquas ut delaberis effecit?

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ε'. Οὐδείς ἐστιν ἀγνοῶν τὸ παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων ἐν τῷ συμβόλῳ ἀναγινώσκεσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον· ἀλλὰ καὶ οὐδεὶς τῆς ἀληθείας φίλος ἀρνήσει ὁ μὲν τὰ ἃ (3) κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης γέγονεν, ἐξετάσας, μὴ καὶ αὐτὴν τὸ τοιοῦτον ἀσπάζεσθαι σύμβολον καὶ κατὰ καιροὺς ἐπ' Ἐκκλησίας ἀναγινώσκειν τρανῶς· ἔστιν ὅτε καὶ Ἑλληνιστί τι τοῦτο ποιοῦσαν δεικνύσαν πάντως, ὡς οὐκ ἐν λέξεσιν, ἀλλ' ἐν ἐννοίαις τὸ εὐσεβεῖν σπουδάζεται παρ' αὐτῇ· εἰ γὰρ μὴ τοῦτ' ἦν, τάχα ἂν οὐκ ὤκνησεν αὕτη κἀν τῇ εὐαγγελικῇ προσθεῖναι πυξίδι (4) τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ γενομένην προσθήκην (5)· τῆς λέξεως· ἡ δὲ οὔτε τί τοιοῦτον ἀπηναισχύντησεν, ἀλλὰ καὶ ἐρωτωμένη ἀπολογεῖται οὕτω λέγειν τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς μηδὲν διάφορον, ποτὲ μὲν λέγειν ἐκ Πατρὸς αὐτὸ πρεῖναι, ποτὲ δὲ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· καὶ ἀπόδειξιν τῶν οἰκείων λόγων ποιεῖται τὰς τῶν παρ' ἡμῖν θεολόγων Πατέρων γραφάς, ὧν οἱ μὲν ἐκ Πατρὸς, εἶπον τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι, τὴν πρώτην καὶ ἀναρχον αἰτίαν δηλοῦντες Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος, οἱ δὲ ἐκ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ, τὴν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας διάφορον τῶν αἰτιατῶν (6) πρόοδον διασαφοῦντες, ἥτις ἐστὶ τὸ, τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου προέρχεσθαι.

REFUTATIO.

V. Nemo est qui ignoret apud œcumenicas septem synodos legi in symbolo, ex Patre Spiritum procedere. Attamen nemo veritatis amicus negaverit, qui ea quæ in Romana Ecclesia gesta sunt, fuerit scrutatus, ipsam quoque idem omnino amplecti symbolum et suis temporibus clare et perspicue recitare, imo interdum ipsa Græca lingua illud recitet (a), omnino ostendens, non in verbis, sed in sententiis se studere pietati. Nisi enim ita res se haberet, protinus ipsa vocis additionem in Symbolo factam ipsi evangelico textui in rerere haud dubitaret. Verum nihil ejusmodi ea facere ausa est, sed et si interrogatur, pro defensione sua respondet, ita se dicere Spiritum procedere ex Patre et Filio, ut nihil differat, modo quidem ex Patre dicere eum prodire, modo autem ex Patre et Filio; et demonstrationem propriæ doctrinæ petit ex libris eorum qui apud nos sunt theologi Patres, quorum alii ex Patre dixerunt progredi Spiritum, primam et principii expertem causam manifestantes tum Filii tum Spiritus, alii vero ex Patre per Filium, differentem principiatorum ex primo principio progressum declarantes, qui in eo est, quod alterum proxime et contigue ex primo, alterum vero per id, quod proxime et contigue ex primo est, (b) progreditur.

KEIMENON.

ς'. Ἀλλὰ κἀντεῦθεν ἔστιν αὐτῶν φωράσαι τὸ δυσσεβὲς καὶ πρὸς θεομαχίαν αὐτόνομον· εἰ γὰρ πάντα ὅσα ἐστὶ κοινὰ κατὰ τὴν ἀδιάφορον καὶ ἀμερῆ,

TEXTUS.

6. Verum hinc quoque horum impietas Deoque repugnans licentia refutatur. Si enim quæcumque sunt communia secundum indifferentem et indivi-

(1) Λαμπρῶς ἀγωνίσμασιν. Laurent. : Λαμπροῖς.

(2) Laur. ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

(3) Cod. habet τὰ tantum.

(4) Sæpe hæc vox apud Beccum occurrit v. g. de un. Eccl. c. 1 (G. O. I. 61): τῆς εὐαγγελικῆς πυξίδος ἐδανεισάμην.

(5) Cf. Becc. L. III ad Theod. Sug. c. 4. (G. O. II p. 139-140.)

(6) Script. αἰτιωτῶν.

(a) In Missa nonnullarum occidentalium Ecclesiarum symbolum olim Græce quoque recitatum fuisse, sicut hodie Evangelium et Epistola in Missa solemni Romani Pontificis Græce quoque recitantur, nullo modo improbabile, imo exploratum censeri debet ex iis quæ leguntur apud Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus t. I, L. I, c. 3, art. ult. et Selvaggio Antiquit. christ. t. II, P. II, cap. I, § 4, n. t. ult.

(b) Hæc notissima sunt verba Gregorii Nysseni in lib. ad Ablabium Opp. t. II, p. 459, quibus etiam expositio fidei a Gregorio P. IX ad Germanum II, patriarcham missa (Opp. S. Maximi ed. Combef. t. II, p. 691) utebatur.

duam simplicemque ac singularem communitatem (naturalibus nominibus manifestata); si, inquam, quæcunque horum Spiritui et Patri adsunt, hæc Filio quoque insunt; similiter et quæcumque in Spiritu et Filio intelliguntur, nequeunt Patri hinc negari; imo nec potest Spiritui adimi quidquam eorum, quæ Filio et Patri adsunt; puta regnum, bonitas, substantiæ supersubstantialitas, incomparabilis virtus, æternitas, immunis a corpore spiritualitas, cæteræque innumeræ id genus voces quibus divinissima de Deitate doctrina catholicis fuit ab initio tradita. Si ergo hæc ita considerantur et nemo Christianorum iis adversari ausit; juxta vero hæreticam istam temeritatem Spiritus processio Patri et Filio communis est, Spiritus quoque (quo quid queat scelestius auderi?) in Spiritus processionem dividendus foret, esseteque pars quidem illius producens, pars vero producta, et illa quidem causa, hæc autem causatum, et ingens aliarum blasphemiarum agmen sequeretur.

A

B

REFUTATIO.

VI. Tu quidem Spiritus processionem eodem modo Patris et Filii communem esse asserens, quo reliqua trium communia sunt, videlicet regnum, bonitas et cætera, consequenter infers, quod si ita est, etiam Spiritus in sui ipsius processionem dividendus foret, et pars quidem illius esset producens, pars vero producta. Ego vero dico, ejusmodi syllogismum tunc quidem logicam necessitatem illaturum fuisse, si omnino fieri nequiret, ut sit in Trinitate quid, quod adsit solis duabus personis, tertia ab ejus communione exclusa (*a*); si vero ex sententiis scripto traditis demonstratum est, quædam esse communia solis duabus personis indita, tunc Patri et Filio circa Spiritus processionem est communio, secundum quod ex Patre per Filium ille procedit; minime vero Spiritus cum ipsis communicans in processione, quia neque ex se ipso neque per se ipsum procedit, ideoque neque in sui ipsius processionem dividetur, neque pars illius producens erit, pars autem producta (*b*). Et si oporteat, sicut in aliis ita et hic sanctorum dicta verbis consignata adducere, unde manifestum fit, esse quædam communia Filio et Spiritui, quæ non habet quoque Pater, et esse quædam communia Patri et

C

D

(*a*) Principium falsum, cui hæc innituntur, Jobus monachus Apologia nomine Josephi patriarchæ scripta enuntiat cod. Mon. 68 f. 8 : necesse esse, nihil in duabus divinis personis considerari, quod non consideretur in alia, sed vel uni et soli præsto esse duarum personarum seorsim, videlicet per proprietatem, vel communiter de tribus et æquali modo indivisibilitate et identitate naturæ prædicari (πᾶσαν ἀνάγκην εἶναι, μηδὲν ἐν ταῖς δυσὶ θεωρεῖσθαι θεαρχικαῖς ὑποστάσεσιν, ὃ καὶ τῇ ἑτέρᾳ μὴ τεθεώρηται, ἀλλ' ἢ τῇ μιᾷ καὶ μόνῃ προστέναι ταὐτὸν δυσὶν ἀφαιρούμενον (ἰδιότητι γάρ) ἢ κοινῶς κατὰ τῶν τριῶν καὶ ἐπίσης τῷ ἀμερεῖ καὶ ταὐτῷ τῆς φύσεως λέγεσθαι.)

(*a*) Rejicit omnino Beccus illud schismaticorum principium : Nihil in Trinitate duabus solis personis potest convenire. De quo vide Animadvers. in Photii librum de Spir. S. mystagogia cap. III, § 13.

(*b*) Vide ibid. c. IV § 3.

ἁπλῆν τε καὶ ἐνιαίαν κοινότητα [φυσικοῖς ὀνόμασι γνωριζόμενα (1)] · εἰ πάντα ὅσα τούτων ἐστὶ Πνεύματος καὶ Πατρὸς, ταῦτα (2) πρόσεστι καὶ τῷ Υἱῷ · ὡσαύτως δὲ καὶ (3) ὅσα ἐνθεωρεῖται τῷ Πνεύματι (4) καὶ Υἱῷ οὐκ ἔστι μὴ συνομολογεῖν ἐνυπάρχειν (5) καὶ τῷ Πατρὶ, οὐ (6) μὴν, ἀλλ' οὐδ' ὅσα Υἱῷ καὶ Πατρὶ, οὐδὲ τούτων οὐδὲν ἔστι τοῦ Πνεύματος (7) ἀποστερεῖν · ἐννόει μοι βασιλεῖαν, ἀγαθότητα, τὸ τῆς οὐσίας ὑπερούσιον, τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν δύναμιν, τὸ ἄϊδιον, τὸ ἀσώματον, τὰς μυρίας καὶ συστοίχους φωνὰς, αἷς ἡ ὑπέρθεος θεολογουμένη θεότης εὐσεβέσιν ἄνωθεν παραδέδοται · εἰ οὖν οὕτω ταῦτα θεωρεῖται, καὶ οὐδείς ἐστι τῶν ἐν Χριστιανοῖς, ὃς εἰ μαχόμενον ἀπενεχθείη διαβούλιον, ἐστὶ δὲ, ὡς ὁ αἱρετιρων νεανιεύεται λόγος, ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κοινὸν, εἴη ἂν καὶ τὸ Πνεῦμα (οὗ τί ἂν γένοιτο πρὸς δυσσέβειαν τολμηρότερον;) εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσιν μεριζόμενον, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ προάγον, τὸ δὲ προαγόμενον, καὶ τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ αἰτιατὸν, καὶ πολλὴ ἄλλη θεομαχίας παράταξις (8).

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ϛ'. Σὺ μὲν τὴν τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσιν οὕτω εἶναι κοινὴν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγων ὡς τὰ ἄλλα κοινὰ τῶν τριῶν, βασιλείαν φημὶ, ἀγαθότητά τε καὶ τὰ λοιπὰ, ἐπιφέρεις ἑξῆς, ὡς εἰ τοῦτ' ἔστιν, εἴη ἂν καὶ τὸ Πνεῦμα εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐκπόρευσιν μεριζόμενον καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ προάγον, τὸ δὲ προαγόμενον. Ἐγὼ δὲ φημὶ ὡς οὕτως ἂν ὁ παρὼν συλλογισμὸς εἶχε τὸ ἀναγκαῖον, εἴπερ ἀδύνατον ἦν εἶναί τι ἐν τῇ Τριάδι μόνοις τοῖς δυσὶν ἐνυπάρχον προσώποις μὴ κοινωνοῦντος αὐτοῖς καὶ τοῦ τρίτου · εἰ δὲ ἐκ τῶν γραφικῶν ἐστιν ἀποδεδειγμένον ῥητῶν, εἶναί τινα κοινὰ μόνοις τοῖς δυσὶ προσώποις ὑπάρχοντα, ἐστὶ μὲν ἡ κοινωνία τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ κατὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, οὐκ ἔσται δὲ τὸ Πνεῦμα κοινωνοῦν αὐτοῖς τῆς ἐκπορεύσεως, ὡς τῶν ἄλλων κοινῶν, διὰ τὸ μήτε ἐξ ἑαυτοῦ μήτε δι' ἑαυτοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ παρὰ τοῦτο οὔτε εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐκπόρευσιν μερισθήσεται, οὔτε τὸ μὲν αὐτοῦ προάγον ἔσται, τὸ δὲ προαγόμενον. Καὶ εἴ γε παραγαγεῖν χρὴ ὡς καὶ ἐν ἄλλοις τὰ γραφικὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ, ἐξ ὧν καθίσταται πρόδηλον, εἶναί τινα κοινὰ Υἱῷ τε καὶ Πνεύματι ἅπερ οὐκ ἔχει καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ εἶναί · τινὰ κοινὰ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἅπερ καὶ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἔχει, ὁ μὲν τῆς θεολογίας

(1) Hæc verba in Laurent. tantum prostant.

Rursum si propterea, quia Spiritus proprietas in eo agnoscitur, quod a Patre procedat; similiter vero proprietas Filii in eo, quod ipse generetur, eos qui etiam ex Filio Spiritum procedere dicunt pluribus proprietatibus distingui eumdem a Patre existimas quam Filium (cap. 32): periculose et non recte id existimas. Si enim seorsim quidem ex Patre, seorsim vero ex Filio, Spiritus foret procedens: sic revera firmitatem haberet conflictarum a te proprietatum augmentum, huicque augmento ac pleonasmo consequentiæ nexu connecteretur et pluribus differentiis distingui a Patre Spiritum quam Filium, similiter cætera quoque quæ veluti ex duplici processione consequentia enumeras. Nunc vero quia una et simplex est Spiritus sancti ex Patre per Filium processio, neque duplicia sunt idiomata a Patre Spiritum secernentia, neque Spiritus horum altero inferior esse Filio in æqualitate consubstantialis cum Patre affinitatis, non obstante honoris paritate, blasphematur; atque idcirco neque Macedonii contra Spiritum emerget insania: item neque Spiritus est in diversa referri principia, adeo ut sequatur, illum in multiplex principium referri (*a*).

Adhuc si propter Filii cum Patre communionem secundum quod per Filium ex Patre procedit Spiritus, a paterna secundum substantiam cognatione consubstantialem Spiritum arbitraris excludi tanquam hujus communionis cum consubstantialibus sibi haud participem (cap. 34): sed tunc quidem firmum consisteret, quando nullum omnino posset reperiri naturale bonum, quod duabus duntaxat personis insit communiter; nunc vero, quoniam Filius naturale possidet bonum cum Patre commune, quia Spiritus Patris est quoque Spiritus ipsius et quia emittit et ipse Spiritum, quemadmodum et Pater, evidens est prædicti syllogismi infirmitas. Sicut enim Filius, etsi omnia habet naturalia Patris bona, non tamen habet quoque generandi vim, quæ naturale Patris bonum existit, non ideo naturæ Patris expers est: ita et Spiritus

(1) Eamdem imaginem evolvit Beccus Or. II, de deposit. n. 13, G. O. II p. 57-59.

(*a*) Hæc ad Photii cap. 33 responsio, si adhuc opus esset probatione, luculenter probaret, a nobis recte Πνεύματος positum fuisse, ubi codices nostri habuerunt Πατρός. Rectam lectionem etiam in Photii textu tenet codex Laurentianus.

etsi omnium naturalium Patris bonorum est particeps, non habet vero emittendi Spiritus potentiam, quæ naturale Patris bonum est, ideo neutiquam naturæ Patris est expers.

Quod vero dubitas, an eadem processione procedat Spiritus ex Filio an paternæ contraria, atque processionis identitatem idiomatum communionem esse existimas (cap. 35), id ex eo solutionem habet, quod minime Patris est proprietas, ipsum Spiritum producere, quoniam nihil eorum quæcunque ex Patre per Filium dicuntur, Patris est proprium; unde et una cum Marcionibus Manentes quoque ad nihilum redigi consequitur. Præter jam dicta (cap. 36) quoniam omne quod non est supernaturalis Trinitatis commune, unius trium personarum necessario esse definite censes, ut exinde necessitate logica colligas, aut ex solo Patre procedere Spiritum sanctum aut ex solo Filio, qua conclusione eos qui ex Filio Spiritum esse dicunt in tantum blasphemiæ dejicis barathrum, ut et generationem cum spiratione commutare et Patrem ex Filio esse comminisci videantur! Obsistit tibi et ex adverso stat Gregorius theologiæ mens, *commune* esse dicens *Filio ac sancto Spiritui, quod sunt ex Patre*, atque exinde perspicue mendaces arguens eos, qui dicunt: Quodcunque in supersessentiali Trinitate et cogitatur et dicitur, vel trium est commune vel unius proprium.

Præterea quoniam tibi innovatio quædam esse videtur (cap. 37) circa Spiritum, si is ex Patre et Filio procedens, non etiam ipse aliud quidquam mittit: hoc neutiquam innovationem esse verus sermo ex eo demonstrat, quod Spiritus quidem ex Patre est per Filium, non autem per Spiritum est quid aliud. Nam verum est dicere, per Filium esse Spiritum ex Patre et esse ex utroque; per Spiritum vero nihil aliud est ex Patre: non potest ergo dici aliud quodpiam ex Spiritu esse. Et nulla hic exterum Spiritus innovatio apparet, etsi non procedit ex ipso aliud quidquam, quam nihil aliud sit ex Patre per ipsum ejusmodi quoque est eis, quem putas, propensus in alteram partem favor Patrisque nimia in Filium affectio; atque privatio et defraudatio, qua Spiritus æqualibus juribus spolietur, nisi et ipse ex eadem cum Filio causa pari honore progressus aliud quidquam producat (caput 38). Scito enim, hoc non esse secundum aliquem Patris erga Filium favorem propensiorem, verum quia Filius quidem est in Trinitate Filius, Spiritus vero Spiritus sanctus, et neque Filius est Spiritus, neque Filius Spiritus, ex Filio quidem dicitur esse Spiritus, quia. Ex Patre per Filium est; ex Spiritu vero nihil aliud dicitur esse, quia nihil est ex Patre per Spiritum.

Rursum (cap. 39) dum in causam Patrem Filiumque dividis et magis ac minus in causatione atque adscititium et spurium inter eos confingis et du-

A καὶ τὸ ἐκπέμπειν Πνεῦμα, φυσικὸν ἀγαθὸν ὂν τοῦ Πατρός, οὐ διὰ τοῦτο τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως ἀποδέει.

Πάλιν τὸ διαπορεῖν σε, πότερον τὴν αὐτὴν ἐκπόρευσιν ἐκπορεύεται τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ἢ τῆς πατρῴας ἀντίθετον, καὶ κοίνωσιν τῶν ἰδιοτήτων ἡγεῖσθαί σε τῆς ἐκπορεύσεως τὴν ταυτότητα, ἔχει τὴν λύσιν ἐκ τοῦ μὴ πατρικὸν εἶναι ἴδίωμα τὸ τὸν Πατέρα τὸ Πνεῦμα προάγειν· ἐπεὶ μηδέν τι τῶν ὅσα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ λέγεται, ἴδιον τοῦ Πατρός ἐστιν· ὅθεν καὶ ἀκολουθεῖ τοῖς Μαρκίωσι συγκαταργεῖσθαι τοὺς Μάνεντας. Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπειδὴ πᾶν ὅπερ οὐκ ἔστι τῆς ὑπερφυοῦς Τριάδος κοινὸν, ἑνὸς τῶν τριῶν εἶναι κατ' ἀνάγκην διωρισμένως δοξάζεις, ἵν' ἐντεῦθεν ἀναγκαίως συμπεραν῀ῇς, ἢ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἢ ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ, ᾧ τινι συμπεράσματι τοὺς ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγοντας εἶναι τὸ Πνεῦμα εἰς τόσον βλασφημίας ἀπάγεις, ὡς καὶ τὴν γέννησιν τῇ προβολῇ συμμετατιθέναι καὶ τὸν Πατέρα ἐκ τοῦ Υἱοῦ τερατολογεῖν· ἀντικαθίσταταί σοι τῆς θεολογίας Γρηγόριος νοῦς, *κοινὸν* εἶναι λέγων *Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς*, κἀντεῦθεν σαφῶς παριστῶν ψευδεῖς εἶναι τοὺς λέγοντας· πᾶν ὅπερ ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος καὶ νοεῖται καὶ λέγεται ἢ κοινόν ἐστι τῶν τριῶν ἢ ἑνὸς ἴδιον.

Ἔτι δὲ ἐπειδὴ καινοτομία τις δοκεῖ σοι τοῦ Πνεύματος, ἐὰν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦτο ἐκπορευόμενον οὐχὶ καὶ αὐτὸ ἕτερόν τι ἐκπέμπῃ (1), μὴ καινοτομίαν τοῦτο ὁ ἀληθὴς; ἀποδείκνυσι λόγος, ἐκ τοῦ εἶναι μὲν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ, μὴ εἶναι δὲ διὰ τοῦ Πνεύματος ἕτερον· ὅτι γὰρ διὰ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐξ ἀμφοῖν λέγειν αὐτὸ ἀληθές ἐστι· ὅτι δὲ διὰ τοῦ Πνεύματος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἐκ Πατρὸς, πῶς ἂν εἴη λέγειν καὶ ἕτερόν τι προέρχεσθαι ἐκ τοῦ Πνεύματος; καὶ οὐδεμία καινοτομία λοιπὸν τοῦ Πνεύματος ἀναφαίνεται, εἰ καὶ μὴ ἕτερόν τι αὐτοῦ ἐκπορεύεται, ἐπεὶ μηδέν τί ἐστιν ἕτερον ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' αὐτοῦ. Ὁποῖόν τί ἐστι καὶ ἡ νομιζομένη σοι ἑτεροκλινὴς φιλοτιμία τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ ἡ τῶν ἴσων γερῶν τοῦ Πνεύματος ἀποστέρησις, εἰ μὴ καὶ αὐτὸ ἐκ τῆς αὐτῆς τῷ Υἱῷ ὁμοτίμως προεληλυθὸς αἰτίας ἕτερόν τι προίησιν· ἴσθι γὰρ, ὡς οὐχὶ κατά τινα ἑτεροκλινῆ φιλοτιμίαν τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν τοῦτ' ἔστιν, ἀλλ' ἐπεὶ Υἱὸς μέν ἐστιν ἐν τῇ Τριάδι ὁ Υἱὸς, Πνεῦμα δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐθ' ὁ Υἱὸς Πνεῦμά ἐστιν, οὔτε τὸ Πνεῦμα Υἱὸς, ἐκ μὲν τοῦ Υἱοῦ λέγεται εἶναι τὸ Πνεῦμα διὰ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ εἶναι αὐτό· ἐκ δὲ τοῦ Πνεύματος οὐδέν τι λέγεται ἕτερον διὰ τὸ μηδέν τι εἶναι διὰ τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρός.

Πάλιν εἰ; αἴτιον τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν διαιρῶν καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον τῆς αἰτίας καὶ τὸ ἐπείσακτον καὶ νόθον μεταξὺ τούτων συμπλάττων καὶ διαπορῶν,

(1) Cod. ἐκπέμπει.

πῶς λαβὼν ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ προάγειν ὁμοφυὲς ἕτερον οὐ μετέδωκεν αὐτῷ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τιμῆς, ἵνα αὐτὸ πάλιν ὁμοφυοῦς ὑποστάσεως προόδῳ ἐναγλαΐζηται, οὐδὲν ἕτερον εἰς ἔλεγχον τῶν παραλόγως οὕτω σοι πλαττομένων εὑρήσεις ἢ τὸν δογματικώτατον Κύριλλον ἐκ τοῦ Υἱοῦ προϊὸν τὸ Πνεῦμα θεολογοῦντα· οὗτος καὶ γὰρ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου οὕτως ἔφη· *Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται Πνεῦμα· πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτοῦ* (1)· καὶ πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν· *Ἆθρει δὴ οὖν καὶ διὰ τούτων ἐξ ἰδίου πληρώματος προϊέντα τὸν Υἱὸν τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ ἐναποβλήτως ἐμπεφυκὸς ἅγιον Πνεῦμα, δι' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθή* (2). Οὕτω γοῦν τοῦ μεγάλου εἰρηκότος Κυρίλλου τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ προϊὸν, κατήργηται μὲν ἡ εἰς αἴτιον καὶ αἴτιον διαίρεσις τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ νόθον τῆς αἰτίας καὶ ἐπείσακτον· κατήργηται δὲ τὸ διαπορεῖν, πῶς ὁ Υἱὸς προάγων τὸ Πνεῦμα οὐ μεταδίδωσιν αὐτῷ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τιμῆς διὰ τὸ κοινὴν ἔννοιαν εἶναι, μηδέν τι τῶν τοιούτων φρονεῖσθαι τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ.

A bium moves, quomodo Filius a Patre nactus, ut aliud consubstantiale producat, non ipsi eamdem virtutem eumdemque honorem communicaverit, ut et ipse itidem gloriam habeat alium consubstantialem producendi (cap. 40) : nihil aliud ad refutanda adeo temere a te conflicta reperies nisi in dogmatibus acutissimum Cyrillum, qui ex Filio prodeuntem Spiritum prædicat. Hic enim in Expositione Evangelii secundum Joannem ita loquitur : *Non enim alienus a substantia Unigeniti Spiritus sanctus intelligitur, sed ex ipso naturaliter progreditur.* Et rursum libro tertio ad Hermiam : *Proinde vide, obsecro, etiam ex his Filium proprium suum et insitum ita, ut non abjiciatur, Spiritum sanctum, per quem omne bonum donum, de sua plenitudine demisisse.* Cum igitur hoc pacto magnus Cyrillus Spiritum ex Filio dixerit prodeuntem, inanis plane reddita et profligata est illa in causam et causam divisio Patris et Filii, illud magis et minus in causatione, spurium illud et adscititium, inanis quoque effecta est illa dubitatio, quomodo Filius Spiritum producens non communicet ipsi eamdem virtutem eumdemque honorem, quia communis sensus flagitat, ut minime admittamus, cogitatum sancto Cyrillo fuisse aliquid ex ejusmodi absurdis.

Ὡσαύτως καὶ ἐν οἷς παρακατιὼν λέγεις, μήτε θείων ἀκοῦσαι λογίων, μείζονα τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν, μήτε νοῦν εὐσεβῆ ἁλῶναι τοῦτο διανοηθέντα, ὁπόθεν καὶ τῆς πατρικῆς ἐγγύτητος πορρωτέρω τὸ Πνεῦμα ποιεῖς καὶ τὸ δεύτερον εὑρίσκεις ὑποφυόμενον αἴτιον· καὶ τὴν μεμηχανημένην τῆς πρώτης αἰτίας ὕβριν καὶ τὸν εἰς δύο τοῦ Πνεύματος διαμερισμὸν, τὸν ἐκ τοῦ ἀναιτίου καὶ πρώτου αἰτίου· καὶ τὸν ἐκ τοῦ αἰτιατοῦ καὶ δευτέρου, καὶ τὸ εἰς τετράδα ἀντὶ Τριάδος τολμηρῶς προχωροῦν σέβας· ὁ μέγας ἀπελέγξει σε Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πρώτῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή· *Αἱ μὲν αἱρέσεις, ὅσαι τῆς ἀληθείας ἐπινοήσασαι μανίαν ἑαυταῖς φανεραὶ τυγχάνουσι*, περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγων οὕτω ῥητῶς· *Τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα* (3) *καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγεν*· « *Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω· κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει καὶ ὅσα ἀκούσῃ, λαλήσει.* »

Simili modo etiam illud, quod procedente oratione asserris, neque in divinis audiri oraculis, neque pium sensum id cogitantem deprehendi, majorem Spiritu esse Filium, unde et remotiorem a cognatione cum Patre Spiritum constituis (cap. 44) atque secundam reperis pullulantem causam, præterea et excogitatam primi principii contumeliam (cap. 42), item Spiritus sancti in duos divisionem, alterum ex non causata et prima causa, alterum ex causa causata atque secunda, et Numen in quaternitatem loco Trinitatis magna cum audacia propulsum (cap. 43), ista, inquam, magnus refellet Athanasius prima contra Arianos oratione, cujus initium : *Hæreses quæcunque veritatem apprehenderunt, insaniam sibi...*, de Filio loquens his ipsis verbis : *Discipulis vero deitatem et magnitudinem suam ostentans non minorem amplius semetipsum Spiritu, sed majorem et æqualem significans elargiebatur Spiritum et aiebat :* « *Ego illum mittam.* » Et : « *Ille clarificabit.* » Et : « *Quæcumque audiet, loquetur.* »

Ταῦτα λέγων ὁ ἅγιος τὴν αἰτίαν δείκνυσι προφανῶς, καθ' ἣν δοτὴρ τοῦ Πνεύματός ἐστιν ὁ Υἱός· εἰπὼν γὰρ ὡς ὁ Κύριος μείζονα τοῦ Πνεύματος ἑαυτὸν ὄντα σημαίνων ἐδίδου αὐτὸ, δεδήλωκε καθαρῶς, ὡς δι' οὐδὲν ἄλλο δοτὴρ τοῦ Πνεύματός ἐστιν ὁ Σωτὴρ, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν αὐτό· καὶ εἰ βούλει ἐξ ἑτέρας γραφικῆς μαρτυρίας τὸν λόγον, συστήσω σοι· καὶ γὰρ ὁ ἐν ἁγίοις δογματικώτατος καὶ τὰ θεῖα πολὺς Ἀναστάσιος οὕτω φησί· *Καὶ γοῦν*

Hæc dicens sanctus causam aperte ostendit, secundum quam Spiritus sancti dator est Filius. Dicendo enim, Dominum Spiritu majorem semetipsum significantem eum dedisse, clare denotavit, Servatorem ob nihil aliud Spiritus esse datorem, nisi propterea, quod hic ex ipso exsistit. Atque si alio litteris consignato testimonio idem nosse vis, id tibi exhibebo. Etenim in dogmatibus tradendis peritissimus et in divinis rebus copiosus Anasta-

(1) Cyrill. in Joan. XVI, citatur a Becco sæpius, ut Epigr. V (Gr. orth. tom. II, p. 570.)

(2) Idem Cyrilli textus ap. Becc. Epigr. VIII, G. O. II, 589.

(3) Multis in locis, ut Or. de un. Eccl. n. 27, aliisque Beccus hoc textu utitur, de quo uberius disputavimus Animadvers. in Phot. art. IV, § 23.

sius ita dicit : *Proinde Dominus ex seipso ostendens esse Spiritum, insufflans discipulis aiebat : Accipite Spiritum sanctum.* Vides, quomodo sanctus iste dictum magni Athanasii interpretetur. Quod enim universi orbis lumen Athanasius denotavit illis verbis, Dominum majorem semetipsum Spiritu ostendentem eum dedisse, hoc clarius hic exposuit veluti commentario ea verba illustrans dum dicit : *Proinde Dominus ex seipso ostendens esse Spiritum, insufflans discipulis aiebat : « Accipite Spiritum sanctum. »* Nisi ista, o sapientissime, ignorasses, non tot dixisses absurda consequi, si quis majorem Spiritu dicat Filium. Verumenimvero causa Spiritus Filius seorsim, ut tu statuis (cap. 44), utriusque vero seorsim Pater, et exinde imperfecta et dimidiata atque ex imperfecto et perfecto composita causa libere in scenam prodit, ut et mythologia per jocum hippocentauros confingens, sicut cætera, quæ impiæ sententiæ fructus nuncupas, ad quæ etiam accedit geminarum causarum exlex assertio (cap. 45). Sufficiens vero in his aranearum telis hæc est exceptio : quod Filius non seorsim ac præter Patrem causa vel est vel dicitur. Neque enim Romana ignorat Ecclesia, solum Patrem principalem causam esse, Filii quidem ac Spiritus sancti naturaliter, universæ vero creationis efficienter ac per conditionem. Attamen quia Filii quidem causa est proxima, Spiritus vero sancti causa per Filium, non tam quam ex duabus causis et principiis, sed tanquam ex uno Deo prodire Spiritum theologos nostros Patres secuta pure meritoque docet.

A ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον (1). Ὁρᾷς ὅπως ὁ ἅγιος οὗτος τὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου διερμηνεύει ῥητόν· ὅπερ γὰρ ὁ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ Ἀθανάσιος ἐδήλου λέγων, ὅτι ὁ Κύριος μείζονα δεικνὺς ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος ἐδίδου αὐτὸ, τοῦτο καθαρώτερον διεσάφησεν οὗτος ἑρμηνευτικῶς τὸν λόγον προαγαγὼν ἐν τῷ εἰπεῖν, *Καίγοῦν ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.* Εἰ μὴ ταῦτα ἠγνόεις, σοφώτατε, οὐκ ἂν τοσαῦτα εἰρήκεις· ἔπεσθαι ἄτοπα, ἐάν τις μείζονα τοῦ Πνεύματος ἐρεῖ τὸν Υἱόν. Ἀλλὰ πάλιν αἴτιος μὲν τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς ἰδίᾳ κατὰ σὲ, αἴτιος δ' ἀμφοῖν ἰδίᾳ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ ἀτελὲς ἐντεῦθεν καὶ ἡμίθετον B καὶ ἐξ ἀτελοῦς καὶ τελείου συντεθειμένον παῤῥησιάζεται αἴτιον, καὶ ἡ παίζουσα τοὺς ἱπποκενταύρους μυθολογία, καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ αὐτὸς ἀσεβοῦς σπορᾶς ὀνομάζεις γεώργια· οἷς καὶ τὸ ἐκθεσμον δυαδικὸν τῶν αἰτίων συνδιαλαμβάνεται. Ἀποχρῶσα δ' ἐν ἀραχνίοις τούτοις ἐστὶν ἀντίῤῥησις τὸ μὴ τὸν Υἱὸν αἴτιον παρὰ τὸν Πατέρα ἰδίᾳ ἢ εἶναι ἢ λέγεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἡ τῆς Ῥώμης ἀγνοεῖ Ἐκκλησία, μόνον τὸν Πατέρα ἀρχικὸν αἴτιον εἶναι, Υἱοῦ μὲν καὶ Πνεύματος φυσικῶς, πάσης δὲ κτίσεως ποιητικῶς· πλὴν ὅτι τοῦ μὲν Υἱοῦ ἐστιν αἴτιον προσεχῶς, τοῦ δὲ Πνεύματος διὰ τοῦ Υἱοῦ, οὐχ ὡς ἐκ δύο αἰτίων καὶ ἀρχῶν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἑνὸς Θεοῦ προΐέναι λέγει τὸ Πνεῦμα, τοῖς θεολόγοις ἡμῶν Πατράσιν ἑπομένη μάλα δικαίως. C

TEXTUS.

46. Ob has igitur aliasque his similes rationes tandem aliquando sensu vos vestræ impietatis afficiamini oportet et ad catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ sententiam relicta plurimorum errorum matre superstitione conveniatis; ac pura pietatis doctrina initiati addiscatis credere ex toto corde ac sine ulla mentis hæsitatione, quod quælibet quidem persona consubstantialis ac divinissimæ Trinitatis ineffabili ratione in communionem arctissimam cum natura jungantur, secundum vero hypostaseos rationem incommunicabilem inter se tueantur proprietatum characterem. Non enim ullum in ipsis aditum confusioni permittit distinctio; apage; sed sicut nullam partitionem seu divisionem illorum secundum naturam communio admittit, ita nec proprietates, quibus quælibet trium personarum distinguitur, in ullam prorsus confusionem permiscentur.

REFUTATIO

XX. Et quænam est illa confusio, quæ in personarum distinctionem insurgat, et quænam transmutatio characteris proprietatem, quæ ex eo sequi fingatur, quod Spiritus per Filium vel ex Filio dicatur procedere? Quemadmodum enim Spiritus

KEIMENON.

μς'. Διὰ ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα, κἂν ὀψὲ γοῦν ἀναλαβεῖν ὑμᾶς προσήκει συναίσθησιν τῶν ἠσεβημένων, καὶ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἀντὶ τῆς πολυπλανοῦς δεισιδαιμονίας συνελθεῖν τῷ φρονήματι, καὶ μυηθῆναι μὲν καθαρῶς τὴν εὐσέβειαν, ἀναμαθεῖν δὲ πιστεύειν ἐξ ὅλου τοῦ νοῦ καὶ διανοίας μὴ διστάζουσης, ὡς ἕκαστον μὲν πρόσωπον (2) τῆς ὁμοουσίου καὶ θεαρχικῆς Τριάδος ἀῤῥάστῳ λόγῳ εἰς κοινωνίαν μὲν ἀδιάστατον συνάπτονται τῇ φύσει, κατὰ δὲ τὸν τῆς ὑποστάσεως λόγον ἀμετάβλητον φυλάττουσιν ἀλλήλαις τὸν ζτῶν ἰδιωμάτων χαρακτῆρα· οὐ γὰρ χώραν δίδωσιν ἐν αὐτοῖς τὸ συγχεχυμένον ἐπελθεῖν ἡ διάκρισις· ἄπαγε· ἀλλ' ὥσπερ οὐδένα μερισμὸν ἢ διαίρεσιν ἡ κατὰ φύσιν κοινωνία παραδέχεται, οὕτως οὐδὲ τὰ ἐξ ὧν ἑκάστη τῶν τριῶν χαρακτηρίζεται, οὐμενοῦν εἰς οὐδεμίαν σύγχυσιν οὐδαμοῦ (3) ἀναφύρεται.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Κ'. Καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ ἐπερχομένη σύγχυσις τῇ διακρίσει τῶν ὑποστάσεων καὶ ἡ μεταβολὴ τοῦ τῶν ἰδιωμάτων χαρακτῆρος ἀπὸ τοῦ τὸ Πνεῦμα διὰ Υἱοῦ ἢ ἐξ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον λέγειν; ὡς γὰρ ἐκ τοῦ ἀγεννήτου Πατρὸς προερχόμενον ἀσύγχυτον τὴν πρὸς

(1) Hæc verba Anastasii ex lib. De rect. dogmat. adducit quoque Constant. Meliten. Or. II, n. 28. (G. O. II p. 854.)

(2) Laur. habet : ἕκαστον ἐν πρόσωπον.

(3) Laur. ut Col. οὐδαμῶς.

τὸν Πατέρα αὐτοῦ διάκρισιν ἔχει (ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ μένει ἀγέννητος, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν), οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ προῖὸν ἀσύμφυρτον τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν ὑποστατικὴν αὐτοῦ διάκρισιν ἔχει, καὶ πρὸς οὐδεμίαν σύγχυσιν οὐδαμῶς ἀναφύρεται (ὁ μὲν γὰρ μένει Υἱὸς γεννητὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκπορευτόν)· ἐπεὶ γὰρ τῇ αὐτῇ διακρίσει ἀμφοτέρων διακέκριται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐάν πρός τινα σύγχυσιν ἀναφύρηται, γέννησις καὶ ἐκπόρευσις διὰ τὸ ἐκ τοῦ γεννητοῦ Υἱοῦ τὸ ἐκπορευτὸν προελθεῖν, εὔδηλον ὡς ἔσται τις σύγχυσις ἀγεννησίας τε καὶ ἐκπορεύσεως διὰ τὸ ἐξ ἀγεννήτου Πατρὸς τὸ ἐκπορευτὸν προελθεῖν· ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔστι τὸ δεύτερον, οὐδ' ἄρα τὸ πρῶτον.

A ex ingenito Patre progrediens inconfusam ad Patrem suam tenet distinctionem (nam Pater ingenitus manet, Spiritus vero procedens), ita et ex Filio prodiens inconfusam habet suam personalem distinctionem ad Filium et in nullam prorsus confusionem permiscetur (manet namque Filius genitus, Spiritus vero procedens). Nam cum eadem distinctione Spiritus sanctus sit ab utroque distinctus, si ad quam confusionem permisceatur generatio et processio idcirco quod ex Filio genito ille qui procedit progrediatur, perspicuum est, fore et confusionem quamdam innascibilitatis et processionis, idcirco quod ex innascibili Patre ille qui procedit progrediatur. Sed secundum locum minime habet, ergo nec primum.

KEIMENON.

Ὥσπερ δὲ πάλιν ὁ Υἱὸς γεννᾶται μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, διαμένει δ' ἂν ἀναλλοίωτον ἑαυτῷ τὸ τῆς υἱότητος συντηρῶν ἀξίωμα, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ πανάγιον ἐκπορεύεται μὲν τοῦ Πατρὸς, μένει δ' ἀμετάβλητον, ἑαυτῷ συντηροῦν τὸ ἐκπορευτόν· καὶ καθ' ὃν λόγον ἐξ ἀναιτίου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα προῖὸν ἑτέρου γέννησιν ἢ ἐκπόρευσιν οὐ θεουργεῖ, οὐδὲ διά τινος μεταβολῆς τὴν ἐκπόρευσιν αὐτοῦ καινοτομεῖ· οὕτω δὴ καὶ ὁ Υἱὸς γεννώμενος ἐξ ἀναιτίου τοῦ Πατρὸς οὔτε διὰ γεννήσεως, οὐ μὴν, ἀλλ' οὐδὲ δι' ἐκπορεύσεως οὐδεμίαν ἂν θεουργίαν οὐδενὸς ὁμοφυοῦς ἀνάσχοιτο ὑποβαλεῖν, οὐδὲ σχέσεως ἑτέρας ἐπεισαγωγῇ τὸ προνόμιον ἐπινοθεύειν τῆς υἱότητος.

B

TEXTUS.

Et sicuti rursus Filius quidem generatur a Patre, permanet tamen inalteratam sibi conservans filiationis dignitatem, ita et sanctissimus Spiritus procedit quidem a Patre, manet vero incommutatam sibi servans processionis rationem; et qua ratione Spiritus ex Patre nullam agnoscente causam prodiens alterius generationem et processionem divinam non operatur, nec per ullam mutationem processionem suam innovat, ita sane et Filius ex Patre principii experte generatus neque per generationem, imo vero neque per processionem poterit ullam aliam consubstantialem personam producere aut aliam superinducendo relationem filiationis adulterare prærogativam.

C

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

ΚΑ'. Ὡς ἔοικεν, οὐδεμίαν σὺ βούλει δοῦναι διαφορὰν ἐπὶ τῷ αἰτιατῷ τοῦ Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος, καὶ διὰ τοῦτο καινοτομίας ἐκπορεύσεων καὶ θεουργίας ὁμοφυῶν τινων τερατολογεῖς. Ἀλλ' ὁ θεολογικώτατος Νύσσης διαφορὰν τοῦ αἰτιατοῦ λέγων τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου προέρχεσθαι, ἐκ τῆς διαφορᾶς ταύτης δίδωσι νοεῖν, τὸ μὲν διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς προῖὸν Πνεῦμα εἶναι καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ἐξ αὐτοῦ δὲ εἶναι μηδὲν, ἐπεὶ μηδὲν ὁμοφυές ἐστι δι' αὐτοῦ.

REFUTATIO.

XXI. Nullam, ut videtur, concedere vis differentiam in principiati ratione, quæ tum Filio convenit tum Spiritui; et idcirco innovationes processionum et consubstantialium quorumdam productiones monstruose confingis. Verum summus inter theologos Nyssenus, dum discrimen causalitatis enarrat, illud immediate ex primo, hoc vero per id quod immediate ex primo procedere, ex hoc discrimine ipso dat intelligere, Spiritum per Filium ex Patre prodeuntem et ex utroque esse, ex ipso vero esse nihil, cum nulla alia consubstantialis persona per ipsum exs stat.

KEIMENON.

μζ'. Ἐκεῖνο δὲ μὴ καθορῶντα δικαίως ἂν σε γραφοίμην ἑκουσίου πηρώσεως. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως ὁ Πατὴρ προβάλλεται τὸ Πνεῦμα, τῆς αὐτῆς δὲ φύσεως ἡ Τριὰς, τότε δὴ τότε μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων συγγενῶν ἀτοπημάτων, ἔκ τινος ἂν ἀφορμῆς ἐξώρμας μυθολογεῖν τὸ δυσσέβημα. Οὐ γὰρ μόνον εἰς προβολέα τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς ἂν σοι μετεβάλλετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα εἴς τε τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν καὶ τὴν ἰδίαν προβολὴν ἐτέμνετό τε καὶ κατεμερίζετο· καὶ σιγὴ τἄλλα ἐχέτω, ὅτι τε ἄμεινον, καὶ οὐδὲ τῷ ῥήματι τὰ ἀτοπώτερα μὴ προφερόμενα τοῖς νουνεχῶς καὶ σὺν εὐλαβείᾳ διερευνῶσιν οὐκ ἄδηλον ἔχει τὴν κατανόησιν. Ἀλλ' οὕτω μὲν εἰ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, οὐχὶ δὲ τῷ λόγῳ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ὁ Πατὴρ τὸ Πνεῦμα εἴ τις προβάλ-

D

TEXTUS.

47. Illud autem si nolis intelligere; merito te spontaneæ arguam cæcitatis. Si enim secundum rationem naturæ Pater producit Spiritum, cum ejusdem naturæ sit Trinitas, tunc sane una cum multis aliis affinibus absurdis esset tibi aliqua occasio impiæ hujus fabulæ confingendæ. Non enim solum in productorem Spiritus posses Filium convertere, sed ipsummet Spiritum tum in Filii generationem tum in suiipsius productionem scindere ac partiri, pressis interim silentio cæteris absurdis, quæ etiam nullo prodita verbo a prudentibus piisque perscrutatoribus melius ac facilius intelliguntur. Atque ita quidem, si quis ratione naturæ, non vero ratione hypostaseos propriæ a Patre Spiritum produci fingeret. Cum tamen Pater

qua Pater Spiritum producere et sacris dicatur Eloquiis et a catholicis constantissime credatur, profecto nec Filius, quatenus Filius prædicatur, per Spiritus productionem filiationis gradum sibi immutabit nec Patri ademptam ad se trahet Spiritus causationem, quemadmodum nec causationem pacatissimæ purissimæque suæ generationis. Neque enim prorsus hæc sunt naturæ, secundum quam communio prædicatur, sed hypostaseos proprietates, per quas divinam in Trinitate distinctionem confitemur.

REFUTATIO.

XXII. Tu quidem sæpius et in multis orationis partibus asseris, non ratione naturæ, sed ratione personæ Patrem causam esse eorum quæ ex ipso, et cæcitatis arguis Italum utpote non illico hoc perspicientem, eique impietatem et superstitionem fraude circumventam objicis aliaque id genus, quæ proferenti æternam damnationem acquirunt. Ego vero maxime pro te timeo, ne dum impetu quam vehementissimo pro pietate pugnaturus prodis, a recto tramite inscius omnino deflectas: multa enim mihi videntur inventam a te propositionem sequi absurda. Ac primo quidem quia a te ipso eam confinxisti ut quoddam dogmatis principium: quid enim ejus, quam quod dicis et pro dogmate statuis, quod nemo unquam statuit sanctorum? Deinde vero quia illa etiam Patrum doctrinis adversatur. Nam dicito mihi: si quis dicat ratione naturæ Patrem producere Spiritum, num hic propterea quia ejusdem naturæ est Trinitas, non solum in productorem Spiritus Filium transferre, verum etiam ipsum Spiritum in Filii generationem et in propriam productionem dividere ac scindere censebitur? Verum Patres nostri ex essentia Patris generari Filium tradentes nullo omnino timore commovebantur, ne quis, propterea quod sancta Trinitas ejusdem est naturæ, arbitraretur, etiam Filii essentiam generantem esse ad instar essentiæ Patris. Quomodo igitur non es veritus, cum Patres ex essentia Patris prædicent Filium et Patris essentiam dicant esse generantem, ipse Patris causam in rationem naturæ et rationem hypostasis dividere atque negare quidem, Patrem esse causam ratione naturæ; asserere vero ac docere sola ratione hypostasis causam esse, quasi vero essentiæ expers Patris hypostasis emitteret ea quæ sunt ex ipsa? Neque natura Patris, o homo, absque hypostasi est, quando quis prædicet ex essentia et natura Patris Filium atque Spiritum; neque hypostasis absque essentia, quando quis ex hypostasi Patris progredi dicat quæ sunt ex ipsa. Tu autem protinus, si audis Filium ex Patre Deum ex Deo esse, non ex essentia ac deitate Patris Filii essentiam deitatemque dices, ne propterea quod ejusdem naturæ est sancta Trinitas prædicta a te consequantur absurda. Etenim cum Filius qui principiatus est ex principio Patre Deus ex Deo sit, si ratione personæ principium seu causa est Pater, quasi ab

A λεσθαι τερατεύσοιτο. Εἰ δὲ καθὸ Πατὴρ ὁ Πατὴρ ἱερολογεῖται προβάλλειν τὸ Πνεῦμα καὶ τοῖς εὐσεβέσιν οὐκ ἐπιδιστάζεται· οὔτε ὁ Υἱὸς, καθὸ θεολογεῖται ὁ Υἱὸς, διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος προβολῆς τὸ τῆς υἱότητος καινοτομήσει ἀξίωμα, οὐδὲ τῷ Πατρὶ περικόψας εἰς ἑαυτὸν μεταστήσει τὴν αἰτίαν τοῦ προβλήματος, ὥσπερ οὐδὲ τῆς περὶ αὐτὸν ἀστασιάστου τε καὶ ἀῤῥεύστου γεννήσεως. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι ταῦτα φύσεως, καθ' ἣν ἡ κοινωνία δοξάζεται, ἀλλ' ὑποστάσεως ἰδιώματα, δι' ὧν τὴν ἐν τῇ Τριάδι θεολογοῦμεν διάκρισιν.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

ζ. ΚΒ'. Σὺ μὲν πολλάκις καὶ ἐν πολλαῖς τοῦ λόγου περικοπαῖς ἔφης, μὴ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, τῷ δὲ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως τὸν Πατέρα αἴτιον εἶναι τῶν B ἐξ αὐτοῦ, καὶ πηρώσεως γράφῃ τὸν Ἰταλὸν, ὡς τάχα τοῦτο μὴ συνορῶντα, καὶ ἀσέβειαν αὐτοῦ καὶ πεπλανημένην δεισιδαιμονίαν κατηγορεῖς, καὶ ἄλλα τινὰ, ἅπερ εἰσὶν αἰωνίου τῷ λέγοντι κρίματος πρόξενα. Ἐγὼ δὲ μάλιστα δέδια περὶ σοὶ, μήποτε τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα ἀκατασχέτῳ ῥύμῃ ποιούμενος λάθῃς αὐτὸς τοῦ εὐθέος παρασυρείς. Πολλαὶ γάρ μοι δοκοῦσι τῇ ἐφευρημένῃ σοι ταύτῃ προτάσει τὰ ἄτοπα ἕπεσθαι· πρῶτον μὲν ὅτι οἰκοθεν ταύτην ἐπλάσω ὥς τινα ἀρχὴν δόγματος· καὶ τί γὰρ κάκιον τοῦ λέγειν καὶ δογματίζειν σε, ἅπερ τῶν ἁγίων οὐδεὶς ποτε δεδογμάτικεν; ἔπειτα δὲ, ὅτι καὶ ταῖς τῶν Πατέρων αὐτῇ ἀντιβαίνει θεολογίαις· εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως ἐρεῖ τις τὸν Πα- C τέρα τὸ Πνεῦμα προβάλλεσθαι, ἆρά γε διὰ τὸ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι τὴν Τριάδα κριθήσεται οὗτος μὴ μόνον εἰς προβολέα τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν μεταβάλλειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν καὶ τὴν ἰδίαν προβολὴν καταμερίζειν καὶ τέμνειν; ἀλλ' οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι θεολογήσαντες τὸν Υἱὸν, οὐδεμίαν ἔσχον δειλίαν, μήποτε διὰ τὸ τῆς αὐτῆς φύσεως τὴν ἁγίαν εἶναι Τριάδα οἰήσαιτό τις καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν γεννητικὴν εἶναι κατὰ τὴν τοῦ Πατρός· πῶς γοῦν οὐ δέδιας ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν τῶν Πατέρων θεολογούντων καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς γεννητικὴν εἶναι λεγόντων, οὕτως τὸ τοῦ Πατρὸς αἴτιον εἰς λόγον φύσεως καὶ λόγον ὑποστάσεως διαιρεῖν, καὶ ἀπαρνεῖσθαι μὲν αἴτιον εἶναι τὸν Πατέρα D τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, δογματίζειν δὲ μόνῳ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως αἴτιον εἶναι, ὥσπερ ἂν ἦν ἀνούσιον τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν προϊέναι τὰ ἐξ αὐτῆς· ἄνθρωπε οὐθ' ἡ φύσις τοῦ Πατρὸς ἀνυπόστατός ἐστιν, ὅταν τις ἐκ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα θεολογῇ, οὐθ' ἡ ὑπόστασις ἀνούσιος, ὅταν τις ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς προέρχεσθαι λέγῃ τὰ ἐξ αὐτῆς· σὺ δὲ τάχα καὶ τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς Θεὸν ἐκ Θεοῦ εἶναι ἀκούων οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ θεότητος τοῦ Πατρὸς τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν ἐρεῖς καὶ θεότητα, ἵνα μὴ διὰ τὸ τῆς αὐτῆς φύσεως τὴν ἁγίαν εἶναι Τριάδα, τὰ προῤῥηθέντα σοι ἀκολουθήσειεν ἄτοπα· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Υἱὸς αἰτιατὸς ὢν ἐξ αἰτίου Πατρὸς Θεός ἐστιν ἐκ Θεοῦ, εἰ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως αἰτιός ἐστιν ὁ Πατὴρ, ὥσπερ ἂν εἰ

διηρημένη τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως ἡ ὑπόστασις ἦν, τί ἄλλο ἀνακύψειεν ἄν, ἢ Θεὸν τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν τὸν Υἱὸν τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχὶ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως δογματίζειν; Ἐπεὶ δὲ λέγεις, ὡς καθὸ Πατὴρ ὁ Πατὴρ ἱερολογεῖται προβάλλειν τὸ Πνεῦμα καὶ τοῖς εὐσεβέσιν οὐκ ἐπιδιστάζεσθαι τοῦτο διαβεβαιοῖ, ἐγὼ τοῖς εὐσεβέσι διαβεβαιοῦμαι, μηδέποτε ἐντυχεῖν θεολογίᾳ τινὸς τῶν Πατέρων ἐκ τοῦ Πατρὸς καθὸ Πατρὸς εἶναι λέγοντος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καθὸ ἀρχικοῦ αἰτίου, οὐχὶ προσεχῶς ἐξ αὐτοῦ προερχόμενον, ἀλλὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ, μηδὲν τοῦ τῆς υἱότητος καινοτομουμένου ἀξιώματος.

A eadem essentia et natura hypostasis sit divisa, quid aliud emerget, nisi ut Deum Patrem et Deum Filium ratione hypostaseos, et non ratione naturæ doceamus? Quoniam vero dicis Patrem, quatenus est Pater, Spiritum producere prædicari et vere catholicis hoc in dubio positum non esse asseveras, ego vere catholicis assevero nunquam fore, ut inveniant theologiam alicujus ex Patribus, qui dicat Spiritum sanctum ex Patre esse quatenus Pater est, sed solum dicentes quatenus causa principalis, ex eo progredi Spiritum, non proxime sed per Filium eum procedere, Filii dignitate nullam omnino innovationem patiente.

KEIMENON.

μη'. Εἶεν· ἀλλὰ γάρ φασί τινες (1) τοὺς αἱρεσιώτας λέγειν· « Πῶς δὲ τὸν κήρυκα τῆς Ἐκκλησίας, τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον οὐκ ἂν ἀλοίητε παραγραφόμενοι Παῦλον, ἐκεῖνον τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον, ὃς μέγα τε καὶ ὡς ἀληθῶς οὐράνιον ἀνακέκραγεν· *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν* (2), *κρᾶζον· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ*; » Εἰ οὖν Παῦλος ὁ τῶν ὀρθῶν δογμάτων γνώμων τὸ Πνεῦμα λέγει ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, πῶς οἱ μὴ τοῦτο παραδεχόμενοι αὐτὸν τὸν μυσταγωγὸν τῶν οὐρανίων οὐ παραγράφονται (3); Καὶ τίς ἐστι Παῦλον τὸν θεωρὸν τῶν ἀπορρήτων ὃς ἁπάσαις ψήφοις παραγράφεται; ὁ πρὸς τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ καὶ κοινὸν Δεσπότην ἀντιφθεγγόμενον ἐπιδεῖξαι σπουδάζων, ἢ ὁ τὴν πρὸς αὐτὸν συμφωνίαν αὐτοῦ διὰ σεβάσματος ἄγων καὶ ἀνυμνῶν; Εἰ γὰρ ὁ Δεσπότης μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι μυσταγωγεῖ, Παῦλον δὲ ἡ αἵρεσις δογματίζειν εἰσάγει ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τίς ἂν εἴη ὁ παραγραφόμενος; μᾶλλον δὲ ὁ γραφόμενος αὐτὸν δεσποτικῆς ἀντιλογίας καὶ δίκης ἄφυκτον τοῦ τολμήματος χρεωστεῖν. Ὁρᾷς, ὅπως ἔγνως τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον τῶν διδασκαλικῶν γερῶν μὴ ἀποστερεῖν, ὅπως τὸν πρὸς τὴν εὐσέβειαν ὁδηγὸν ἀντὶ τοῦ δι' αἰῶνος ἄγειν καὶ σεβάσματος ἐπιῤῥήτῳ γνώμῃ δυσφημεῖς. Ἀλλ' οὐδὲν ἡ αἵρεσις καινότερον τοῦ συνήθους ποιεῖ. Ἡ γὰρ αὐτὸν συκοφαντήσασα τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ εἰς διαφωνίαν ἐκπεσεῖν, πῶς οὐκ ἀκόλουθα πράττει ἑαυτῇ καὶ τὸν αὐτοῦ γνήσιον θεράποντα καὶ μαθητὴν εἰς ἀντιλογίαν ἀνανιστῶσα καὶ φιλονεικοῦσα δεῖξαι τοῦ διδασκάλου διωρθωτήν;—μθ'. Ποῦ δὲ Παῦλος ἂν ἐλέγει (4) τὸ Πνεῦμα *ἐκπορεύεσθαι* τοῦ Υἱοῦ; *εἶναι* μὲν γὰρ *τοῦ Υἱοῦ* (οὐδὲ γὰρ ἀλλότριον· μὴ γένοιτο!) κἀκεῖνος εἶπε, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία συνομολογεῖ καὶ συνεπίσταται· *ἐκπορεύεται* δὲ (5) *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, οὔτε διὰ τῆς ἐκείνου θεορρήμονος γλώττης προελήλυθεν, οὐ μήν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν εὐσεβῶν οὐδείς (πολλοῦ γε καὶ δεῖ συκοφαντίας τοιαύτης) ἐγράψατο, ἀλλ' οὐδ' ἀκοῇ τὸ δύσφημον ἀνάσχοιτο

TEXTUS

48. Esto. At inquiunt nonnulli hæreticos dicere: « Quomodo non manifeste repudiatis præconem illum Ecclesiæ orbisque doctorem Paulum, cœlestem illum virum, qui ingenti vereque cœlesti exclamat voce: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater* (a)? » Si igitur Paulus dogmatum rectorum norma Spiritum dicit e Filio procedere, quomodo qui hoc non admittunt, ipsum mysteriorum cœlestium doctorem non repudiant? — At quis, quæso, Paulum arcanorum mysteriorum doctorem calculis omnibus respuit? an is qui eum Christo magistro suo et communi Domino contradicentem ostendere nititur, an vero qui ipsius cum illo consensionem concordiamque reveretur ac celebrat? Si enim Dominus quidem Spiritum ex Patre procedere docet, Paulum vero inducit hæresis asserentem ex Filio, uter, quæso, illum repudiat? Imo potius is illum repudiat, qui contradictionis adversus Dominum eum accusat inevitabilemque temeritatis pœnam sibi acquirere eum contendit. Vides, quomodo orbis universi doctorem doctoris honore haud exuere nosti, quomodo eum, qui nos ad pietatem ducit non veneratione obsequiove prosequeris, sed infamia atque ignominia inspergis. Sed nihil præter morem suum hic agit hæresis. Quæ enim ipsum Filium Verbumque Dei calumniata fuit, quod secum ipse aliquando pugnarit, quomodo non sibi consentanea facit, dum et genuinum ejus famulum et discipulum ipsi contraria dicentem objicit eumque ostendere nititur Magistri sui correctorem?—49. At ubinam, quæso, Paulus affirmat, Spiritum *procedere* a Filio? *Esse* quidem Spiritum *Filii* (neque enim alienus est, absit) et ille dixit et Dei Ecclesia confitetur ac prædicat; *procedere* autem *ex Filio* neque ex illius divina lingua prodiit, neque ullus unquam catholicorum talem ei calumniam affinxit suis scriptis; tantum abest, ut id factum fuerit, ut nec audire ejusmodi blasphemiam catholicus

(1) Laur. τινα.
(2) Mon. et al. cum nov. T. pluribus codd. ἡμῶν.
(3) Sic Laurent. Col. et al., Mon. omissa particula negat. παραδέχονται.
(4) Ἄνθρωπε, λέγει Laur.
(5) Δὲ post. ἐκπορεύεται deest in Laur.

(a) Ad hunc textum revera Latini fere omnes provocant. Aug. de Trin. IV, 20, aliique Patres apud Petav. de Trin. l. VII, c. 4. Ratramnus contra Græcorum opposita L. I, c. 4, 6, 7. (Patrol. lat. t. CXXI, p. 232, 236, 238.) S. Petrus Dam. Opusc. I, c. 10. (Patrol. t. CXLV, p. 57, 58.)

quis sustinuerit.—50. Dixit Paulus, qui cursu divinæ prædicationis breviorem suo studio telluris magnitudinem ostendit, *Spiritum Filii sui*. Cur igitur non et tu hæc dicis, sed fraudulenter agis, omnia susdeque vertis et pervertis præconis verbum, quodque gravius est, tuam istam perversionem et blasphemiam in doctoris vocem intrudis?— 51. Dixit *Spiritum Filii*. Recte admodum et sapienter et divine. Tu vero quorsum depravas hanc vocem et quæ quidem dixit non dicis, quæ vero ne cogitavit quidem, quasi ab illo dicta jactare non erubescis? *Spiritum Filii sui*. Neque enim poterat id aliter aptius enuntiari. Est enim Spiritus ejusdem ac Filius naturæ et substantiæ, gloriæ, honoris et potestatis. Qui ergo dicit *Spiritum Filii sui*, naturæ quidem edocet perfectam sine ulla differentia similitudinem (et identitatem), causam vero processionis nusquam inducit; ac substantiæ quidem unitatem agnoscit, eum vero qui consubstantialiter produxit hypostasin, nullatenus declarat nec causam subindicat.

REFUTATIO

XXIII. Romani vocem Apostoli Spiritum sanctum Filii Spiritum dicentem dum in medium proferunt, ut eum ex Filio esse demonstrent (*a*), magnum Basilium hujus theologiæ antesignanum exhibent, qui modo Spiritum Filii esse ait Spiritum, quia per Filium est ex Patre, modo nihil differre docet in theologia præpositionem *per* et præpositionem *ex*. Tu vero qui illos lato ore hæreticos vocas, et convitiis appetentes Dei præconem Paulum, calumniantes Verbum et Filium Dei, mala fraude omnia præpostere permiscentes et præconis sermonem perverteutes, scito te hæc omnia adversus nostros doctores et genuinos Domini ministros verosque Pauli discipulos evulgare et dicere. Quinam sunt isti? Ii qui ex Patre per Filium Spiritum procedere affirmarunt. Si enim, ut tibi videtur, Romanorum Ecclesia Pauli vocem depravat et quæ quidem dixit Paulus non dicit, quæ vero ne cogitavit quidem, quasi ab illo dicta prædicat, Patres nostri ante ipsam bisce criminationibus obnoxii effecti sunt, qui ex Patre per Filium Spiritum procedere tradiderunt. Tu quidem Spiritum *Filii* dicis utpote connaturalem et consubstantialem Filio et hanc vocem edocere inquis naturæ absque ulla differentia similitudinem; sed veritas hæc est, Spiritum Filio connaturalem et consubstantialem esse et secundum naturam nulla ab eo differentia sejunctum, propterea quod per Filium est ex Patre procedens.

TEXTUS.

52. Quid vero? Nonne ab omnibus theologice di-

a) Audiatur præ cæteris Magnus Leo serm. I, de Pentec. c. 3. (Patrol. lat. t. LIV, p. 402) : *Spiritus sanctus Patris Filiique Spiritus, non sicut quæcunque creatura, quæ et Patris et Filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens et sempiternus ex eo, quod est Pater Filiusque, subsistens.*

(1) Cf. Basil. ap. Becc. G. O. II, 333, 363 seq.

δέξασθαι.—ν'. Εἶπεν ὁ Παῦλος, ὁ τῷ δρόμῳ τοῦ θείου κηρύγματος βραχύτερον αὐτοῦ τῆς σπουδῆς τὸ τῆς οἰκουμένης ἐλέγξας μέγεθος, *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*. Διὰ τί οὖν μὴ καὶ σὺ τοῦτο λέγεις, ἀλλὰ κακουργεῖς καὶ τὰ ἄνω κάτω ποιεῖς καὶ διαστρέφεις τὸ ῥῆμα τοῦ κήρυκος· καὶ, τὸ βαρύτερον, τὴν σὴν διαστροφὴν καὶ βλασφημίαν εἰς τὴν τοῦ διδασκάλου παραπέμπεις φωνήν; — να'. Ἔφη, *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ*· καλῶς γε καὶ θεοσόφως. Σὺ δὲ τί ποτε παραχαράττεις τὴν φωνὴν καὶ ἃ μὲν εἶπεν οὐ λέγεις, ἃ δὲ οὐδ' ἐνενόησεν, ὡς ἐκείνου λέγοντος κηρύττειν οὐκ ἐρυθριᾷς; *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*· οὐδὲ γάρ, οὐδ' ἦν ἄλλως βέλτιον εἰπεῖν· καὶ γὰρ ὁμοφυὲς τοῦ Υἱοῦ καὶ ὁμοούσιον καὶ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ τιμῆς καὶ κυριότητος· ὁ τοίνυν λέγων· *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*, τῆς φύσεως μὲν ἐκδιδάσκει τὸ ἀπαράλλακτον, τὴν δὲ αἰτίαν οὐδαμοῦ συνεισάγει τῆς ἐκπορεύσεως· καὶ τὴν μὲν κατ' οὐσίαν οἶδεν ἑνότητα, τὸν δ' ὁμοφυῶς προαγαγόντα τὴν ὑπόστασιν οὐμενοῦν οὐδαμῶς συναναχηρύττει, οὐδὲ τὸν αἴτιον ὑποδείκνυσι.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

ΚΓ'. Ῥωμαῖοι μὲν τὴν *Πνεῦμα Υἱοῦ* τὸ ἅγιον λέγουσαν Πνεῦμα ἀποστολικὴν φωνὴν προβαλλόμενοι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι αὐτὸ, τὸν μέγαν Βασίλειον πρόμαχον τῆς τοιαύτης προϊστῶσι θεολογίας, νῦν μὲν λέγοντα, Πνεῦμα Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν ἐκ Πατρὸς (1), νῦν δὲ μηδέν τι διαφέρειν διδάσκοντα ἐπὶ τῆς θεολογίας τὴν *διὰ* καὶ τὴν *ἐκ* (2). Σὺ δὲ πλατεῖ στόματι αὐτοὺς αἱρεσιώτας ἀποκαλῶν καὶ δυσφημοῦντας μὲν Παῦλον τὸν θεοκήρυκα, συκοφαντοῦντας δὲ τὸν Λόγον καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κακουργῶς τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντας καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ κήρυκος διαστρέφοντας, ἴσθι ταῦτα πάντα κατὰ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων καὶ γνησίων τοῦ Δεσπότου θεραπευτῶν καὶ τοῦ Παύλου ἀληθῶν μαθητῶν ἀνακηρύττων καὶ λέγων. Τίνων ἐκείνων, Οἵπερ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι εἶπον. Εἰ γὰρ, ὡς δοκεῖ σοι, τὴν Παύλου φωνὴν ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία παραχαράττει καὶ ἃ μὲν εἶπε Παῦλος οὐ λέγει, ἃ δὲ οὐδὲ ἐνενόησεν ὡς λέγοντος ἐκείνου κηρύττει, οἱ Πατέρες ἡμῶν πρὸ αὐτῆς τοῖς ἐγκλήμασι γεγόνασι τούτοις ἁλώσιμοι, οἱ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα θεολογήσαντες. Σὺ μὲν γὰρ Πνεῦμα Υἱοῦ λέγεις ὡς ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον Υἱῷ, καὶ τὴν φωνὴν ταύτην ἐκδιδάσκειν λέγεις τῆς φύσεως τὸ ἀπαράλλακτον· τόδ' ἀληθές ἐστιν, ὁμοφυὲς τῷ Υἱῷ καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀπαράλλακτον αὐτοῦ κατὰ φύσιν, ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρός (3).

KEIMENON.

νβ'. Τί δέ; Οὐ θεολογεῖται παρὰ πᾶσι καὶ (4) ὁ

(2) Basil. de Sp. S. c. 8. Becc. G. O. I, 112-123 seq. II, 60 seq. 110 seq. Eodem modo, ut supra, Basil. addncit L. III ad Theod. Sugd. c. 6, G. O. II 142.

(3) Cf. Becc. ad Theod. L. III, c. 8, fin. G. O. II, 145.

(4) Καὶ deest in Laurent.

Πατὴρ εἶναι τοῦ Υἱοῦ; Ἆρ' οὖν σὺ (1) διὰ τοῦτο καὶ γέννησιν ἀναστρέψεις αὐτῷ; Εἰ δ' ὁ Πατὴρ λέγεται μὲν τοῦ Υἱοῦ, οὐχ ὅτι γεγέννηται, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁμοούσιος· εἰ βούλει δὲ καὶ ὅτι γεγέννηται· πῶς ἐνταῦθά σοι τὸ *Πνεῦμα* ῥηθὲν *τοῦ Υἱοῦ* ἀντὶ τοῦ λέγειν αὐτὸ αἴτιον καὶ προαγωγὸν εἰς τὴν τοῦ προαγομένου καὶ αἰτιατοῦ τάξιν παρεσύρη; Εἰ γάρ πού σε καὶ ἀσεβεῖν διὰ τῆς τῶν φωνῶν ὁμοιότητος ἔρως κατεῖχεν, ἐπίσης μὲν ἂν ἦς ἀσεβῶν ὥσπερ προβολέα τὸ Πνεῦμα λέγων τοῦ Υἱοῦ, οὕτως καὶ τὸ ἀνάπαλιν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν· πλὴν ἀλλ' ἥ γε πλάνη διά τινος, ἂν ἀφορμῆς καὶ παραδείγματος ἐδόκει προϊέναι· νῦν δέ σοι καὶ τὸ ἄλογον θεομαχεῖ καὶ τὸ θεομάχον πρὸς τὸ ἔμπληκτον περὶ τῆς ὑπερβολῆς φιλονεικεῖ καὶ ἀντερίζει.

A citur et Pater *esse Filii*? Ergo propterea et tu generari a Filio Patrem affirmabis? Quod si Pater dicitur Filii, non quia generatus, sed quia consubstantialis est, vel si vis, et quia genitus fuit (Filius), quomodo hic tu audiens *Spiritum Filii*, non causam eum ac productorem asseris, sed in producti et causati ordinem traducis et detrudis? Nam si forte impium te exhibere per vocum similitudinem cupiebas, æque exsisteres impius dicendo Spiritum productorem Filii ac vice versa Filium productorem Spiritus; nisi quod hic error per quamdam veri speciem procedere et exemplo confirmari videretur. Nunc vero et absurditas tua exsistit impia et impietas cum stultitia de præcellentia contendit ac litigat.

νγ'. Ἱερολογεῖ τοίνυν ἡ Ἐκκλησία καὶ τὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ· καὶ γὰρ ὁμοούσια· καὶ οὐ δήπου διότι θεολογεῖται γεγεννῆσθαι ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ διότι λέγεται καὶ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τοῦτο καὶ ἀνάπαλιν δυσφημήσομεν· οὕτως οὖν κἄπειτ' ἂν ἱερολογοῦμεν τὸ Πνεῦμα εἶναι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ μὲν ὁμοούσιον πάντως πρὸς ἑκάτερον ταῖς φωναῖς συνεισάγομεν· ἴσμεν δ' ὅτι ὁμοούσιον μέν ἐστι τῷ Υἱῷ, οὐχ ὅτι ἐκπορεύεται (ἄπαγε· ἐπεὶ μηδὲ κἀκεῖνος αὐτῷ διὰ τὴν γέννησιν), ἀλλ' ὅτι ἐξ ἑνὸς καὶ ἀμερίστου αἰτίου πρὸ αἰώνων τε καὶ ὁμοταγῶς ἑκατέρῳ ἡ πρόοδος.

B 53. Prædicat igitur Ecclesia et Filium esse Patris et Patrem esse Filii; sunt enim consubstantiales; neque tamen quia dicitur generatus Filius a Patre et Pater a Filio, ideirco vicissim affirmare licebit, Patrem a Filio generari. Ita ergo quando dicimus Spiritum esse Patris ac Filii, consubstantialitem quidem ejus cum utroque ex vocibus istis colligimus; scimus autem Spiritum consubstantialem esse Patri, quia ex ipso procedit, atque consubstantialem Filio, non quia procedat (absit; nam nec Filius consubstantialis est Spiritui propter generationem) sed quia ex una indivisaque causa ab æterno simul eodemque ordine uterque prodiit.

νδ'. *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.* Σύνες, ὦ οὗτος, καὶ μὴ τὴν τοῦ κήρυκος τῆς ἀληθείας θεόσοφόν τε καὶ σωτήριον φωνὴν ὀλεθρίου πάθους σαυτῷ συσκευάζῃς ὑπόθεσιν. Οὐκ ἔστιν ἐργώδης ἡ ἀνάληψις, οὐκ ὀξυτέρας δεῖται φρενὸς οὐδ' ἐμβαθύνειν ἐῤῥωμένης τοῖς κρυφιωτέροις· ἄλλο σημαίνει, *τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*, καὶ ἕτερον μυσταγωγεῖ, *τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον*. Μηδέ σε ἡ ὁμοιότης τῶν πτώσεων εἰς ἀνίατον συνελαυνέτω πτῶμα. Πολλὰ γὰρ τῶν ῥημάτων τῷ ὁμοίῳ προαγόμενα τῆς φωνῆς τύπῳ οὐ τὸν ὅμοιον νοῦν οὐμενοῦν οὐδ' ἐγγὺς διερμηνεύει· καὶ πλεῖστον ἂν σοι τοιούτων [κατάλογον] ἐθροισάμην, εἰ μή σου τὸ ἀπειθὲς τὴν ἐμὴν σπουδὴν μετέβαλλεν εἰς ὄκνον.

C 54. *Spiritum Filii sui.* Intellige, sodes, nec velis divinam salutaremque vocem præconis veritatis in perniciei materiam tibi convertere. Non est operosum resipiscere, non est ad hoc ingenio acutiori opus, quod valeat in abditiora mysteria penetrare. Aliud significat *Spiritus Filii sui*, et aliud denotat *Spiritus ex Patre procedens*. Nec te similitudo casuum in casum irreparabilem compellat. Multa enim verba, quæ simili efferuntur vocis forma, similem sensum nullatenus exhibent, plurimaque tibi hoc loco verba ejusmodi recenserem, nisi contumacia tua meum studium in desidiam verteret.

νε'. Σὺ δ' ἂν ἴσως εἰπεῖν ὑπαχθείης, μᾶλλον δὲ τοῖς σοῖς δουλεύων νόμοις ἀνάγκην ἔχεις μὴ ἀφίστασθαι τῆς ἀτοπίας. Ἐπειδὴ τὸ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς ὁ Υἱὸς οὐ τοῦτο μόνον θεολογεῖται, ἀλλὰ καὶ αὐτός φησιν· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου*, ἔστι δὲ τὸ φῶς τοῦ φωτὸς ὁμοούσιον ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, τὸν ἐκ τῆς σῆς σοφίας καὶ γνώμης καὶ γλώττης συμπλακέντα σοι βρόχον, κἂν ὀφὲ γοῦν, ἵνα μὴ λέγω σαυτῷ περιθεῖναι, ἀλλ' ὧν δίκαιος ἦσθα παραιτεῖσθαι [καὶ] ζητεῖν τὸν διὰ σῆς ἀγχόνης ὄλεθρον ὅπως γένοιτό σοι διαφυγεῖν.

D 55. Tu vero forsitan affirmaveris, imo tuis serviens legibus omnino cogeris ab hac non recedere absurditate. Quoniam Filius non solum splendor Patris et lumen de lumine a nostris theologis nuncupatur, sed et ipse ait: *Ego sum lux mundi*, et quoniam est lumen lumini consubstantiale, Filius nimirum Patri (*a*)..... contextum per te ex tua vafritie et opinione et lingua laqueum tandem aliquando ne dicam ipsummet tibi imponere, at saltem te justum fuerit atque quærere, quomodo strangulationis mortem queas evadere (*b*).

(1) Monac. omitt. σύ.

(*a*) « Per aposiopesin atque imprecationem videtur hoc loco Photius innuere: ex eo quod Christus dicatur lux mundi, sequi Christum a mundo procedere, si ex eo quod Spiritus dicatur Spiritus Filii, verum sit sequi Spiritum a Filio procedere. »

Catiforus.

(*b*) Catiforus legit: παραιτεῖσθαι ζητεῖν et ita minus accurate vertit: — laqueum ne dicam ipsemet tibi imponere, at saltem ab aliis impositum tolerare *eoque mortem appetere* mereris. Cæterum et Laur. habet ut Catiforus.

56. Dixit divus Paulus, qui latitudine evangelicæ prædicationis telluris universæ ambitum coarctavit : *Misit Deus Spiritum Filii sui.* Dum id quod dixit enuntias, nullam a te pœnam exigimus ; dum vero quod non dixit tanquam ab illo prædicatum constituis, reum te supplicii atque impietatis judicamus. Dixit ille cœlestis homo : *Spiritum Filii sui ;* tu vero quasi tertium cœlum supergressus verborumque magis arcanorum auditor factus, vocem quidem illius tanquam imperfectam repudias et a fide tua eliminas, perficiens vero quod ille reliquerat imperfectum, loco dicendi : *Spiritum Filii sui,* asseris (o summam atque intolerandam audaciam !) a Filio Spiritum procedere ; hæcque scenico confingens more et ore sacrilego recitans Apostolum ipsum sacrilegio tuo læsum doctorem ac patronum tibi vindicare non erubescis ! Plane ostendisti, quo spiritu occupatus ac impletus tantum ac tale impietatis venenum evomueris.

REFUTATIO.

XXIV. Quæ in præsenti pericope disseruntur, copiosa refutatione haud opus habent, cum ex antea dictis sufficientem jam redargutionem acceperint. Quod vero ad illud spectat, quod Spiritum Filii eodem modo dictum esse vis, quo dicitur Pater esse Filii et Filius Patris, noveris naturalem in Trinitate ordinem haud simpliciter ac confuse hæc dici sinere. Est enim Filius *Filius* Patris et consubstantialis Patri, quia est ex Patris substantia ; est Pater *Pater* Filii, quia ex propria substantia illum emittit ; et est Spiritus *Spiritus* Patris et Patri consubstantialis, quia ex Patris substantia est : Pater vero non est *Pater* Spiritus (*a*), sed productor, quia ex propria substantia ipsum profundit. ; ita pariter consubstantialis Filio est Spiritus, quia ex Filii substantia est, Filius autem Spiritui consubstantialis, quia ex sua ipsius substantia eum emittit. Hæc in Trinitate ita dici et intelligi naturalis in ipsa ordo facit, nec, uti tibi placet, Spiritum Filio consubstantialem esse dicendum est quia ex una et indivisibili causa utrique progressio est, hæc enim est consubstantialitas fraterna, quæ nullum in illa beata natura habet aditum (*b*).

TEXTUS.

57. Visne alias adhuc tibi sacras apponam vo-

ν ς'. Εἶπεν ὁ θεῖος Παῦλος ὁ τῷ πλάτει τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος τὸν γύρον τῆς οἰκουμένης στενοχωρήσας· *Ἐξαπέστειλεν* ὁ Θεὸς τὸ *Πνεῦμα* τοῦ *Υἱοῦ αὐτοῦ* · ὃ μὲν εἶπε λέγοντα οὐδεμίαν σε δίκην ἀπαιτοῦμεν· ὃ δὲ μὴ εἶπεν, ὡς ἐκείνου κηρύσσοντος δογματίζοντα ἐν δίκῃ σε γραφόμεθα ποινῆς ἔνοχον εἶναι καὶ ἀσεβείας. Εἶπεν ἐκεῖνος ὁ οὐράνιος ἄνθρωπος· *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ* · σὺ δὲ ὥσπερ καὶ τὸν τρίτον οὐρανὸν ὑπεραναβὰς καὶ ἀπορρητοτέρων ῥημάτων αὐτήκοος γεγονὼς; ἐκείνου μὲν τὴν φωνὴν ὡς ἀτελῆ παραγράφῃ καὶ τῆς σῆς πίστεως ἀπελαύνεις, τελειοποιῶν δὲ τὸ ἐκείνου ἀτελὲς ἀντὶ τοῦ λέγειν, *τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*, τὸ Πνεῦμα δογματίζεις (φεῦ τῆς ἀνυπερβλήτου τόλμης!) ἐκπορεύεσθαι τοῦ Υἱοῦ· καὶ ταῦτα βραματουργῶν καὶ βλασφημῶν τὸν βλασφημούμενον οὐδεμίαν λαμβάνεις αἰδῶ διδάσκαλον καὶ συνήγορον ἐπιγράφεσθαι. Οὕτως ἔδειξας, ἐκ ποίου πνεύματος ἐνεργούμενος καὶ πληρούμενος τὸν τηλικοῦτον καὶ τοσοῦτον ἰὸν τῆς ἀσεβείας ἐξήμεσας.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Κδ'. Τὰ τῇ παρούσῃ διειλημμένα περικοπῇ οὐ πολλῆς τῆς ἀντιῤῥήσεως δέονται, ἐκ τῶν ἤδη ῥηθέντων τὸν ἔλεγχον ἀρκούντως ἐπιφερόμενα. Ὅτι δὲ σὺ οὕτω θέλεις εἶναι Πνεῦμα Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὡς ὁ Πατήρ ἐστι τοῦ Υἱοῦ καὶ ὡς ὁ Υἱός ἐστι τοῦ Πατρός, ἀλλ' ἡ ἐν τῇ Τριάδι φυσικὴ τάξις οὐχ ἁπλῶς καὶ φύρδην λέγεσθαι αὐτὰ συγχωρεῖ· ἔστι μὲν γὰρ ὁ Υἱὸς *Υἱὸς τοῦ Πατρὸς* καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἐστίν· ἔστι δὲ ὁ Πατὴρ *Πατὴρ Υἱοῦ* καὶ ὁμοούσιος Υἱῷ, ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας πηγάζει αὐτόν· καὶ ἐστι μὲν τὸ Πνεῦμα *Πνεῦμα* τοῦ Πατρὸς καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἐστίν· ἔστι δὲ ὁ Πατὴρ οὐ *Πατὴρ* Πνεύματος, ἀλλὰ προβολεύς, ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας προχέει αὐτό· ὡσαύτως ἐστὶ μὲν ὁμοούσιον Υἱῷ τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Υἱοῦ οὐσίας ἐστίν· ἔστι δὲ ὁ Υἱὸς τῷ Πνεύματι ὁμοούσιος, ὅτι ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας ἐκπέμπει αὐτό· οὕτω ταῦτα ἐν τῇ Τριάδι λέγεσθαι καὶ νοεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῇ φυσικῆς ἐστι τάξεως· καὶ οὐχ ὡς σὺ θέλεις, ὁμοούσιον τὸ Πνεῦμα εἶναι Υἱῷ, ὅτι ἐξ ἑνὸς καὶ ἀμερίστου αἰτίου ἑκατέρῳ τούτων ἡ πρόοδος· ἀδελφικὴ γὰρ ἡ ὁμοουσιότης αὕτη, ἥτις οὐδεμίαν ἔχει ἐν τῇ μακαρίᾳ φύσει τὴν πάροδον.

KEIMENON.

ν ζ'. Βούλει σοι καὶ ἑτέρας ἱερὰς παραθεῖην φωνὰς,

(*a*) De hoc discrimine vide Alcuinum L. I De fide Trinitatis c. 4. (Patrol. lat. t. CI, p. 16) et Animadvers. in Photii librum Art. II, § 15.

C Οἷα δὲ καὶ ἅπερ περὶ τῶν διαφορῶν τῶν λέξεων λέγει τῆς τε ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ τῆς Πνεῦμα Θεοῦ καὶ Κυρίου λεγούσης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδεμίαν τῶν εἰρημένων φωνῶν διῖσχυρίζεται ταῖς λέξεσιν ἑρμηνεύειν τὸ ἐκπορεύεσθαι, ἀλλ' ἕτερον περιφανῶς εἶνσι τὸ ἐκπορεύεσθαι τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα νομοθετεῖ· νομοθετεῖν γάρ ἐστι τὸ κατὰ πολλὴν ἄδειαν διαφορὰς αὐτὸν πλάττεσθαι, μηδενὶ τῶν ἁγίων ῥηθείσας· καὶ ἄλλο σημαίνειν τοῖς ὀνόμασι διορίζεται τὰς Πνεῦμα Θεοῦ καὶ Κυρίου καὶ τὰ ὅμοια λεγούσας φωνάς. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ κεφαλαίῳ τῶν κατ' Εὐνομίου ἀγώνων αὐτοῦ οὕτω λέγει σαφῶς· « Οὐδὲ γὰρ ἐλαττόν τι ἕξειν μέλλομεν εἰς τὸ γινώσκειν τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ Θεοῦ, Πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ
D ἀκούοντες αὐτό, ἀλλ' ἱκανὸν καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ δηλῶσαι τὴν ἐκ Θεοῦ (2). » Τοῦ γοῦν μεγάλου Πατρὸς Βασιλείου αὐτὴν τὴν ἐκ Θεοῦ ὕπαρξιν τοῦ Πνεύματος δηλοῦσθαι διασαφοῦντος ἀπὸ τῆς λεγούσης φωνῆς Πνεῦμα Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς οὐ προδήλως αὐτῷ τῷ διὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου λαλοῦντι Πνεύματι τοῦ Θεοῦ Φώτιος ἀντιλέγων ἐστὶν (3) ἐν ταῖς ἤδη ῥηθείσαις διαφοραῖς; « Πνεῦμα Θεοῦ, » φησὶν, « ἀκούοντες », ὁ μέγας Βασίλειος, « ἐκ Θεοῦ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα γινώσκομεν (4)· » καὶ Φώτιος λέγει· « Ἕτερον ἡ λέξις παρίστησι ση-

μαινόμενον ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἕτερον ἡ Πνεῦμα Θεοῦ ἢ Κυρίου αὐτὸ λέγουσα.» Καὶ πάλιν· « Οὐδεμία γε τῶν φωνῶν τῶν εἰρημένων τὸ ἐκπορεύεσθαι ταῖς λέξεσιν ἑρμηνεύει· καὶ γὰρ περιφανῶς ἕτερόν ἐστιν ἐκπορεύεσθαι τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ ἄλλο σημαίνουσι τοῖς ὀνόμασιν αἱ τὸ Πνεῦμα λέγουσαι τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου καὶ τὰ ὅμοια.» Ποῖ ποτε τῶν Γραφῶν, σοφώτατε ἄνερ, ταύταις ταῖς διαφοραῖς ἐντετύχηκας; Πόθεν σοι γέγονε ταῦτα νομοθετεῖν; Εἰ γὰρ ὁ λέγων Πνεῦμα Θεοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δηλοῖ τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν, κατ' ἐξηγητικὴν (1) ἀξιοπιστότερόν σου κατὰ πολὺ, τὸν μέγαν Βασίλειον, ποίαν ἕξουσι χώραν αἱ παρὰ σοῦ ῥηθεῖσαι διαφοραί;

A

Ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρος · Τὸ ὑπάρχειν πάντως τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ λέξις δηλοῖ. *Πνεῦμα Θεοῦ τὸ Πνεῦμα* · τὴν ἐκ Θεοῦ ὕπαρξιν τοῦ Πνεύματος πάντως ἡ λέξις δηλοῖ, εἴ γε μὴ καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον ὀπίσω θεῖναι τῶν σῶν ἐξηγήσεων βούλει· καὶ ἡ διαφορὰ λοιπὸν τῶν λέξεων ποῦ; Ἡ τοῦ Πνεύματος ὕπαρξις, καθὸ Πνεύματος ὕπαρξις, αὐτῇ τῇ κλήσει τοῦ Πνεύματος συνεπινοουμένην τὴν ἐκπόρευσιν ἔχει, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν Πνεῦμα καὶ μὴ ἐκπορευτὸν νοῆσαι αὐτό· εἴτε γὰρ ἀναβλύζον ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγει τις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἴτε πηγάζον, εἴτε κατά τινα ἄλλην τῶν ὅσαι λέξεις τὴν αὐτοῦ δηλοῦσιν ἐκ Πατρὸς ὕπαρξιν, οὐκ ἄλλο τι σημαίνει παρὰ τὸν λέγοντα ἐκ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι· εἰ γὰρ καὶ πᾶσαι μὲν αἱ ἄλλαι λέξεις τὸ ἁπλῶς εἶναι δηλοῦσι τοῦ Πνεύματος, ἰδιοτρόπως δὲ ἡ ἐκπόρευσις τὸ πῶς εἶναι αὐοῦ· ἀλλ' ἐπεὶ αὐτὴ ἡ τοῦ Πνεύματος κλῆσις τὴν πρὸς Υἱὸν ἐμφαίνει διαφοράν, καὶ δίχα τοῦ ἐκπορευτὸν ῥηθῆναι αὐτὸ, αὐτὴν τὴν ἐκπορευτὴν ὕπαρξιν, ὅσῳ καὶ Πνεύματος ὕπαρξιν, καὶ ἡ ἀνάβλυσις δηλοῖ καὶ ὁ πηγασμὸς καὶ ἡ πρόχυσις· καὶ διὰ ταῦτα οὐ καλῶς νενομοθέτηκας, ὁ σοφώτατος, ὅσα δῆτα νενομοθέτηκας περὶ διαφορᾶς, λέγων ὡς ἕτερον μὲν ἡ λέξις παρίστησι σημαινόμενον ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἕτερον ἡ Πνεῦμα Θεοῦ ἢ Κυρίου αὐτὸ λέγουσα. Ἀλλ' οὐδὲ ταῖς ἐφεξῆς περὶ τοῦ ὁμοουσίου ῥήσεσι καὶ ταῖς Πνεῦμα Υἱοῦ καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ δηλούσαις φωναῖς ἐχρήσω καλῶς, περὶ ὧν πολλάκις εἰπόντες σιωπῶμεν τὰ νῦν.

B

C

D

dicit: « Diversum exhibet significatum vox ea quæ dicit ex Patre procedere Spiritum, et diversum vox ea quæ eum dici Spiritum Dei vel Domini.» Et rursum: « Nulla eorum vocum conceptis verbis affirmat processionem, nam manifeste aliud est dicere procedere ex Patre Spiritum, et aliud significant ipsis verbis voces quæ dicunt Spiritum Dei et Domini, et quæ his similia.» Ubinam, o vir sapientissime, in Scripturis ejusmodi reperisti differentias? Undenam eo adductus es, ut tales leges constituas? Nam si is qui dicit Spiritum Dei exsistentiam Spiritus ex Deo indicat, secundum expositionem tua multo digniorem fide, magni videlicet Basilii, qualem amplius locum habebunt differentiæ a te enarratæ?

Procedit Spiritus ex Patre; hæc dictio prorsus Spiritum exsistere denotat; *Spiritus Dei est Spiritus*; Dictio hæc prorsus denotat Spiritus ex Deo exsistentiam, siquidem haud tibi placet magnum Basilium tuis postponere explanationibus; porro ubinam nunc dictionum diversitas? Exsistentia Spiritus, quatenus est Spiritus exsistentia, ipso Spiritus vocabulo simul conjunctam habet notionem processionis; nec possumus dicere Spiritum et non procedentem eum intelligere. Sive enim quis scaturientem ex Patre dicit Spiritum sive profluentem sive aliam quamdam earum usurpat dictionum, quæ ex ipsius ex Patre exsistentiam declarant, non aliud quidquam significat, quam is qui eum ex Patre dicit procedere. Nam si et omnes aliæ dictiones simpliciter esse denotant Spiritus, proprio vero modo processio exsistentiæ certum modum indicat; tamen quoniam ipsum Spiritus vocabulum differentiam ad Filium manifestat, etiamsi non dicatur procedens, ipsam hanc exsistentiam per processionem, utpote Spiritus exsistentiam, etiam scaturiendi, et profluendi et profusionis voces declarant. Atque idcirco non recte leges eas, o sapientissime, statuisti quas certo de differentia sancitas voluisti asserens, alium significatum exhibere propositionem, ex Patre procedere Spiritum, et alium assertionem, qua Spiritus Dei vel Domini dicitur. Verum neque sequentia de consubstantialitate dicta et voces, quæ Spiritum Filii et Spiritum Christi dicunt (c. 91, 92) recte adhibuisti, quæ, cum jam sæpius de iis dixerimus, in præsentia silentio præterimus.

KEIMENON.

ιγ'. Σὺ δέ μοι σκόπει κἀντεῦθεν. Τὸ Πνεῦμα λέγεται τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅπως λέγεται, οὐ χαλεπὸν ἐκ τοῦ Ἡσαΐου μαθεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Δεσποτικῆς ἀναγνώσεως καὶ φωνῆς· *Πνεῦμα γὰρ ἐπ' ἐμὲ*, φησὶν, *οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με*· ὥστε τὸ Πνεῦμα ἄλλον μὲν τρόπον λέγεται τοῦ Κυρίου, ἕτερον δὲ τοῦ Υἱοῦ· τὸ μὲν γὰρ ὡς ὁμοούσιον· τὸ δὲ εἰ καὶ ὁμοούσιον, ἀλλὰ νῦν γε διὰ τὸ χρίσμα λέγεται τοῦ Υἱοῦ· Χοιστοῦ (2) γὰρ Πνεῦμα, ὅτι χρίει αὐτόν·

TEXTUS.

93. Tu vero hinc quoque rem expende. Spiritus dicitur Spiritus Christi, et qua ratione dicatur, non est difficile ex Isaia discere, imo vero ex ipsamet Domini recitatione ac voce: *Spiritus enim Domini*, inquit, *super me, propterea unxit me.* Quamobrem Spiritus alio modo dicitur Domini, alio modo Filii; Spiritus Domini utpote consubstantialis; Spiritus vero Filii, licet sit consubstantialis, tamen propter unctionem dicitur Christi

(1) Fort. ἐξηγητήν.

(2) Laur. habet Κυρίου.

enim Spiritus, quia ungit ipsum : *Spiritus* enim, inquit ipsa veritas, *super me; propterea unxit me.* Ungit Spiritus Christum ; quomodo id, quæso, intelligis ? An quatenus participavit de carne et sanguine et factus est homo, an quatenus ab æterno exsistebat Deus? At hoc posterius nunquam opinor, tametsi audacissimus sis, affirmare audebis. Non enim ungitur Filius prout est Deus; apage. Ergo prout est homo Spiritu ungitur Christus. Tu vero dicis : Quoniam dicitur Spiritus Christi, omnino et procedit a Christo. Ergo Spiritus Christi non quatenus est Deus ex ipso proveniet, sed quatenus homo, et non ab æterno et ante sæcula simul cum Patre substantiam possidens, sed tunc quando humanam carnem assumpsit Filius.

94. Adverte animum et resipisce ab errore, o homo, nec tuam plagam vulnusque tuum talis esse naturæ ostende, ut omnem respuat curationem. Spiritus prædicatur Christi, quia ungit ipsum; tua autem perniciosa lex asserere jubet, quia procedit ab ipso; procedit autem a Christo, ut ratio per tuam opinionem incedens ostendit, non quatenus Deus est Christus, sed quatenus nostram carnem assumpsit. Si igitur quatenus Christus de nostra carne participavit, secundum hoc Spiritus a Christo procedit, procedit autem rursus a Filio, quatenus est Deus (id enim leges a te sanctæ exigunt), concludetur profecto, naturam humanam deitati esse consubstantialem, si quidem Spiritum consubstantialem Filii et rursus Christi ceuses ; procedere enim eum facis et ante incarnationem et post incarnationem ; consubstantialitatem vero nondum sustulisti. Si igitur Spiritus Filio consubstantialis, et consubstantialis quoque est assumptæ naturæ (ex ipsa namque eum procedere jubes), ineluctabili rationum vi evincetur, Christi deitatem consubstantialem esse ipsius humanitati. Nec volo interim demonstrare, eadem rationum vi e tuo dogmate colligi, cum ipso etiam Patre carnem Christi futuram consubstantialem ; et quid aliud fuerit aut hac impietate detestabilius aut hoc errore calamitosius ?

95. Tu tamen nondum vis conspicari, in qualia te præcipitia et in quam perniciosum animæ barathrum projiciat ac sepeliat improba hæc voluntas, qua renuis Christo ejusque discipulis obtemperare, synodos œcumenicas sequi, argumentisque ac rationibus e sacris Eloquiis deductis animum impendere, sed accusas communem Dominum, mentiris in eximium Paulum, insurgis in œcumenicas et sanctas synodos, calumniaris Patres tuosque Pontifices, ac Patres a vero Patrum sensu eliminans (1), in malam amandas crucem, et ad rationis argumentationes obsurdescis ; et omnia jam devorasti pharmaca quæ

(1) Sic Catif. Cum vero desit τῶν artic. ante ὡς ἀληθῶς, et hæc ad priora c. 81 respiciant, melius fortasse reddes : Patres ac Pontifices tuos et Patres revera Patrum a cogitatione (tua) eliminans.

A Πνεῦμα γὰρ ἐπ' ἐμέ, αὐτή φησιν ἡ Ἀλήθεια, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. Χρίει τὸ Πνεῦμα τὸν Χριστόν· ἄνθρωπε, πῶς νοεῖς ; καθ' ὃν λόγον μετέσχε σαρκὸς καὶ αἵματος καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἢ καθ' ὃν ἐξ ἀϊδίου ὑπῆρχε Θεός ; Ἀλλὰ τὸ μὲν δεύτερον οὐκ ἂν οἶμαί σε, εἰ καὶ πάντα θρασὺς ἦσθα, θρασυνθῆναι εἰπεῖν. Οὐ γὰρ χρίεται ὡς Θεός, ἄπαγε, ὁ Υἱός. Οὐκοῦν καθὸ ἄνθρωπος χρίεται τῷ Πνεύματι ὁ Χριστός· καὶ καθὸ χρίει τὸ Πνεῦμα τὸν Χριστὸν, λέγεται Πνεῦμα Χριστοῦ. Σὺ δὲ λέγεις· Ἐπειδὴ λέγεται Πνεῦμα Χριστοῦ, πάντως καὶ ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ. Οὐκοῦν τὸ Πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ οὐ καθὸ Θεὸς ἐξ αὐτοῦ προελεύσεται, ἀλλὰ καθὸ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς καὶ πρὸ αἰώνων καὶ ἅμα τῷ Πατρὶ οὐσιώθη, ἀλλὰ τηνικαῦτα, ἡνίκα καὶ τὸ ἀν-
B θρώπινον προσελάβετο φύραμα ὁ Υἱός.

Ιδ'. Ἐπίστησον τὸν νοῦν καὶ ἀνάνηψον τῆς πλάνης (2), ἄνθρωπε, μηδὲ τὴν σαυτοῦ πληγὴν καὶ τὸ τραῦμα πᾶσαν ἐπιδείξῃς θεραπείαν ἐλέγχοντα. Τὸ Πνεῦμα δοξολογεῖται τοῦ Χριστοῦ, διότι χρίει αὐτόν· ὁ δὲ τῆς ἀπωλείας νόμος προστάττει λέγειν, διότι ἐκπορεύεται αὐτοῦ· ἐκπορεύεται δὲ τοῦ Χριστοῦ, ὡς ὁ λόγος ἔδειξε διὰ τῆς σῆς δόξης βαδίζων, οὐ καθὸ Θεὸς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καθὸ τὸ ἡμέτερον προσελάβετο φύραμα. Εἰ οὖν καθὸ τοῦ ἡμετέρου μετέσχε φυράματος, κατὰ τοῦτο ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ, ἐκπορεύεται δὲ πάλιν καὶ τοῦ Υἱοῦ καθὸ Θεὸς (τῆς γὰρ ταῦτα τῆς νομοθεσίας τὰ προστάγματα), ὁμοούσιος ἂν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις
C τῇ θεότητι συλλογισθείη, εἴπερ τὸ Πνεῦμα ὁμοούσιον τοῦ Υἱοῦ καί γε δὴ τοῦ Χριστοῦ· ἐκπορεύεσθαι μὲν γὰρ ποιεῖς αὐτὸ καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, τὸ δὲ ὁμοούσιον οὔπω περιεῖλες. Εἰ οὖν ὁμοούσιον μὲν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, ὁμοούσιον δὲ καὶ τῇ προσληφθείσῃ φύσει (ἐξ αὐτῆς γὰρ αὐτὸ κελεύεις ἐκπορεύεσθαι), εἴη ἂν ἀλύτοις λόγοις ἀποδείξεων ὁμοούσιος καὶ ἡ ἐν τῷ Χριστῷ θεότης τῇ ἐν αὐτῷ ἀνθρωπότητι. Ἐὰ δὲ νῦν παριστάνειν, ὡς, καὶ κατὰ τοῦ Πατρὸς τὸ σὸν συνάγει δόγμα διὰ τῆς αὐτῆς τῶν λόγων θεωρίας τὸ τῆς σαρκὸς ὁμοούσιον· καὶ τί ἂν εἴη τῆς ἀσεβείας ἀθεώτερον ἢ τῆς πλάνης ἀθλιώτερον;

Ιε'. Σὺ δὲ οὔπω βούλει συνιδεῖν, εἰς οἷον σε κρημνοὺς καὶ βάραθρα ψυχικῆς διαφθορᾶς ἐναπορρί-
D πτει καὶ κατορύττει τὸ μὴ βούλεσθαί σε Χριστῷ μηδὲ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς πείθεσθαι, μηδὲ ταῖς οἰκουμενικαῖς ἕπεσθαι συνόδοις, μηδὲ πρὸς τὰς λογικὰς ἐφόδους καὶ αὐτὰς διὰ τῶν ἱερῶν προϊούσας λογίων μηδαμῶς τὸν νοῦν ἐπιστρέφειν· ἀλλὰ κατηγορεῖς μὲν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου, καταψεύδῃ δὲ τοῦ γενναίου Παύλου, κατεξανίστασαι δὲ τῶν οἰκουμενικῶν καὶ ἁγίων συνόδων, διασύρεις δὲ Πατέρας ὡς ἀληθῶς Πατέρων τῆς διανοίας ἐξοστρακίζων ; κόρακας (3) ἀποπέμπεις, καὶ πρὸς τὰς λογικὰς κυφεύεις θεωρίας· καὶ πάντα σοι κατεπόθη τὰ σω-

(2) Laur., τῆς μέθης.
(3) Εἰ; κορ. Laur. ut Pal.

τήρια εἰς τὸ τῆς ἐπισφαλοῦς προλήψεως πάθος. Ἀλλ' ἀνθ' ἡμῶν σοι Δαβὶδ ὁ μελῳδὸς καὶ θεοπάτωρ ἐμβοήσεται· *Σύνετε δή, ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροὶ ποτε, φρονήσατε· μήποτε ἁρπάσῃ ὁ κοινὸς τοῦ γένους ἐχθρὸς τοσαύταις ἡμᾶς περιβάλλων πάγαις, ὡς λέων ἅγριος καὶ ὠρυόμενος τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος.*

A

ιϛ'. Τὰς μὲν οὖν ὑποτυπώσεις ταύτας, ὥσπερ ᾔτησας, ἔχεις. ἀνδρῶν ἐμοὶ σεβασμιώτατε καὶ φιλομαθέστατε. Εἰ δέ ποτε Κύριος ἡμῖν τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει τῶν βιβλίων καὶ τῶν ὑπογραφέων ἡμῶν, τάχα ἂν ἔξεις, τοῦ παναγίου Πνεύματος ἡμῖν ἐμπνέοντός τε καὶ ἐπινεύοντος, καὶ τὰς χρήσεις, ἃς οἱ νέοι προκομίζουσι πνευματομάχοι, μᾶλλον δὲ οἱ καθ' ὅλης ἐκμανέντες τῆς ὑπεραγάθου καὶ τρισυποστάτου Θεότητος (οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τῶν ἐν αὐτῇ παραλέλειπται, ὃ μὴ ταῖς οἰκείαις ἀπονοίαις καθυβρίζουσι)· ναὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπαγομένους αὐτοῖς ἐξ ὧν αὐτοὶ προάγουσι χρήσεων ἐλέγχους, ἀλλὰ καὶ τὴν περὶ ταῦτα κακουργίαν αὐτῶν καὶ μηχανουργίαν καὶ μὴν καὶ τῶν μακαρίων καὶ θεοσόφων Πατέρων ἡμῶν τὰς ἀπαραγράπτους μαρτυρίας, δι' ὧν αὐτῶν καταισχύνεται καὶ πάσης εὐσεβείας ἀπελαύνεται τῆς ἀποστασίας τὸ φρόνημα.

B

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Αδ'. Ἐπειδὴ τὸ χρίεσθαι παρὰ τοῦ Πνεύματος τὸν Χριστὸν καλῶς ἐξηγεῖσθαι οἶδας (χρίεσθαι γὰρ λέγεις αὐτὸν οὐ καθ' ὃν λόγον ἐξ ἀϊδίου ὑπῆρχε Θεὸς, ἀλλὰ κατ' ὃν λόγον μετέσχε σαρκὸς καὶ αἵματος καὶ γέγονεν ἄνθρωπος), διὰ τί τὴν Πνεῦμα Χριστοῦ λέγουσαν τὸ Πνεῦμα φωνὴν σεσοφισμένως καὶ περινενοημένως παρεξηγῇ λέγων, ὡς· *Εἰ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ λέγεται Πνεῦμα Χριστοῦ, τὸ Πνεῦμα ἄρα τοῦ Χριστοῦ οὐ καθὸ Θεὸς ἐξ αὐτοῦ προελεύσεται, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς καὶ πρὸ αἰώνων καὶ ἅμα τῷ Πατρὶ οὐσιώθη, ἀλλὰ τηνικαῦτα, ἡνίκα καὶ τὸ ἀνθρώπινον φύραμα προσελάβετο ὁ Υἱός;* Ὅρα μήποτε τοιαῦτα λέγων εἰς μεγάλην ἀτοπίαν ἐξενεχθήσῃ· εἰ γὰρ μὴ ἐκ τοῦ Χριστοῦ θέλεις εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐξ ἀϊδίου αἰδιον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ τοῦ Χριστοῦ λέγοντα εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐσφαλμένης δόξης κατηγορεῖς· ὡς καιρικὴν (1) δοξάζοντα τὴν ἐκπόρευσιν, οὐδὲ Θεοῦ πάθος τὸ πάθος ἐρεῖς τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ αἷμα Θεοῦ τὸ αἷμα αὐτοῦ· ἀλλὰ μὴν καὶ *αἷμα* (2) καὶ *πάθος Θεοῦ* (3) τὸ πάθος καὶ αἷμα λέγεται τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ αἴτιον ὁ τῆς ἀντιδόσεως τρόπος καὶ ἡ εἰς ἀλλήλας τῶν φύσεων περιχώρησις (4)· καὶ οὐδείς ἐστι τὴν ἀκριβῆ εὐσέβειαν

C

D

REFUTATIO.

XXXIV. Cum unctionem, quam a Spiritu accipit Christus, bene explanare noveris (dicis enim ungi Christum non quatenus ab æterno exsistebat Deus, sed quatenus communicavit carni et sanguini et factus est homo), cur vocem, quæ Spiritum dicit Spiritum Christi, sophistica ac contorta ratione perverse interpretaris, dum dicis: *Si Spiritus procedit ex Christo, quia dicitur Spiritus Christi, ergo Spiritus procedet a Christo, non quatenus est Deus, sed quatenus est homo, et non ab æterno et ante sæcula et simul cum Patre substantiam nactus est, sed tunc, quando humanam naturam assumpsit Filius?* Vide ne talia dicens in magnam abripiaris absurditatem. Si enim Spiritum non ex Christo esse decernis, ut ex sempiterno sempiternum, sed propter humanitatem Christi eum qui ex Christo esse affirmat Spiritum falsæ arguis opinionis, veluti temporalem arbitrantem esse processionem, neque Dei passionem dices passionem Christi, neque ejus sanguinem Dei sanguinem vocabis. At enim et *sanguis* et *passio Dei* dicitur passio et sanguis Christi; et ratio est modus retributionis et mutua naturarum communicatio (*a*). Et nemo est accurata religionis doctrina imbutus, qui passionem Dei

(1) Καιρικὴν i. e. χρονικήν.
(2) Act. XX, 28.
(3) Ita ex antiquis Ecclesiæ Patribus jam Ignatius Mart. Ep. ad Rom. c. 6, ad Smyrn. c. 1.
(4) Cf. Vecc. L. III ad Theod. c. 5, l. c. p. 141. De hoc τρόπῳ τῆς ἀντιδόσεως vide Damasc. F. O. L. III, c 4.

(*a*) Rata est Patribus communicatio idiomatum in concreto et perichoresis utriusque naturæ. (Vide Petav. de incarn. IV, c. 14 15. *De Trin.* IV. c. 16.) *Christi* nomen θεάνθρωπον significat unam personam, quæ et divinam et humanam habet naturam, qua Filius Dei et Filius hominis est, unus tamen idemque. Unde de Christo tum divina tum humana prædicantur, de eodem, non tamen secundum idem. Qui separat Christum, seu hominis Filium a Dei Filio, in Nestorianismum incidat oportet. Christus et Verbum caro factum, est ipse Dei Filius; proinde Spiritus Christi est et Spiritus Verbi, Spiritus Filii, licet Spiritus aliter se habeat ad humanitatem Christi quam ad ejus divinitatem, naturis in se spectatis.

audiens haud sciat, in quo Deus patiatur, haud sciat eum passum in carne et in assumpta natura; et non est qui Christum dici audiens puerum ante sæcula exsistentem haud sciat, in quo puer sit ante sæcula, videlicet in Divinitatis sempiternitate (*a*). Si itaque veri catholici quæcunque dicuntur de Christo, congrue ad utramque ipsius naturam accipiant oportet, nihil omnino differt, an Spiritum Filii dicamus, an Spiritum Christi; et in cassum perperam tu concludis, procedere a Christo Spiritum, in quantum nostræ carnis est particeps factus, et ad animæ tuæ perpetuam damnationem ratiocinaris, humanam naturam divinitati fore consubstantialem. Neque enim ineluctabili rationum vi ac pondere ea quæ in Christo est divinitas consubstantialis quoque erit ei, quæ in ipso est, humanitati, neque in Patrem consubstantialitas cum carne vi conclusionis cadet, secundum impietatis excessum; verum quæ est in Christo deitas Patri et Spiritui consubstantialis erit ut Verbi deitas sempiterna, et quæ in ipso humanitas, consubstantialis erit Matri ut verus ejus absque semine conceptus fetus immaculatusque ejus substantiæ partus. Tu autem, qui plurimum Christi Ecclesiam pertubasti et duobus magnis populis, qui ambo pietati sunt dediti, diuturnum odium suscitasti, nescio quam veniam consecuturus sis in tremendo illo nunquamque fallendo judicio. Neque enim te si nos acerbe condemnabimus, ut tu magna cum confidentia quasi potestatem nactus Romanos damnavisti, in prædam projectos ac traditos communi generis hosti, tanquam leoni fero ac mugienti.

A ἠσχημένος, ὃς πάθος ἀκούει Θεοῦ καὶ οὐκ οἶδεν ἐν τίνι πάσχει Θεὸς, ὅτι ἐν τῇ σαρκί τε καὶ τῷ προσλήμματι· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς τὸν Χριστὸν παιδίον ἀκούει προαιώνιον καὶ οὐκ οἶδεν, ἐν τίνι προαιώνιον τὸ παιδίον ἐστιν, ὅτι ἐν τῇ τῆς θεότητος ἀϊδιότητι· εἰ γοῦν ἕκαστον τῶν ἐπὶ Χριστοῦ λεγομένων καταλλήλως ἑκάστῃ τῶν αὐτοῦ φύσεων ἐκλαμβάνειν τὸν εὐσεβῆ χρὴ, οὐδέν τι διαφέρει Πνεῦμα Υἱοῦ λέγειν καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ, καὶ μάτην σοφίζῃ τὸ λοιπὸν σὺ, ἐκπορεύεσθαι τοῦ Χριστοῦ τὸ Πνεῦμα, καθὸ τοῦ ἡμετέρου αὐτὸς μετέσχε φυράματος, καὶ εἰς κατάκριμα τῆς σῆς ψυχῆς διαιωνίζον τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁμοούσιον τῇ θεότητι συλλογίζῃ· οὐδὲ γὰρ ἀλύτοις λόγοις ἀποδείξεων ὁμοούσιος καὶ ἡ ἐν τῷ Χριστῷ θεότης τῇ ἐν αὐτῷ ἀνθρωπότητι ἔσται, οὐδ' εἰς τὸν Πατέρα τὸ τῆς σαρκὸς συναχθήσεται ὁμοούσιον καθ' ὑπερβολὴν ἀσεβείας· ἀλλ' ἡ μὲν ἐν Χριστῷ θεότης Πατρὶ καὶ Πνεύματι ὁμοούσιος ἔσται, ὡς Λόγου ἀϊδίου θεότης ἀΐδιος, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ ἀνθρωπότης τῇ μητρὶ ὁμοούσιος ἔσται, ὡς ἀληθινὸν αὐτῆς ἄσπορον γέννημα καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἄχραντον κυοφόρημα. Σὺ δὲ πολλὰ διακυκησάμενος τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν καὶ δυσὶ μεγάλοις ἔθνεσιν εὐσεβέσι καὶ ἀμφοτέροις πολυχρόνιον ἀναῤῥιπίσας τὸ μῖσος, οὐκ οἶδα ποίας ἂν ἐπιτεύξῃ συγγνώμης ἐν τῷ φοβερῷ καὶ ἀπαραλογίστῳ δικαστηρίῳ· οὐ γὰρ πικρῶς σε καταδικάσομεν καὶ ἡμεῖς, ὡς τοὺς Ῥωμαίους αὐτὸς κατὰ πολλὴν αὐθεντίαν, εἰς ἁρπαγὴν αὐτοὺς προδιδοὺς τῷ κοινῷ τοῦ γένους ἐχθρῷ ὡς ἀγρίῳ λέοντι καὶ ὠρυομένῳ.

B

(*a*) Præclare Vigilius, L. II contra Eutych.: « Unus est Christus, idem Deus, idemque homo, habens in verbis et gestis unum, quod humanitatis; aliud, quod propriæ divinitatis ejus naturæ conveniat, licet utrumque simul ad unam ejus personam pertineat. Quod dictum est: *In principio erat Verbum*, non potest ad humanitatis ejus naturam referri, quæ initium sumpsit ex Virgine; rursus quod de eo dicitur: *Puer autem crescebat et confortabatur*, et, *cum esset annorum duodecim*, non potest deitatis ejus naturæ congruere. Cf. S. Thomam, *Sum.* 1, q. 16, a. 4.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΜΟΝ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΝΕΟΦΑΝΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΑΥΤΟΥ ΣΧΕΔΙΑΣΘΕΙΣ

—

EJUSDEM
IN TOMUM CYPRII

ET NOVAS EJUSDEM HÆRESES DE IMPROVISO DICTATA (1).

—

ORATIO I.

1. Scilicet hoc restabat, ut, cum multas alio atque alio tempore, inter veteris ac novæ Romæ

ΛΟΓΟΣ Α'.

α'. Ἔμελεν ἄρα πολλὰς κατὰ καιρὸν τὰς μεταξὺ τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης Ἐκκλησιῶν παρα-

(1) Hoc opusculum et totam de Spiritus sancti processione controversiam egregie illustrat Jos. Ant. Maria de Rubeis in Georgii Cyprii Vita, infra tom. CXL.

χὰς ὁ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἀναῤῥιπίσας πολέμιος εἰς τὸ πάντων τῶν κακῶν ἔσχατον τὴν οἰκείαν νῦν περιστῆσαι σπουδήν. Εἰ γὰρ καὶ τριῶν ὅλων ἑκατοντάδων χρόνου μέτρον ὑπερετάθη, ἀφ' οὗ τῶν Ἐκκλησιῶν τούτων σχίσμα κρατύνεσθαι ἤρξατο, ἀλλ' οὕπω μέχρι καὶ νῦν ὁ τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας θέμεθλος διεσείσθη. Σχίσμα δὲ ἦν ἄλλως ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν ἐμφιλοχωροῦν, καὶ λόγοι ἑκατέρωθεν διαλεκτικαῖς μεθόδοις παραχρτούμενοι, παρεξηγήσεσί τισι τῶν Γραφῶν τὸ τῆς ἐννοίας συνετάραττον καθαρόν. Νῦν δὲ εἰς φανερὰν, οἴμοι! τὴν αἵρεσιν ὁ πονηρὸς ἀπαυθαδιάζεται, καὶ πρόδηλον ἄρτι τῶν πατρικῶν δογμάτων εἰσηγούμενος τὴν ἀθέτησιν, τῆς ἐντεῦθεν αἱρετικῆς κακίας πᾶσαν ἀναπλῆσαι τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἀπαναιδεύεται. Ἀλλ' ὅπως μὲν καὶ διὰ τίνων, καὶ τίσι χρώμενος τοῖς ὀργάνοις, ὁ τῶν τοιούτων ἀρχηγὸς κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ταῦτα ἐπιτεχνᾶται, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν ἐστίν. Ἄλλης γὰρ ἂν εἴη τῆς πραγματείας καθιστορῆσαι, ὅπως οὐ τῶν γνησίων αὐτῆς γεννημάτων, νόθον δὲ καὶ τῶν αὐτῆς ὠδίνων ἀλλότριόν ἐστι κυοφόρημα ὁ τῆς ἀρτιφανοῦς αἱρέσεως ἀρχηγός· ἀλλὰ δὴ καὶ ὅπως ἀῤῥήτοις Θεοῦ κρίμασι τοῦ τῆς Κωνσταντίνου θρόνου ἐπέβη, τῇ εὐσεβείᾳ συντυραννήσας καὶ πάντα κανόνα καὶ θεσμοὺς πάντας ἐκκλησιαστικούς. Ἐκεῖνο δὲ μόνον εἰς ὀλίγον εἰρηκότες γνωρίσωμεν τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι τὸ καλὸν τοῦτο διαπόντιον εἰς ἡμᾶς ἦκε, θὴρ ἀντίκρυς θαλάττιος, ἄγριον κῆτος, τῆς Κύπρου ἐπαναστάν, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδεδημηκὸς, οὐχ ἵνα φυγάδα προφήτην ὑποδέξηται καὶ εἰς ὑπηρεσίαν Θεοῦ διασώσηται, ἀλλ' ἵνα, Ἐκκλησίαν ὅλην καταπιὸν, ἄφαντον ἀπεργάσηται, τὸ ἐξῆς τοῦ λόγου σπουδὴν ποιησόμεθα σαφῶς πάντη παραστῆσαι καὶ ἀκριβῶς, εἰς οἷόν τε αὐτὸς αἱρέσεων βόθρον κατακεκρήμνηται, καὶ ὅπως τοὺς αὐτῷ πειθομένους ἐλεινῶς, οἴμοι! συγκατασπᾷ.

A Ecclesias simultates ac turbas salutis nostræ hostis excitasset, nunc tandem in malorum omnium extremum studia sua omnia atque sollicitudinem collocaret. Licet enim trium et trecentorum annorum spatium evolutum est, ex quo dictarum Ecclesiarum dissidium vires et firmitatem nancisci cœpit, ad hæc nihilominus tempora rectorum dogmatum Ecclesiæ fundamentum nondum concussum fuerat, sed purum dissidium inter ambas partes intercedebat, et sermones dialecticis methodis utrinque revoluti, pravis nonnullis Scripturarum interpretationibus sententiæ puritatem interturbabant. At nunc apertam hæresim, væ mihi! improbus contumaciter evomit, et paternis dogmatibus palam exauctoratis, nova quæ ex hæresi proma B nat, universam Dei Ecclesiam inficere non veretur; sed quomodo, et quibus artibus, sive instrumentis usus rerum similium auctor adversus Dei Ecclesiam hæc comminiscitur, non est præsentis temporis referre, et alterius esset narrationis, explicare qua ipse ratione, cum non esset ex legitimis hujusce urbis fetibus, sed spurius, et ab ejusdem alienus natalibus, novæ hæresis auctor emersit: imo et qua ratione Dei, quæ verbis exprimi nequeunt, judiciis Constantinopolitanæ urbis sedem occupavit, sub pietate tyrannidem exercens, canones omnes, legesque universas ecclesiasticas pessumdedit. Verum illud tantummodo ad signandum hominem cum antea dixerimus, pestem hanc per mare antea vagam et palantem ad nos tandem deflexisse, belluam plane marinam, immanem cetum e Cypro C rejectum, et in nostra penetrantem, non ut prophetam profugum exciperet, et ad Dei ministerium salvum deduceret, sed ut Ecclesiam universam deglutiens, de medio penitus tolleret, in eo, quod reliquum est orationis nostras curas intendemus ut plene exquisiteque quisquis agnoscat, in quam sese hæreseon voraginem præcipitem egerit, et qua ratione eos, qui dicta illius audiunt, una secum abreptos præcipitet.

β'. Ἦν μὲν, ὡς ἤδη μοι εἴρηται, χρόνιον τῶν Ἐκκλησιῶν τὸ σχίσμα καὶ οὐ βραχὺ, καὶ τὴν πρώτην τῶν τοῦ Φωτίου χρόνων ἀναῤῥῆξαν ὠδῖνα, ἐς τόδε παρετάθη καιροῦ, καὶ ἦσαν μὲν, ὥσπερ μοι καὶ προείρηται, λόγοι τῶν μερῶν ἑκατέρωθεν διαλεκτικαῖς μεθόδοις παραχροτούμενοι, καὶ παρεξηγήσεσί τισι τῶν Γραφῶν τὸ τῆς ἐννοίας συνταράττοντες καθαρόν. Ἀλλ' οἱ τοῖς Ἰταλοῖς προσδιαλεγόμενοι, σοφίσμασιν αὐτοὺς τὰ πολλὰ, καὶ συλλογιστικαῖς ἀπάταις παραχρουόμενοι τὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν δόγματα, οἷς πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐχρῶντο σύστασιν Ἰταλοὶ, οὐδέποτε ἀναιδῶς οὕτως ἠθέτουν, ὡς ἡ τοῦ Κυπρίου γλῶττα νῦν καὶ διάνοια. Τίς γὰρ τῶν ἐξ ἐκείνου, καὶ ἕως τοῦ νῦν « τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν » τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀθετῆσαι εὑρίσκεται; Ζητηθήτω, καὶ οὐδεὶς εὑρεθήσεται. Τίς τῶν ἁπάντων τὸ « διὰ τοῦ προσεχῶς, μηδὲν διαφέρειν τοῦ προσεχῶς » εἰρηκεν; Οὐδὲ οὗτος ζητηθεὶς εὑρεθήσεται. Ἀλλ' ὁ Κύπριος, ὢ γνώμης πονηρᾶς καὶ ψυχῆς μηδὲν ἡγουμένης δεινόν! εἰ πάντα αἱρετι-

D 2. Diu multumque, ut antea dixeram, Ecclesiarum dissidium increbuerat, et ætate Photii primum in lucem projectum, ad hæc nostra tempora pervenit, sed etiam, ut a me antea dictum fuerat, sermones dialecticis methodis utrinque revoluti pravis nonnullis Scripturarum interpretationibus sententiæ puritatem interturbabant. Verum qui cum Italis congrediebantur, eosdem ut plurimum fallacibus conclusiunculis, et syllogisticis fraudibus refutantes, nostrorum Patrum dogmata, quibus ad sua corroboranda Itali utebantur, nunquam ita impudenter, ut nunc lingua Cyprii, et audacia, refutabant. Quis enim ex eo tempore, ad hoc præsens repertus est, qui sancti Spiritus « ex Patre per Filium processionem » amoliretur? Quæratur licet, nullus comperietur. Quis unquam omnium « quod per illud quod contigue est, ab ipso contiguo non differre, » enuntiavit? Neque hic quidem licet anxie investigetur, aderit. Verumtamen Cyprius, o mentem improbam! animumque haud

nullum malum esse reputantem, si cuncta hæreticorum more fando pronuntiaverit, si suam in nos improbitatem tantummodo exercuerit, in utroque hoc dogmate ingentes blasphemias eructavit, quas procedente oratione intelligemus, et in aliis quoque Patrum decretis non parum veritatem vulneravit. Et ut suo ordine, quæ similia refellit, oratio procedat, codex ad manus arripiendus a nobis est, quem ille immaniter quantum contra nos rabie actus, heri et nudius tertius temere concinnavit, partim ut suam in nos improbitatem expleret, partim ut magis simplicium animos in fraudem ageret, nos æque ac si nova, et aliena dogmata introduceremus, a reliquis Ecclesiæ membris abscindere, ipse subire, quæ in alios impudenter audet, dignus, conatus non remittit, in hoc quoque primum superbiæ auctorem æmulatus, quem a pueris ad hoc tempus atque ætatem, ut bene callent, qui res illius apprime tenent, in se ipso contubernalem et socium complectitur. Hoc porro codice assumpto, inde seligemus omnia, quibus vere ipse hæretica tenens ac sentiens, nos, quasi illa sentiremus ac teneremus, criminatur.

3. Cum vero in eo præ rebus aliis a principio initam œconomiam et pacem mirum in modum reprehendat, et insectetur, licet ipse ante et supra alios eamdem studiose approbaverit promoveritque, priusquam de dogmate disputationem aggrediamur, ingentem ejusdem in hac parte vesaniam evulgabimus. Evulgabimus vero, si in hoc quoque aperte eumdem Patribus adversari, quemadmodum et in dogmate demonstrabimus. Namque si Patribus nostris res similis œconomiæ non eneque adeo charum fuit, ut et scripto traditis admonitionibus modos, quos illi tenuere ad Ecclesiarum unionem uti Deo placebat, stabiliendam nobis posteris tradiderint, ad similem zelum suamque æmulationem excitantes, qua ratione nos, non eorumdem veri discipuli reputabimur, qui susquedeque et in qualibet orationis suæ parte ab eodem œconomiam pessimis modis lacessitam zelo divino procuravimus, ipse vero qui illam criminatur, illorum verus hostis et adversarius? Confirmabit hanc meam orationem rebus divinis pertractandis præcelebris Athanasius, qui tomo ad Antiochenos palam admonet, « optimum esse et admodum pium differentias in dictionibus contemnere, cum secundum sententiam fratres concordant. » Et quod magis admiratione dignum est, non de aliis, sed de his ipsis nationibus et ecclesiis, de quibus in præsentia nobis sermo est, loquitur. Confirmabit orationem meam sapientia simul et sanctitate incomparabilis Basilius, qui *Deus* dictionem de vivifico Spirito, parum ad tempus differebat, ut fratres uniret, et melius res disponeret. Confirmabit orationem meam, qui ob excellentiam in rebus theologicis cognomen sibi Theologi vindicavit, dum non absimilis dispensationis viam iniens, non rejiciebat Judæorum gentem, quin eos libenter amplectebatur « si

A κῶς γλωσσαλγήσειε, μόνον εἰ τὴν καθ' ἡμῶν κακίαν ἑαυτοῦ ἐξανύσειεν, ἐπὶ τοῖς δυσί τε τούτοις δόγμασι μεγάλας ἀπηρεύξατο βλασφημίας, καὶ οἵας προϊόντες εἰσόμεθα, καὶ ἐφ' ἑτέροις πατρικοῖς δόγμασιν οὐκ ὀλίγα τὴν ἀλήθειαν ἐλυμήνατο. Καὶ ἵνα καθ' εἱρμὸν ἡμῖν ὁ ταῦτα ἐλέγχων λόγος· προβαίη, δεῖ μετὰ χεῖρα; ἡμᾶς λαβόντας τὸν κώδικα, ὃν ἀσχέτως οὗτος λυττήσας χθές που καὶ πρὸ τρίτης καθ' ἡμῶν ἐσχεδίασε, τὸ μὲν ἵνα τὴν καθ' ἡμῶν ἑαυτοῦ ἀποπλήσῃ κακίαν, τὸ δ' ἵνα τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ἀπατήσῃ ψυχάς, ὡς ξένων τινῶν ὄθεν δογμάτων εἰσηγητὰς τῆς κοινῆς ἡμᾶς ἀποτέμνων ὁλομελείας, ὧν πιθεῖν ἄξιος, ἐφ' ἑτέρους ταῦτα πράττειν ὁ ἀναιδὴς οὐχ ὑποστελλόμενος, καὶ τὸν πρῶτον κἀν τούτῳ τῆς ὑπερηφανίας μιμούμενος εὑρετὴν, ὃν ἐκ παίδων καὶ ἐς τόδε χρόνου καὶ ἡλικίας, ὡς οἱ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδότες ἀκριβῶς ἴσασιν, ὅλον ἑαυτῷ καὶ σύνοικον ἔχει καὶ σύντροφον. Τὸν τοιοῦτον δὴ κώδικα μετὰ χεῖρας δεῖ λαβόντας ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἀπολέξασθαι πάντα, οἷς ἀληθῶς αὐτὸς αἱρετίζων, ὡς τοῦτο πάσχοντας ἡμᾶς διαβάλλει.

B

C

γ'. Ἐπεὶ δὲ πρὸ τῶν ἄλλων ἐν τούτῳ τῆς γενομένης τέως καταρχὰς οἰκονομίας καὶ εἰρήνης πολλὴν ὅτι ποιεῖται καταδρομὴν, καὶ ταῦτα πρὸ τῶν ἄλλων καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πολλὴν αὐτὸς τὴν συγχρότησιν παρασχὼν, πρὸ τῶν δογματικῶν καὶ ἡμεῖς λόγων τὴν ἐν τῷ μέρει τούτῳ παραπληξίαν αὐτοῦ στηλιτεύσομεν. Στηλιτεύσομεν δὲ, εἰ καὶ ἐν τούτῳ πολέμιον ἀντικρυς τῶν Πατέρων, ὥσπερ οὖν κἀν τοῖς δόγμασιν αὐτὸν ἀποδείξομεν. Εἰ γὰρ τοσοῦτον τοῖς Πατράσιν ἡμῶν τὸ τῆς οἰκονομίας ταύτης καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα ἐγινώσκετο, ὡς καὶ παραινέσεις ἐγγράφους ἐφ' οἷς ἐκεῖνοι ἐφ' ἑνώσει Ἐκκλησιῶν θεοφιλῶς διεπράξαντο, ἡμῖν τοῖς ὀψιγόνοις καταλιπεῖν πρὸς τὸν ὅμοιον ὥσπερ ζῆλον παρακαλούσας ἡμᾶς· πῶς οὐκ ἂν ἡμεῖς μὲν μαθηταὶ Πατέρων ὄντως εἶναι κριθείημεν, τὴν ἄνω καὶ κάτω τοῦ λόγου παρ' αὐτοῦ διασυρομένην οἰκονομίαν κατὰ ζῆλον μετελθόντες θεοφιλῆ, αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν ταύτης διαβολὴν πολέμιος ἐκείνων ἀληθῶς καὶ ἀντίδικος; καὶ συστήσει μοι τὸν λόγον ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἀντιοχεῖς τόμῳ παραδιδούς· ἀκριβῶς, ὅπως « ἄριστόν ἐστι καὶ πάνυ θεοφιλὲς, τὰς ἐν λέξεσι παραράσσεσθαι διαφοράς, ὁπηνίκα εἴη κατὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ ὁμοφροσύνην συμβαίνειν τοὺς ἀδελφούς. » Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἐπὶ ἄλλων, ἀλλὰ τούτων αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἐκκλησιῶν, περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος ἡμῖν. Συστήσει μοι τὸν λόγον Βασίλειος ὁ τὴν σοφίαν ἅμα καὶ τὴν ἁγιωσύνην ἀσύγκριτος, τὴν Θεὸς φωνὴν ἐπὶ τῷ ζωοποιῷ πρὸς μικρὸν ὑπερτιθέμενος Πνεύματι ἐπὶ ἀδελφῶν ἑνώσει καὶ οἰκονομίᾳ τινὶ κρείττονι. Συστήσει μοι τὸν λόγον ὁ διὰ τὸ ὑπερέχον ἐπὶ θεολογίαις τὴν ἐπωνυμίαν Θεολόγος, τὴν αὐτήν τε τῆς αὐτῆς οἰκονομίας ὁδὸν μετερχόμενος, καὶ μηδὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν, « εἰ τὴν τοῦ ἠλειμμένου φωνὴν ἀντὶ τῆς Χριστοῦ πρὸς ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τετάχθαι, »

D

ἡδέως καταδεχόμενος. Συστήσει μοι τὸν λόγον καὶ ὁ μέγας ἀληθῶς Μάξιμος, « φωνὰς μὲν πολλάκις τοὺς θεηγόρους Πατέρας παραφωρεῖν διαμαρτυρόμενος, ἐννοίας δὲ οὐδαμῶς· ὅτι μὴ ἐν συλλαβαῖς, ἀλλ' ἐν νοήμασί τε καὶ πράγμασι τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὑπάρχει μυστήριον. » Συστήσει μοι τὸν λόγον καὶ Διονύσιος, ὁ ἱερομάρτυς, « ἄλογον καὶ σκαιὸν » ὁ πάνυ ἀποκαλῶν « τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι, καὶ τοῦτο μὴ τῶν τὰ θεῖα νοεῖν βουλομένων ἴδιον εἶναι, ἀλλὰ τῶν ἤχους φιλοῦς ταῖς ἀκοαῖς εἰσδεχομένων διαβεβαιούμενος· ὥσπερ οὐκ ἐξὸν τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν διὰ τοῦ δὶς δύο σημαίνειν, ἢ τὰ εὐθύγραμμα διὰ τῶν ὀρθογράμμων, ἢ τὴν μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος, ἢ ἕτερόν τι τῶν τοῖς πολλοῖς τοῦ λόγου μέρεσι ταυτὸ σημαινόντων. » Οὗτοι δὴ πάντες οἱ Πατέρες, οἱ σωτῆρες, οἱ ἀκριβεῖς τῆς πίστεως φύλακες συστήσουσί μοι τὸν λόγον, καθ' ὃν ἐγὼ διαβεβαιοῦμαι, καὶ τὴν τῆς γενομένης καταρχὰς οἰκονομίας καὶ εἰρήνης καταδρομήν, ὡς πολέμιον ἀληθῶς τῶν Πατέρων ποιεῖσθαι τὸν Κύπριον. Εἰ γὰρ, ὡς ὁ τῆς θεολογίας ὅρος καὶ κανὼν φησιν ἀντικρυς, οὐδὲ τὰς ἐλαχίστας πράξεις εἰκῇ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγράψασι γέγονε, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος μνήμῃ διασωθῆναι, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνήματα, καὶ παιδεύματα τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς διασκέψεως, οἷον κανόσι τισὶ καὶ τύποις τοῖς προλαβοῦσιν ἑπόμενοι παραδείγμασιν, τί ξένον ἡμεῖς καὶ τῆς ἀληθείας ἀλλότριον διεπράξαμεθα, τὸ ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ ἰσοδύναμον τῆς ἐκ καὶ τῆς διὰ πάντη εὑρίσκοντες ἀναμφίβολον, καὶ τὴν μετὰ τῶν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα λεγόντων εἰρήνην πραγματευσάμενοι, ὡς τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν καὶ στέργοντες καὶ πρεσβεύοντες; Τοιαῦται εἰσιν αἱ κακουργίαι τοῦ δόγματος· τοιαῦτα τὰ ἔκφυλα δόγματα, ἅπερ ἡμᾶς τολμῆσαι εἰς ταραχὴν οὐκ ὀλίγην καὶ μέγαν ἀναῤῥιπισμὸν πολέμου τῆς Ἐκκλησίας ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς Κύπριος καθ' ἡμῶν νεανιεύεται. Σὺ δ' ἀλλ' αὐτὸς εἰπέ μοι, ὁ ταῦτα καθ' ἡμῶν νεανιευόμενος, τὴν διὰ ἐκλήψῃ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, εἰ πάντα φυσικῶς ἐστι δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς, ὅσα δὴ καὶ εἴρηνται δι' Υἱοῦ, οὐδὲ γὰρ τὴν ὑπηρετικὴν τῆς προθέσεως ταύτης ἔνοιαν τολμήσεις παραφθέγξασθαι πάντως, εἰ μὴ προφανῶς μέμηνας· ποῖος οὐ πείσει σε λόγος πρὸς τὸ τῶν τοιούτων προθέσεων ἰσοδύναμον;

δ'. Ἀλλὰ καιρὸς ἤδη τὰς περικοπὰς ἀναλεγομένους τοῦ τῶν βλασφημιῶν κώδικος, τὰς πλήρεις τῆς ἀληθείας ἡμῶν καταστρωννύειν γραφῇ, καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστῃ αὐτῶν ὀρθοτομεῖν ἔλεγχον. « Τολμᾷ τις ἐν ἡμῖν, » φησὶ, « λέγειν ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Πατρός; ὅτι καὶ ὁ Μονογενὴς αἴτιος αὐτοῦ, καθὰ δὴ καὶ ὁ τὸν Μονογενῆ γεννήσας Πατήρ; » Ὦ οἷον ἀρτύεις τὸν δόλον, καὶ πόσον σοι τοῖς ῥήμασι τὸ περίεργον ἔνεστιν! Ἡμεῖς διὰ πασῶν τῶν ἡμετέρων γραφῶν τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι στέργειν καὶ πρεσβεύειν ὁμολογοῦντες, πρὸς τὴν εἰρήνην τῶν τὴν ἐξ ἀμφοῖν λεγόντων ἐκπόρευσιν, ὡς ὀπαδοὶ καὶ μιμηταὶ

A peruncti vocem pro Christo accipientes, una cum nobis numerari vellent. » Confirmabit meam orationem, et vere magnus Maximus, qui testimonio suo comprobat, « divinilequos Patres saepenumero voces quidem permittere, sententias vero nunquam : quod non in syllabis sed in sententiis et rebus salutis nostræ mysterium continetur. » Confirmabit orationem meam et sanctus martyr Dionysius, « a ratione alienum, » nuncupans, « et absurdum, non vim ipsam orationis attendere, sed verba; neque hoc proprium esse eorum, qui res divinas intelligere cupiunt, sed eorum qui sonos exiles aucupantur, eosdemque extrinsecus admittunt; quasi non liceat quatuor per bis duo significare, aut directas lineas per rectas lineas, aut μητρίδα per πατρίδα, aut B aliud quodlibet per id quod in pluribus orationis partibus æquivalet. » Illi omnes Patres, servatores, accurati fidei custodes, orationem meam comprobabunt, qua ego uti certum enuntio, œconomiæ ab initio initæ et pacis criminationem, ut Patrum hostem Cyprium persequi. Etenim si, uti theologicum præscriptum et regula aperte decernit, non fortuito casu accidit ne minimas quidem actiones neglectas fuisse ab iis qui eas recensuerunt, sed ad hæc tempora earum memoriam conservarunt, ut nos haberemus commentaria et instructiones ad similia, cum occasio sese tulerit, persolvenda, veluti regulas et formas, quæ nos præcesserunt exempla sequentes, quid novi nos, aut a veritate alieni peregimus, cum in rebus theologicis præpositionum *ex* et *per* æquales absque C ulla hæsitatione vires invenientes, una cum asserentibus ex Patre et Filio Spiritum procedere, pacem procuravimus, qui ex Patre per Filium processionem et amplectimur et profitemur? Hæcne sunt in dogmate maleficia? Hæc spuria ac peregrina dogmata, quæ nos ausos fuisse, ad maximas turbas et ingens belli ecclesiastici incitamentum veritatis hostis Cyprius petulanter atque inconsiderate effutiit. Verumtamen tu, qui similia contra nos jactanter blateras, præpositionem *per* assumes de Filio, si omnia naturaliter sunt ex Patre per Filium, quæcunque per Filium asseruntur: neque enim servilem hujusce præpositionis intellectum audebis unquam asserere, ni prorsus et patenter D desipis : quænam ergo ratio non suadebit tibi harum præpositionum vires æquales?

4. Sed tempus jam est, codicis pericopas blasphemiarum plenas colligere, et unicuique in nostra veritate firmata scriptione digestæ, refutationem quam aptissime accommodare. « Audetne quispiam, » sit, « inter nos dicere ex Filio Spiritum procedere, quemadmodum procedit ex Patre? et Unigenitum causam illius ea ipsa ratione, qua et generans Unigenitum Pater? » O mi homo, qualem consuis dolum! Quanta hæc tua verba curiositate deformantur! Nos in omnibus scriptis nostris ex Patre per Filium procedere, dum amplectimur et profiteri non denegamus, pacem cum processionem ex utroque tradentibus, uti asseclæ et imitatores

Patrum nostrorum, qui sese demittentes, non absque œconomia similia pie admodum peregerunt, inivimus. At tu, uti ex ipso Patre, ita et ex Filio Spiritum procedere non dicere affirmans, quare non et primariam et principem causam Spiritus nos asserere non scripsisti, aut Spiritus productorem, uti et Pater est, forte etiam et Filii alterius genitorem, tanquam qui omnia quæ Patris sunt sibi vindicat? Etenim si causa Spiritus Unigenitus a nobis asseveratur, ut tu ais, quemadmodum et ipse, qui Unigenitum generavit Pater, asseverabitur utique et principalis causa, uti Pater est, et pro Filio Pater fuerit, et pleraque alia absurda subsequentur, quorum blasphemia in tuum caput convertatur.

A τῶν ἐπὶ συγκαταβάσει τινὶ καὶ οἰκονομίᾳ τοιαῦτ ἅττα θεοφιλῶς διαπραξαμένων Πατέρων ἡμῶν, ἠλθομεν. Σὺ δὲ ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα λέγειν διαβεβαιούμενος, πῶς οὐχὶ καὶ πρῶτον καὶ ἀρχικὸν τοῦ Πνεύματος αἴτιον τὸν Υἱὸν λέγειν ἡμᾶς ἔφης, ἢ καὶ προβολέα τοῦ Πνεύματος κατὰ τὸν Πατέρα, τάχα δὲ καὶ Υἱοῦ ἄλλου γεννήτορα, ὡς πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἐξιδιωσάμενον; Εἰ γὰρ αἴτιος τοῦ Πνεύματος ὁ Μονογενὴς ἡμῖν πρεσβεύεται κατὰ σὲ, καθὰ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τὸν Μονογενῆ γεννήσας Πατὴρ, πρεσβευθείη ἂν καὶ ἀρχικὸν αἴτιον κατὰ τὸν Πατέρα, καὶ Πατὴρ ἔσται ἀνθ' Υἱοῦ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐπακολουθήσει τὰ ἄτοπα, ὧν ἐπὶ τὴν σὴν ἡ βλασφημία τρέποιτο κεφαλήν.

B

5. « Reprobamus, » ait, seipsum innuens, « periculosa de Spiritus sancti processione enuntiata. Namque cum sanctissimum Spiritum ex Patre procedere ab eodem Deo et Verbo didicerimus, ex Patre exsistentiam habere confitemur, gloriarique causam, quod ipse sit, essentialiter Patrem agnoscere, quemadmodum et Filius. Filium vero ex Patre quidem scimus et credimus, eodemque sui causa et principio Patre locupletari, sibi vero consubstantialem et connaturalem, qui ex Patre est, Spiritum habere: non vero exsistentia Spiritus sanctissimi per Filium aut ex Filio est. » Hic plane est blasphemiarum vertex. Hic de novo exortæ hæresis triumphus apertissimus. Hisce verbis atque sententiis novus hæresiarcha hæresim prodit: « Non est, » ait, « per Filium neque ex Filio Spiritus sanctissimi exsistentia. » Et hujusce probatio, quam admirabilis sit, considera: « Licet enim, apud nonnullos sanctos per Filium procedere Spiritus sanctus astruatur, dictio hic in æternam effulsionem, non ad esse pure significat progressum. » Et primum quidem intelligere non valeo, qua ratione admirabilis hic subtilisque theologus effulsionem in æternum Spiritus, a puro progressu ad esse distinguat. Etenim si in rebus theologicis præcellentissimo Gregorio tradente, « Effulsionis, aut mutuæ inter se relationis differentia, differentem et personarum appellationem constituit, » hujuscemodi vero effulsionis, aut mutuæ inter se relationis discrimen Pater noster Nyssenus interpretans, et aperte declarans, ad duarum personarum causæ differentiam sine ulla dubitatione deducit, in ea sola, inter sese distingui decernens, eamque non aliam esse quam « hanc quidem contigue, aliam vero per illud quod a primo contigue est, » determinans, non plane capio, quænam alia sit in æternum per Filium Spiritus effulsio nisi ipsius ex Patre per Filium hypostasis progressus.

C

D

6. Postmodum etiam si concederemus, hæc inter se differre, ex quibusnam secretioribus, et nobis nondum cognitis decretis theologicis, hic, qui

ε'. « Ἀθετοῦμεν, » φησὶν, αἰνιττόμενος· ἑαυτὸν, « τὰς ἐπικινδύνους περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως λαληθείσας φωνάς. Τὸ γὰρ πανάγιον Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου μαθόντες, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ὁμολογοῦμεν, καὶ αὐτὸν τοῦ εἶναι οὐσιωδῶς αὐχεῖν αἴτιον, ὥσπερ δῆτα καὶ αὐτὸς ὁ Υἱός. Τὸν δὲ Υἱὸν ἐκ Πατρὸς μὲν οἴδαμεν καὶ πιστεύομεν, καὶ αἴτιον ἑαυτοῦ καὶ ἀρχὴν φυσικὴν τὸν Πατέρα πλουτεῖν· ὁμοούσιον δὲ καὶ συμφυὲς τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχειν Πνεῦμα· οὐ μὴν ἐκ τοῦ ὅτι ἡ ὕπαρξις τῷ παναγίῳ Πνεύματι διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. » Ἐνταῦθα τῆς βλασφημίας τὸ κορυφαιότατον. Ὧδε τῆς ἀρτιφανοῦς αἱρέσεως ἀπαράκαλυπτος θρίαμβος. Τοῖς παροῦσι ῥήμασι καὶ νοήμασι νέος αἱρεσιάρχης ἐκπομπεύει τὴν αἵρεσιν. « Οὐ διὰ τοῦ Υἱοῦ, » φησὶν, « οὐδὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἡ ὕπαρξις τῷ παναγίῳ ἐνεστι Πνεύματι. Καὶ ἡ κατασκευὴ ὡς θαυμασία. « Εἰ γὰρ καὶ διά τινος Υἱοῦ, » φησὶ, « παρά τισι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται πρόοδον. » Πρῶτα μὲν συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πῶς ὁ θαυμαστὸς οὗτος καὶ λεπτὸς θεολόγος τὴν εἰς ἀΐδιον δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος ἔκφανσιν τῆς εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς διαστέλλει προόδου. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον « τὸ τῆς ἐκφάνσεως ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον καὶ τὴν τῶν προσώπων κλῆσιν πεποίηκε, » τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς ἐκφάνσεως, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὁ Νύσσης ἑρμηνεύων οἷον καὶ διασαφῶν εἰς τὴν τοῦ αἰτιατοῦ τῶν δύο προσώπων διαφορὰν σαφῶς πάντη ἀπάγει, ἐν μόνῃ ταύτῃ διαφέρειν ἀλλήλων ταῦτα θεολογῶν, καὶ ταύτην οὐκ ἄλλο τι, ἀλλ' ἢ « τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου εἶναι » διοριζόμενος, οὐκ οἶδα λοιπὸν, εἴ τι ἄλλο ἢ εἰς ἀΐδιον δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἔκφανσις παρὰ τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως πρόοδον.

ς'. Ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ ταῦτα διαφέρειν ἀλλήλων δοθήσεται, ἐν ποίαις ἀποκρύφοις καὶ ἡμῖν ἐς δεῦρο ἀγνώστοις θεολογίαις ὁ ἐξεταστικὸς εὗρεν οὕτοσι θεολό-

γος ἄλλο μὲν σημαίνειν τὸ ἐκ Πατρὸς, μὴ προσκειμένου καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. « Ἐκ τοῦ Πατρὸς, » φησὶν, ἐκπορεύεσθαι τὸ πανάγιον Πνεῦμα παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου μαθόντες, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχειν ὁμολογοῦμεν. » Ἀληθὴς ἡ ὁμολογία. Ἑφεξῆς δὲ παρακατιὼν, « Εἰ δὲ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ, » φησὶ, « παρά τισι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται πρόοδον. » Οὐκ ἀληθὴς ἐνταῦθα ἡ τῶν οὕτω λεγομένων περίληψις. Ἡ γὰρ ἀλήθεια μιᾶς ἐννοίας καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν σημαντικὴν τὴν λέξιν βούλεται εἶναι. Εἰ δὲ καὶ πάλιν τὴν ἐπινενοημένην ταύτην διαφορὰν συγχωρήσωμεν, ἔλεγχός τις καὶ οὕτω τοῦ νέου αἱρεσιάρχου κατ' ἄλλον ἀνακύψει τὸν λόγον. Ἔστω σοι, ὦ οὗτος, ἡ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσις, ἔκφανσις τοῦ Πνεύματος δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρός. Εἰλήφθω σοι καὶ ἡ ἔκφανσις, ὅπως ἂν καὶ ἀρέσκῃ σοι. Τί φήσεις ἔκτοτε περὶ τῆς *διά*; Ὑπουργὸν ἐρεῖς τὸν Μονογενῆ τῆς ἐπινενοημένης σοι « δι' αὐτοῦ ἐκφάνσεως τοῦ Πνεύματος, » ἐκ Πατρὸς, ἢ τὴν ἐντεῦθεν εὐλαβούμενος βλασφημίαν, φυσικὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τῇ ἐκφάνσει ταύτην τὴν μεσιτείαν ὁμολογήσεις; Εἰ δὲ φυσικῶς ἐκφαίνεται διὰ Υἱοῦ, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, ἐκπορεύεται διὰ Υἱοῦ κατὰ σέ· ἆρα ζυγομαχήσεις καὶ ἔτι πρὸς τὴν τῶν ἐξ ἀμφοῖν ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα λεγόντων εἰρήνην; ἡ γὰρ *διὰ* φυσικῶς εἰλημμένη σοι τὸ πρὸς τὴν ἐξ οὐκ ἀπαρνήσεται ἰσοδύναμον· ἢ νῦν μὲν δώσεις τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι μηδὲν διαφέρειν τοῦ ἐξ ἀμφοῖν, νῦν δὲ τοῦτο οὐ συγχωρήσεις; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐχ οὕτω σε ἀπηνῶς ἔδει τὰ καθ' ἡμῶν ἀπερεύγεσθαι βλάσφημα, καὶ τοῦ πονηροῦ καλεῖν ἡμᾶς ὄργανα, καὶ τέκνα μωμητὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ υἱοὺς αὐτῆς ἀλλοτρίους τε καὶ χωλεύοντας, καὶ πονηρὰν γενεὰν καὶ διεστραμμένην, καὶ τἆλλα ὅσα ἡ σὴ γλωσσαλγία τῆς ἡμῶν εὐσεβείας καταθρασύνεται. Εἰ γὰρ ἔστι τις ἐκπόρευσις διὰ Υἱοῦ, μηδὲν τῆς ἐξ Υἱοῦ διαφέρουσα, οὐ τόσα ἡμεῖς ὅσα σὺ βούλει Θεοῦ προσκεκρούκαμεν. Εἰ δὲμία τις ἔστιν ἡ ἐκπόρευσις, ὅπερ οὖν ταῖς ἀληθείαις καὶ ἔστι καὶ φυσικῶς εἰλημμένης, ἐπ' αὐτῇ τῇ *διά*, οὐκ ἔχει τ ς διαβολικῆς ἐνστάσεως δίχα τὸ ταύτης πρὸς τὴ ἐξ ἀπαρνήσασθαι ἰσοδύναμον, μὴ μόνον οὐ θεῷ προσκεκρούκαμεν ἐπὶ τῇ παρ' ἡμῶν σπουδασθείσῃ ἑνώσει τῶν αὐτοῦ Ἐκκλησιῶν, ἀλλὰ καὶ πάνυ θεοφιλῶς ἐπ' αὐτῇ τὴν τῶν Πατέρων ὁδὸν ἐβαδίσαμεν.

ζ'. « Οὐχὶ τὸν Πατέρα αἴτιον, » φησὶν, « ἡ τοῦ θείου τοῦ Πνεύματος διὰ Υἱοῦ Δαμασκηνοῦ παρίστησι ῥῆσις, ἡ ὅτι προβολεύς ἐστι τοῦ ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Υἱοῦ λέγουσα. Οὐ δ' εἰς τοῦτον οὐδαμῶς αὕτη φέρει τὸν νοῦν, ἀλλὰ βούλεται τρανῶς τὴν δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος παριστάνειν φανέρωσιν. » Καὶ τίς ἀκούων τοιαῦτα, ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ οὕτω νομοθετοῦντος αὐτοῦ,

A omnia examinat, Theologus, expiscatur, aliud notare ex Patre, cum non additur Filius, et aliud ex Patre per Filium procedere. « Ex Patre, » inquit, « sanctissimum Spiritum procedere, ab ipso Deo et Verbo edocti, ex Patre et principium habere confitemur. » Vera isthæc confessio est. Et orationem prosequens, ait : « Licet enim a nonnullis sanctis per Filium procedere Spiritus sanctus astruatur, dictio hic in æternum effulsionem, non ad esse pure significat progressum. » Quæ hisce verbis complectuntur pura puta mendacia sunt. Veritas siquidem poscit eamdem sententiam in ambabus personis dictione simili connotari. Quod si rursus commentitiam hanc differentiam concedamus, sic etiam novi hujusce hæresiarchæ secundum aliam rationem refutatio assurget. Detur tibi, o Cyprie, ex Patre per Filium processionem, effulsionem esse Spiritus ex Patre per Filium. Assumatur etiam, ut tibi lubet, ista effulsio, quid tum postea de præpositione *per* asseveraveris? Affirmabisne Unigenitum hujusce per te excogitatæ « effulsionis Spiritus per ipsum, » ex Patre effulsionis administrum? Vel quæ inde exoritur, blasphemiam vitans, naturalem Unigeniti in effulsione hanc mediationem astrues? Quod si naturaliter per Filium effulget, id idem fuerit dicere, te judice, Procedit per Filium. Et contendesne ultra, et ab eorum unione, qui ex utroque Spiritum procedere probant, te subtrahes? *per* enim præpositio a te naturaliter assumpta pares sibi vires cum præpositione *ex* non destruit : aut nunc quidem concedes ex Patre per Filium procedere idem esse ac ex utroque ipsum procedere, nunc illud inficias iveris? Quodsi id est, haud addecebat te adeo immaniter in nos blasphema illa eructare, et improbi nos instrumenta compellare, et fetus Dei Ecclesiæ vituperabiles, et filios illius spurios et claudicantes, et pravam generationem et perversam, aliaque, quæ tua venenata dicacitas contra nostram pietatem audacter impudenterque deblaterat. Etenim si est aliqua processio per Filium ab ea, quæ est ex Filio, minime differens, non tot malis nos, quot tu vis, in Dei et Ecclesiæ offensionem incidimus. Quodsi una est processio, quod veritati palam nititur, et naturaliter assumpta in ipsa *per*, nemo potest absque diabolica obstinatione ejusdem et præpositionis *ex* pares vires inficiari, tantum abfuimus, ut in Dei offensionem incideremus, cum Ecclesiarum unionem procuravimus, ut pie admodum in ea peragenda Patrum nostrorum viam calcaverimus.

7. « Non Patrem, » ait, « causam Spiritus per Filium divini Damasceni dictum comprobat, quod productorem esse revelantis Spiritus Patrem per Filium tradit. Nullo modo id similem intellectum admittit, sed plane innuit per Filium ex Patre Spiritus manifestationem. » Et quis audiens, similia ipsum in rebus theologicis decernentem, eumdem atra bile palam laborare non existimabit,

et in despiciendum sensum decidisse dijudicabit, et a spirituum legione integra ejusdem animæ regionem occupari complerique? Hi scilicet sunt audacissimæ illius linguæ adversus nos temerarii insultus. Namque si ego productorem per Verbum revelantis Spiritus Patrem in Scripturis reperiens, indeque colligens, nullum esse discrimen inter illud, et Patrem esse causam Spiritus per Filium, malitiose atque improbe Scripturas revolvo, et nugator, et sacrilegus sum, et Scripturæ mentem, necnon eorum simul, qui me superficie tenus audiunt, præverto, cujusnam ipse improbitatis reus non fuerit, et quomodo ipse et Scripturarum, et auditorum vere mentem non prævertere dijudicabitur, qui nullam suas absurdas interpretationes comprobantem Scripturam producere valet? « Productor est per Verbum revelantis Spiritus Pater; per Filium, inquit, ex Patre Spiritus dicti manifestationem astruit. » Stulte et sine ulla conscientia hostis veritatis, si dictionem *productor*, ad notandam causam, et Spiritus ex Patre exsistentiam quispiam non acceperit, quæ alia dictio similia inferet? « Sed Damascenus, » ait, « productorem dixit, non causam Spiritus Patrem. » Papæ! Qualis est improbitatis fumus, et quas tenebras intellectui eorum offundit, qui semel illi animum addixerunt! Divinus hic Pater Damascenus, non aliis, sed in eodem ipso capite, in quo ista decernit, « Fons, » ait, « et causa Filii et Spiritus Pater; » statimque subdit: « Pater autem solius Filii, et productor Spiritus. » Si quæ est a fonte absque principio, causam Filii et Spiritus divinus Damascenus distinguens, Filii quidem fontem hunc causam asserit, quod Pater illius Pater est, Spiritus vero, quod productor illius Pater, qua ratione non erit apertissime causa productor? et quomodo aliam manifestationem præ illa, quæ Spiritus exsistentia est, dictum illud: « Productor est revelantis Spiritus Pater per Filium, » importabit?

« Ἐπεὶ δὲ δι' ἡμᾶς σὺν ἡμῖν καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἅγιοι καὶ μακάριοι Πατέρες συνδιαβεβλῆσθαι κινδυνεύουσιν, ὡς Νικηφόρος καὶ Ταράσιος (ἐκ λαϊκοῦ γὰρ καὶ οὗτοι τοῦ σχήματος εἰς τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἄκρον προέβησαν, οἳ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς ἀειφανεῖς λαμπτῆρες, καὶ τῆς εὐσεβείας διαπρύσιοι γεγόνασι κήρυκες, βίῳ καὶ λόγῳ κρατύναντες τὴν ἀλήθειαν), τὰ λείποντα τῷ λόγῳ προσθεῖναι χρεὼν ἡγησάμην, πάσης αἰτίας κρείττους, καὶ πάσης διαβολῆς ἀνωτέρους τοὺς μακαρίους ἐκείνους ἄνδρας ἐπιδεικνύς. Εἰ δ' οὐδ' ἄλλοι τινὲς τούτους ὑπαιτίους τολμῶσι φάναι· τὸ ἐκ λαϊκῶν δὲ πρὸς ἀρχιερωσύνην ἐλθεῖν κρατύνουσι πρόσκομμα, μέμφονται μὲν, οἷς οὐ μέμφονται, ἐκ λαϊκῶν γὰρ καὶ οὗτοι προῆχθησαν· οἷς δὲ πάλιν τιμῶσι καὶ τεθήπασι, τὸ ψέγειν ἐκφεύγουσιν. Ἀλλ' οὗτοι Ταράσιος ἢ Νικηφόρος ἐν κοσμικῷ βίῳ ἀστέρων δίκην διαλάμποντες, καὶ πρὸς ἀρχιερατικὴν ἀρχὴν γεγονότες ἀπόλεκτοι, παρὰ κανόνα καὶ τύπον ἐκκλησιαστικὸν τῆς Ἐκκλησίας προέστησαν; Μή μοι γένοιτο τοιαύτην ἀφεῖναι φωνὴν, μηδ' ἄλλου λέγοντος ἀκοῦσαι. Οὗτοι γὰρ τῶν κανόνων ὀκριβεῖς φύλακες, τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχοι, τῆς δυσσεβείας κατήγοροι, φωστῆρες ἐν κόσμῳ, κατὰ τὸ θεῖον λόγιον, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Εἰ δ' ὅτι κανόνας οὐκ ᾔδεισαν, οὐκ ἐφύλαξαν, οὐδεὶς ἂν δίκαια ποιῶν ἐπιμέμψοιτο. Ἀλλ' ὅτι φύλακες ὧν παρέλαβον ἐχρημάτισαν, ἐν τούτῳ παρὰ Θεοῦ ἐδοξάσθησαν. Τὸ μὲν γὰρ τὰ δοθέντα συντηρεῖν γνώμης ἐστὶ καθαρᾶς, καὶ τὴν κακοποιὸν ἀποπεμπούσης προαίρεσιν· τὸ δ' ἃ μὴ παρεληφέ τις, χρείας μὴ καλούσης, νομοθετεῖν, ἢ φυλάττειν ἐπιχειρεῖν, νεωτεροποιοῦ διανοίας καὶ ῥεμβομένης ἐστὶ περισσεύματα. Μέτρῳ γὰρ ἕκαστος οἰκείῳ καὶ κανόνι συνέχεταί τε καὶ κατευθύνεται. Πολλοὶ κανόνες ἄλλοις μὲν παραδέδονται, ἑτέροις δὲ οὐδὲ γνώριμοι. Ὁ παραλαβὼν καὶ ἀθετῶν δίκης ἄξιος. Ὁ δὲ μηδ' ἐγνωκὼς ἢ μὴ παραδεξάμενος πῶς ὑπεύθυνος; Πολλαὶ δὲ καὶ νομοθεσίαι οἷς μὲν ἐτέθησαν, ἐφυλάχθησαν, καὶ Θεοῦ θεράποντας τοὺς φύλακας ἀπεδείξαντο· οἱ δὲ μὴ παρειληφότες, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τὸν νοῦν πρὸς αὐτὰ ἐπιστρέψαντες, οὐδὲν ἧττον θεοφιλεῖς ἐγνωρίσθησαν. Καὶ κατὰ χεῖρας τὰ παραδείγματα.

mum papam Nicolaum, ab eodem Photio, de sui admissione nondum desperante, transmissis partes nonnullæ ante circularem epistolam orationi assui operæ pretium fuerit, ut illis perspectis apertum sit, pateatque omnibus, qui justi judices esse volunt, ante luculentam illam et potentem pugnam Photium alia sensisse, dignoscantque laudatam circularem epistolam ab eodem concinnatam per totum terrarum orbem pervagaturam nullatenus fuisse, nisi improbitatis fax in apertum concita, in æthera sese sublevasset. Quænam vero sunt epistolæ Photianæ ad papam Nicolaum partes, quas in medium afferre oratio sibi proposuit, ad probandum omnes Latinorum consuetudines ante dissidium bene quidem innotuisse Photio, sed taciturnitate celatas? Hæ ipsæ, quæ verbatim continent :

« At quoniam propter nos nobiscum, qui ante nos fuere, sancti et beati viri periclitantur, in calumniam et crimen venire, ut Nicephorus et Tarasius (nam hi quoque ex laico ordine ad pontificatus fastigium pervenerunt, qui memoriæ nostræ clarissima lumina, pietatisque egregii præcones veritatem et vita et verbis confirmarunt), existimavi, quæ restant, orationi oportere adjungi : dum ostendo beatos illos viros crimen omne vincere, et calumniam omnem superare. Quod si nec alii quidem hoc in crimen vocare audent, quod autem a laicis ad pontificatum ascenderunt, in offensione et scandalo ponunt, reprehendunt sane, quos nec reprehendunt. Nam hi quoque laici sunt producti : quibus vero rursum eos in honore habent, et admiratione, eorum vitant vituperationem. At hi Tarasius et Nicephorus in sæculi vita astrorum instar collucentes, in sacerdotum ordinem allecti contra regulam et formam ecclesiasticam Ecclesiæ profuerunt? Absit a me, ut hanc emittam vocem, aut alium hæc dicentem audiam. Hi enim regularum accurati fuerunt custodes, propugnatores pietatis, impietatis accusatores, orbis terræ lumina, ex divinis Eloquiis verbum obtinentes vitæ. Quod vero regulas, quas non norunt, non servarunt, nemo eos jure reprehendere potest; sed quod eorum quæ acceperunt, custodes fuerunt, ideirco a Deo glorificati sunt. Nam ea quæ tradita sunt conservare, stabilis est mentis et novitatis studium repudiantis. At de iis quæ non acceperis, legem, usu non hortante ferre, aut custodiam inducere, præproperum studium est animi res novas molientis atque errabundi. Propria enim quisque mensura ac regula continetur et dirigitur. Multi canones aliis traditi sunt, aliis ne noti quidem sunt. Qui accipit et violat, dignus qui in judicium inducatur; qui vero non novit, nec recipit, quomodo obnoxius est? Multæ quoque leges ab iis quibus impositæ erant, custoditæ sunt, ac demonstrarunt Dei famulos esse, qui custodierunt : qui vero non acceperunt, ideoque animum ad eas non adverterunt, nihilominus Deo amabiles

esse, atque in manibus sunt exempla. Et ut reliqua præteream, Abraham circumcisus, incircumcisus Melchisedec, qui ad similitudinem Filii Dei, et principium ortus sui et finem habuit incognitum. Enim vero Abrahæ custodiam circumcisionis probans Deus, nunquam apparet ipsi Melchisedec transgressionis inferens exprobrationem. Imo qui illum transgressionis accusaret, se ipsum potius, quod talem præseferret audaciam, condemnaret. Atque prognatis ex Abraham, qui eam legem in sinum acceperant suum, mortis pœna proposita erat, si quis transgressus esset, et pietatem, et consimilem inter se cultum servabant. Ex quibus neutri ab altero vituperatio impingebatur, sed in potissimis rebus constantissima inter eos, et in rerum novarum studio aliena societas non sinebat cæterarum rerum discrimen curiosius intueri. Nam re vera communia omnibus sunt, quæ omnes custodire necesse est, et ante alia quæ de fide habemus, ubi vel paulum declinare, est mortifero se piaculo obstringere. Quædam propria alios consequuntur, quorum prætermissio eis multam offert, quibus illa tenenda data sunt: qui vero non acceperunt, id propterea quod non observaverint, minime condemnantur. Et quæ œcumenicis et communibus præcepta sunt suffragiis, convenit ab omnibus custodiri: quæ vero Patrum aliquis exposuit, aut localis definivit synodus, eorum qui servant, non efficit superstitiosam mentem: qui autem non acceperunt ea præterire sine piaculo possunt. Sic tandem aliis barbam radere patrium est, aliis synodica etiam definitione abjiciendum. Bonis enim verbis hæc dici oportebat, ut et nos diximus. Quod si eum canonem, qui in Sida, proposuissemus, graves atque importuni fuissemus: ita præter unum alia Sabbata observare nobis reprehensione non caret: aliis vero plura uno jejunantur, ac traditio putat se effugere vituperationem, quæ consuetudine canonem pervicit, atque potior fuit. Legitimis nuptiis presbyter Romæ uxori conjunctus non invenitur: nos vero eos qui unico conjugio vitæ suæ moderati sunt, edocti sumus in presbyterii gradum efferre: eosque qui hoc in discrimine ponunt, ac se secernunt, ne ab his Dominici corporis participationem capiant, undique excludimus, eodem loco docentes eos qui legem fornicationis sanciunt, aut nuptiarum tollunt. Item si quis apud nos presbyterii consecrationem præteriens, episcopi honore diaconum affecerit, utpote qui maxime deliquerit, condemnatur: quibusdam vero pari ducitur loco e presbytero provehere episcopum, et e diacono, medium transiliens ordinem, ad episcopi abripere dignitatem. Et quidem inter hæc quantum interest? Aliæ enim in unoquoque ordine et gradu orationes, aliæ cæremoniæ, alia item ministeria, aliæ et observationes temporum, et morum probationes. Verum quod quis in legis loco non accipit, ejus non observandi defensionem hanc objiciens, quod non receperit, ab eo

Ἵνα δὲ τἆλλα ἐάσω, ὁ μὲν Ἀβραὰμ ἐμπερίτομος, τὴν περιτομὴν ἐξ ἐντολῆς θείας εἰς νομοθεσίαν δεξάμενος, ἀπερίτμητος δὲ ὁ Μελχισεδὲκ, ὃς εἰς ἀφομοίωσιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως καὶ τὸ τέλος ἔσχεν ἄγνωστον. Ἀλλὰ τὴν τῆς περιτομῆς τοῦ Ἀβραὰμ φυλακὴν ἀποδεχόμενος ὁ Θεὸς, οὐδαμοῦ φαίνεται τῷ Μελχισεδὲκ παραβάσεως ἐπιφέρων ὀνειδισμόν. Ἀλλὰ κἂν πού τις αὐτὸν παρανομίας γράψοιτο γραφὴν, ἑαυτὸν μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον, ὅτι τοῦτο τολμᾷ, ἐξελεγχθήσεται γεγραφώς. Καίτοι γε τοῖς ἐξ Ἀβραὰμ γεγενημένοις καὶ τουτονὶ τὸν νόμον ἐγκολπωσαμένοις θάνατος ἦν ἡ ζημία τῷ παραβάντι, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων μόνων ἐπαγόμενος, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν ἀγγέλων ἀπειλούμενος. Ἀλλ' ἔν γε τούτῳ Ἀβραὰμ τε καὶ Μελχισεδὲκ διαφερόμενοι, τὴν εἰς τὸν κοινὸν Δεσπότην εὐγνωμοσύνην τε καὶ λατρείαν παραπλησίως ἀλλήλοις διέσωζον, ἐξ ὧν οὐδετέρῳ παρὰ θατέρου μῶμος προσῆπτετο. Ἀλλ' ἥ γε ἐν τοῖς καιρωτάτοις σφοδρά τε καὶ ἀκαινοτόμητος κοινωνία τὴν ἐν τοῖς λοιποῖς οὐκ εἶα σκοπεῖν τε καὶ πολυπραγμονεῖν ἑτερότητα. Καὶ γάρ ἐστιν ὄντως κοινὰ πᾶσιν, ἃ πάντας φυλάττειν ἐπάναγκες, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰ περὶ τῆς πίστεως, ἔνθα καὶ τὸ παρεγκλῖναι μικρὸν ἁμαρτεῖν ἐστιν ἁμαρτίαν τὴν πρὸς θάνατον. Ἔστι καὶ ἰδιαζόντως τισὶ παρεπόμενα, ὧν ἡ παράβασις οἷς μὲν ἐδόθη κατέχεσθαι ἐπιζήμιος, οἷς δ' οὐ παρείληπται, καὶ τὸ μὴ συντηρεῖν ἀκατάκριτον. Καὶ τὰ μὲν οἰκουμενικαῖς καὶ κοιναῖς τυπωθέντα ψήφοις πᾶσι προσήκει φυλάττεσθαι, ἃ δέ τις τῶν Πατέρων ἰδίως ἐξέθετο, ἢ τοπικὴ διωρίσατο σύνοδος, τῶν μὲν φυλαττόντων τὴν γνώμην παρίστησι δεισιδαίμονα, οὐ μὴν τοῖς γε μὴ παραδεξαμένοις τὸ παρορᾶν ἐπικίνδυνον. Οὕτω ξυρᾶσθαι μὲν ἄλλοις πάτριον, ἑτέροις δὲ καὶ συνοδικοῖς ὅροις ἀπόβλητον. Εὐφήμως δὲ τὸν λόγον εἰπεῖν ἔδει, καὶ εἴπομεν. Εἰ δὲ καὶ τὸν ἐν Σίδῃ κανόνα προσέθεμεν, βαρεῖς ἂν καὶ λίαν φορτικοὶ κατεφάνημεν, οὕτω πλὴν τοῦ ἑνὸς τὰ ἄλλα Σάββατα συντηρεῖν ἡμῖν ἐπιλήψιμον· ἑτέροις δὲ καὶ τοῦ ἑνὸς πλείω νηστεύεται, καὶ φεύγειν τὴν μέμψιν ἡ παράδοσις οἴεται, τῷ ἔθει κρατεῖν τοῦ κανόνος ἐκνικήσασα. Καὶ νομίμῳ γάμῳ γυναικὶ συναφθέντα οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν Ῥώμῃ πρεσβύτερον· ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς μονογαμίᾳ τὸν βίον ῥυθμίζοντας εἰς πρεσβυτέρου φέρειν βαθμὸν ἐδιδάχθημεν. Καὶ τούς γε διακρινομένους ἐξ αὐτῶν λαβεῖν τοῦ Κυριακοῦ σώματος τὴν μετάληψιν πανταχόθεν ἀποκλείομεν, ἐξ ἴσου τούς τε πορνείαν νομοθετοῦντας, καὶ τοὺς γάμου νόμον ἀναιροῦντας λογιζόμενοι. Πάλιν ἄν τις παρ' ἡμῖν, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου παρελθὼν χειροτονίαν, τὴν τοῦ ἐπισκόπου τῷ διακόνῳ περιθείη, ὡς εἰς τὰ καίρια ἐξημαρτηκὼς κατακρίνεται. Τισὶ δὲ παραπλήσιον ἀπὸ πρεσβυτέρου προάγειν ἐπίσκοπον, καὶ ἀπὸ διακόνου τὴν μέσην τάξιν ὑπεραλλόμενον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀναβιβάζειν ἀξίωμα, καίτοι γε ἠλίκον, καὶ ὅσον τὸ μέσον ἐν τούτοις. Ἄλλοι μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην τάξιν εὐχαί, ἄλλαι δὲ τελεταί, καὶ ὑπουργίαι πάλιν ἕτεραι· ἄλλαι δὲ καιρῶν παραφυλακαί, καὶ δοκιμασίαι τρόπων ἕτεραι. Ἀλλ' ὅπερ τις νομοθεσίαν οὐ παρεδέξατο, τοῦ μὴ

συντηρεῖν ἀπολογίαν τὸ μηδὲ παρειληφέναι προβαλλόμενος, οὐκ ἂν εὐθύνης ἀπαιτηθήσεται. Εἰ δέ τις παρ' ἡμῖν τοῦτο δεδρακὼς ἐξελήλεγκτο, οὐδεὶς ἂν αὐτῷ συγγνώμης οὐδὲ ῥανίδα ἐπέσταξε. Τῶν γὰρ ἐλαττόνων νόμων ἡ παράβασις, ἀτιμώρητος μείνασα, πρὸς τὴν τῶν μειζόνων ἐπιτρίβει καταφρόνησιν. Ἄλλοι ἅπαξ μονάσασιν ἡ κρεωφαγία οὔτι γε βδελυσσομένοις, ἀλλ' ἀσκουμένοις μέχρι τέλους ἀπρόσιτος· ἑτέροις δὲ οὐδὲ ἐπὶ πολὺ παρατηρήσιμος. Ἐγὼ δὲ καὶ λόγον παρὰ ἀνδρῶν τὴν ἀλήθειαν πολλοῦ τιμώντων ἤκουσα, ὡς τὸν τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἐφορᾷν μέλλοντα, καὶ λόγον ὑποσχεῖν ἐκδιάζονται ἀπό τινος ἐγχωρίου περιπετείας τούτου κρατήσαντος μὴ ἄν ποτε τῆς κρεωφαγίας ἀφίστασθαι. Καὶ σχῆμα μὲν τοῦ μονάζοντος οὐκ ἄν τις παρ' ἡμῖν εἰς κληρικοῦ μετασχηματίσειεν· ἔνιοι δὲ, ἐπειδὰν πρὸς ἐπισκοπῆς ὕψος τὸν μοναστὴν ὑφοῦν ἐθελήσωσι, τοῦτον περίτροχα κείροντες, τὸ πρότερον μεταρρίπτουσι σχῆμα. Οὕτως ἐν οἷς οὐκ ἔστι πίστις τὸ ἀθετούμενον, οὐδὲ κοινοῦ τε καὶ καθολικοῦ ψηφίσματος ἔκπτωσις, ἄλλων παρ' ἄλλοις ἐθῶν τε καὶ νομίμων φυλαττομένων, οὔτε τοὺς φύλακας ἀδικεῖν, οὔτε τοὺς παραδεξαμένους παρανομεῖν, ὀρθῶς ἄν τις κρίνειν εἰδὼς διορίσαιτο. Καίτοι γε τὸ νομισθὲν ἡμῖν εἰς ἐπίκλημα πρὸς ἔνια τῶν κατηριθμημένων οὐδ' ἐν συγκρίσει τὸ ἀνεύθυνον ἀποφέρεται. Ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς τὴν τῶν ἐκθέσμων καὶ βδελυκτῶν ἀπελαύνει χώραν· αὐτὸ δὲ τῆς τῶν ἐπαινετῶν καὶ καλλίστων μερίδος ἐξήρτηται. Καὶ τὸ μὲν καὶ πεπρᾶχθαι καὶ διαπράττεσθαι μέχρι νῦν πεπαῤῥησιασμένῃ καὶ φωνῇ καὶ γνώμῃ καὶ προσώπῳ κηρύσσεται. Πῶς ἂν οὐ σεμνολογηθείη τις, ὅτι μήπω λήξεως ἱερωμένων τυχὼν, οὕτω τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν ἐῤῥύθμισεν, ὥστε καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν κεκληρωμένων τὴν ἱερωσύνην, καὶ παντὸς ἄλλου πληρώματος εἰς ἀρχιερέα προκρίνεσθαι; τὰ δὲ οὐδ' ὅτι πράττεται, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, συνομολογεῖται τοῖς ἁμαρτάνουσιν, τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ἀτοπήματος ἴσως, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ εἶπω, τῶν δεδρακότων ἀλασσομένων μᾶλλον τῆς ἀληθείας τὴν ἄρνησιν. Τίς γὰρ σαββατίζειν ἐν Χριστιανοῖς τελῶν, κἂν μυριάκις ὑπενεχθείη τούτοις, οὐκ ἂν ἐξομόσαιτο; Τίς δὲ γάμον βδελύττεσθαι ἔνθεσμον, εἰ μὴ τὰ τῶν δυσσεβῶν καὶ ἀθέων ἐπίπροσθε θείη, καὶ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀγαθοειδῶς οὐσιωθείσης ὑποστάσεως; Τίς δὲ τῶν δεσποτικῶν καὶ πατρικῶν, καὶ συνοδικῶν δογμάτων, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, οὐκ ἂν αἰσχυνθείη καὶ πράττων ὁμολογῆσαι τὴν ἐξουδένωσιν; Ἐκ μέντοι λαϊκῶν τὴν ἱερὰν πολιτείαν ἐπαγγελμένον εἰς ἀρχιερέα προάγεσθαι ἀκώλυτον ἄγαν, καὶ Πατράσι θείοις οὐ λόγοις καθωμιλημένον, ἀλλ' ἔργοις αὐτοῖς διαπεπραγμένον ἐπὶ μεγάλῳ κέρδει τῆς νύμφης Χριστοῦ Ἐκκλησίας κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐπιδέδεικται. Ὅρα δὲ, εἰ βούλει, πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν ἑτερότητας, τὰς ἐν ταῖς εὐχαῖς, τὰς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι, τὰς ἐν τάξει καὶ ἀκολουθίᾳ, τὰς ἐν τῷ τοῦ χρόνου μήκει καὶ τῇ βραχύτητι, τὰς ἐν πλήθει καὶ ὀλιγότητι, καὶ τὸ δι' αὐτῶν, ὦ τοῦ θαύματος! ὁ κοινὸς ἄρτος εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταβάλλεται, καὶ

A ratio nulla poscetur. Si quis apud nos convinceretur hoc fecisse, nemo ei ullam veniæ guttam instillaverit : minorum enim legum inulta violatio, tritiores homines ad majorum contemptum facit. Aliis semel factis monachis esus carnium non exsecrantibus, sed se exercitantibus usque interdicitur : ab aliis vero non diu hoc observatur. Ego et hominum audivi sermonem, veritatem magno in honore habentium, eum nempe occasione ejus, qui Alexandrinorum Ecclesiæ præsul futurus erat, hanc rationem subire cogi, quod ex aliquo iis in locis casu constitutum est, se nunquam ab esu carnium abstinere. At apud nos monachi habitum nemo unquam in clericis commutaverit : nonnulli autem cum voluerint monachum ad episcopi fastigium B attollere, eum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant. Ita ubi nulla est prævaricatio fidei, nec communis et catholici decreti eversio, cum alii apud alios mores et leges custodiantur, nec custodes injuste agere, nec eos qui non acceperunt, contra legem facere, is qui recte judicare norit, definiat. Et vero quod a nobis in crimine ponitur, si enim nonullis, quæ annumerata sunt, conferatur, recti et veri existimationem habebit : et alia quidem nefariorum et exsecrabilium loco ducuntur, hoc vero laudi est, et putatur esse pulcherrimum hoc usque adhuc et factum esse et fieri, libera voce et sententia et vultu prædicatur. Quomodo enim non summis laudibus quis efferatur, quod nondum sacerdotum ordinem assecutus, ita C vitam suam moderatus est ut et aliis quibus sacerdotium obtigit, et ab omni reliquo cœtu ad pontificatum aliis præferatur? Quædam vero nec ab iis quidem, qui delinquunt (quod quidem sciam) quod fiunt, laudantur ob summam fortasse absurditatem, aut nescio quid dicam, iis qui fecerunt inficiationem, veritati anteponentibus. Quis enim sabbatizare, qui in Christianis censeatur, etiam si millies his succumbat, non ejuret? Quis se conjugium exsecrari legitimum, nisi quis impiorum ac sine Deo hominum sententiam opifici præponat, et ei hypostasi, quæ inde per bonitatem exstiterit? Quis autem Dominicorum, et paternorum, et synodalium decretorum, ne sigillatim dicam, non re- D vereatur confiteri, se moliri contemptum? Ex laicis sane, cum sacrum vitæ genus susceperit, ad pontificatum promoveri, valde consequens esse divinis Patribus, non verbis pronuntiatum, sed re ipsa gestum, magnæ utilitatis sponsæ Christi Ecclesiæ causa in pluribus demonstratum est. Ad hæc aspice si vis, et monasteriorum varietates, quæ in orationibus, quæ in invocationibus, in ordine et consequentia, in temporis diuturnitate et brevitate, in multitudine et paucitate. Et quidem in iis (o miraculum!) communis panis in corpus Christi mutatur, et commune vinum sanguis ejus fit, qui eum in redemptionem pro nobis de proprio latere effudit, et horum discrimen ac varietas uniformem deificamque Spiritus gratiam multipliciter et

invariabiliter suscipi ab iis, propter quæ hæc geruntur, non prohibuit. Quin etiam testes apud nos ex regulis nostris ad tres numeramus : qui si cæteroqui vitio careant, satis sunt ad fidem veritati faciendam, quamvis in episcopi crimen adsiscantur : apud alios vero nisi numerus testium superet septuaginta, quasi populum, qui accusatur, quantumvis in re ipsa fuerit deprehensus, omni crimine liber absolvitur. Satis quæ dicta sunt esse duco hominibus æquis, quique non malint, quam intelligere redargui. »

A ὁ κοινὸς οἶνος αἷμα χρηματίζει, τοῦ λύτρον ἡμῖν ἐξ οἰκείας πλευρᾶς τοῦτο σὺν ὕδατι βλύσαντος. Καὶ ἡ τῶν εἰρημένων ἑτερότης τε καὶ παραλλαγὴ τὴν ἐνοειδῆ καὶ θεοποιὸν χάριν τοῦ Πνεύματος ἀπληθύντως τε καὶ ἀπαραλλάκτως ὑποδέξασθαι τὰ ἐφ' οἷς ταῦτα τελεῖται οὐ διεκώλυσεν. Ἀλλὰ καὶ μάρτυρες μὲν παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς παρ' ἡμῖν κανόσι μέχρι τριῶν ἀριθμούμενοι, ἂν ἄλλως ἀδιάβλητοι τύχωσιν, ἱκανοὶ πιστώσασθαι τὴν ἀλήθειαν, κἂν εἰς ἐπισκόπου ληφθῶσιν ἐπίκλημα· παρ' ἄλλοις δὲ ἂν μὴ τὸν ἑβδομήκοντα ὄγμον τὸ τῶν μαρτύρων ὑπερεκπέσῃ πλῆθος, ἀνέγκλητος ὁ κατηγορούμενος, κἂν ἐπ' αὐτοφώρῳ ληφθῇ, ἀπολύεται. Ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα τὰς τοιαύτας διαφορὰς ἐπιλέγοντα. Ἀρκεῖν δ' ἡγοῦμαι καὶ τὰς εἰρημένας τοῖς εὐγνώμοσι, καὶ οἷς μὴ μᾶλλον ἐράσμιον τοῦ συνιέναι τὸ διελέγχεσθαι. »

Attende qui hujusce Photianæ epistolæ ad Nicolaum pontificem pericopas legis ; discitoque quam pulchre vir iste Romanæ Ecclesiæ consuetudines calleat, et qua ratione ecclesiastici schismatis tantum non futuri minas proponat. Hoc siquidem earumdem enumeratio satis manifesto indicat : tum intelligito, nunquam enim similia in apertum bellum exclusurum fuisse, si ipsius Nicolai reconciliatam voluntatem obtinuisset. Verum cum ipse Nicolaus ex hominum vita migrans, canonicis vinculis compeditum Photium reliquisset, et Adrianus, qui Nicolao successit validioribus pœnarum ligaminibus obstrinxisset, Photius ad opus accingitur, expenditque liberas alas adversus Romanam Ecclesiam, ab eodem elucubrata epistola, et per universum terrarum orbem avolans, exspatiatur, cujus particulas suis addere membris oratio exposcitur, ut promissis stet : hæc sunt : « Sed, o improbum, invidum et Deo invisum consilium incœptum ! Nondum enim Bulgarorum gens per biennium rectam Christianorum religionem amplexabatur, cum impii quidam homines et exsecrandi, et quonam eos titulo pietatem colens vir non insigniverit ? homines e tenebris prorepentes, cum ex occiduis partibus ortum ducerent. Heu ! quomodo reliqua prosequar ? Illi in gentem, novella quorum pietas, et recens constituta, tanquam fulgur, terræmotus, aut copiosa grando, aut, ut proprius dicam, tanquam aper agrestis, vineam Domini dilectam, nuper consitam insilientes, pedibus, et dentibus, sive semitis quibusdam politiæ turpis, et dogmatum depravatorum (quæ illorum erat audacia !) deprædantes devastarunt. Omni siquidem cum fraudulentia a sanis et puris dogmatibus, et a fide inculpata Christianorum eos deducere et corrumpere conabantur. Et primum quidem ipsos præter canonum decreta in jejunia Sabbatorum traduxerunt. Solet autem vel levissima traditionum neglectio homines ad totius doctrinæ contemptum traducere. Deinde primam quadragesimalium jejuniorum hebdomadam a reliquo jejunio discerpentes, in lactis potionem, casei esum, et similium ingurgitationem traxerunt. Hinc transgressionum vias dilatantes de recto tramite et regia via abduxerunt. Sacerdotes post-

B Ὅρα ὁ ταῖς ῥηθείσιν ἐντυγχάνων περικοπαῖς τῆς πρὸς τὸν πάππαν Νικόλαον ἐπιστολῆς Φωτίου, ὅπως τε ἀκριβῶς οὗτος τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἔθιμα ᾔδει, καὶ ὅπως ὡς πρὸς ἀπειλὴν ἐκκλησιαστικοῦ σχίσματος ὑπέτεινε τοῦτα. Τοῦτο γὰρ ἡ τούτων ἀπαρίθμησις ἐμφαντικωτέρα βούλεται. Καὶ σύνες μὴ ἄν ποτε εἰς μάχην λαμπρὰν ἀναῤῥῆξαι τοῦτον αὐτά, εἴ γε παρ' αὐτοῦ Νικολάου ἀναδοχῆς ἠξιοῦτό τινος. Ὅτε δὲ αὐτός τε Νικόλαος, μεταστὰς τῶν ὧδε, κανονικαῖς ἐνισχημένον πέδαις ἀφῆκε τὸν Φώτιον, καὶ ὅτε Ἀδριανὸς Νικόλαον διαδεξάμενος στιβαρωτέρους τῶν ἐπιτιμίων τοὺς κλοιοὺς αὐτῷ ἐπεχάλκευσε, γέγονε καὶ Φώτιος τοῦ ἔργου, καὶ λύει τὸ πτερὸν ἡ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας παρ' αὐτοῦ λογογραφηθεῖσα ἐπιστολή, καὶ τὴν οἰκουμένην C διίπταται, καὶ τὰ τεμάχια τοῖς ἑαυτῆς ἐπισυνάψαι μέρεσιν ὁ λόγος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ ἐπαγγελμάτων ἀπῄτηται νῦν, ἃ καὶ ἔχουσιν οὕτως· « Ἀλλ' ὦ πονηρᾶς τε καὶ βασκάνου καὶ ἀθέου βουλῆς τε καὶ πράξεως ! Οὔπω γὰρ τοῦ τῶν Βουλγάρων ἔθνους οὐδ' εἰς δύο ἐνιαυτοὺς τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν τιμῶντος θρησκείαν, ἄνδρες δυσσεβεῖς καὶ ἀποτρόπαιοι, καὶ τί γὰρ οὐκ ἂν τις εὐσεβῶν τούτους ἐξονομάσειεν; ἄνδρες ἐκ σκότους ἀναδύντες· τῆς γὰρ ἑσπερίου μοίρας ὑπῆρχον γεννήματα· οἵμοι ! πῶς τὸ ὑπόλοιπον ἐκδιηγήσομαι ; οὗτοι πρὸς τὸ νεοπαγὲς εἰς εὐσέβειαν, καὶ νεοσύστατον ἔθνος, ὥσπερ κεραυνὸς, ἢ σεισμὸς, ἢ χαλάζης πλῆθος, μᾶλλον δὲ οἰκειότερον εἰπεῖν, ὥσπερ ἄγριος μονιὸς ἐμπηδήσαντες τὸν ἀμπελῶνα Κυρίου, τὸν ἠγαπημένον καὶ νεόφυτον καὶ ποσὶ καὶ ὀδοῦσιν, ἤτοι τρίβοις αἰσχρᾶς πολιτείας, καὶ διεφθορᾷ δογμάτων, τό γε εἰς τόλμαν ἦκον τὴν αὐτῶν, κατανεμησάμενοι ἐλυμήναντο. Ἀπὸ γὰρ τῶν ὀρθῶν καὶ καθαρῶν δογμάτων καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀμωμήτου πίστεως παραφθείρειν τούτους καὶ ὑποσπᾷν κατεπανουργεύσαντο. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτοὺς οὐχ ὁσίως εἰς τὴν τῶν Σαββάτων νηστείαν μετέστησαν· οἶδε δὲ καὶ ἡ μικρὰ τῶν παραδοθέντων ἀθέτησις καὶ πρὸς ὅλην τοῦ δόγματος ἐπιτρέψαι τὴν καταφρόνησιν· ἔπειτα δὲ τὴν τῶν νηστειῶν πρώτην ἑβδομάδα τῆς ἄλλης νηστείας περικόψαντες, εἰς γαλακτοποσίας, καὶ τυροῦ τρυφὴν, καὶ τὴν τῶν ὁμοίων ἀδδηφαγίαν καθείλκυσαν. Ἐντεῦθεν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν τῶν παραβάσεων ἐμπλατύνοντες, καὶ τῆς εὐθείας τρίβου καὶ βασιλικῆς διαστρέφοντες, καὶ δὴ καὶ τοὺς

ἐνθέσμῳ γάμῳ πρεσβυτέρους διαπρίποντας, οἱ πολλὰς κόρας χωρὶς ἀνδρὸς γυναῖκας δεικνύοντες, καὶ γυναῖκας παῖδας ἐκτρεφούσας, ὧν οὐκ ἔστι πατέρας θεάσασθαι, οὗτοι τοὺς ὡς ἀληθῶς Θεοῦ ἱερεῖς μυσάττεσθαί τε καὶ ἀποστρέφεσθαι παρεσκεύασαν τῆς Μανοῦ γεωργίας ἐν αὐτοῖς τὰ σπέρματα κατασπείροντες, καὶ ψυχὰς ἄρτι βλαστάνειν ἀρξαμένας τὸν σπόρον τῆς εὐσεβείας τῇ τῶν ζιζανίων ἐπισπορᾷ λυμαινόμενοι. Ἀλλά γε δὴ τοὺς ὑπὸ πρεσβυτέρων μύρῳ χρισθέντας ἀναμυρίζειν αὐτοὶ οὐ περρίκασιν, ἐπισκόπους ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, καὶ τὸ τῶν πρεσβυτέρων χρίσμα ἄχρηστον εἶναι, καὶ εἰς μάτην ἐπιτελεῖσθαι τερατευόμενοι. Ἆρ' ἔστιν, ὃς τηλικαύτην ἀκοῇ παρεληφὼς ἄνοιαν, ἣν κατατολμᾷν οἱ παράφρονες οὐκ ἐνάρκησαν, τοὺς ἅπαξ μύρῳ χρισθέντας ἀναχρίοντες, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ὑπερφυῆ καὶ θεῖα μυστήρια εἰς λῆρον μιαρὸν καὶ πλατὺν ἐξορχούμενοι γέλωτα; Καὶ τό γε σοφὸν τῶν ὡς ἀληθῶς ἀμυήτων· Οὐ γὰρ ἔξεστι, φασὶν, ἱερεῦσι τοὺς τελουμένους μύρῳ ἁγιάζειν· ἀρχιερεῦσι γὰρ μόνοις ἐνομίσθη. Πόθεν ὁ νόμος; τίς δ' ὁ νομοθέτης; ποῖος τῶν ἀποστόλων, τῶν Πατέρων δὲ, ἀλλὰ τῶν συνόδων, ἢ ποῦ καὶ πότε συστᾶσα, τίνων δὲ κρατήσασα ψήφοις; Ἀλλ' οὐκ ἔξεστιν ἱερεῖ μύρῳ τοὺς βαπτιζομένους σφραγίζειν. Οὐκοῦν οὐδὲ βαπτίζειν ὅλως, οὐδὲ ἱεράσθαι ἄρα, ἵνα σοὶ μηδὲ ἡμίτομος ὁ ἱερεὺς, ἀλλ' ὁλόκληρος εἰ; ἀνίερον εἶη κλῆρον ἀπειληλασμένος. Ἱερουργεῖ τὸ Δεσποτικὸν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, καὶ τοὺς πάλαι μυσταγωγηθέντας δι' αὐτῶν καθαγιάζει· πῶς οὐχ ἁγιάσει μύρῳ χρίων τοὺς νῦν τελουμένους; Βαπτίζει ὁ ἱερεὺς, καθάρσιον δῶρον τῷ βαπτιζομένῳ τελεσιουργῶν, πῶς εἰ τελεσιουργὸς αὐτὸς ὑπάρχει καθάρσεως, ἀφαιρήσεις αὐτοῦ τὴν φυλακὴν καὶ σφραγῖδα; Ἀλλ' ἀφαιρεῖς τὴν σφραγῖδα, μηδ' ὑπηρετεῖν ἐπιτρέψεις τῷ δώρῳ, μηδ' ἐν αὐτῷ τινας τελεσιουργεῖν, ἵνα σε γυμνὸς ὁ σὸς ἱερεὺς ἐνδιαπρέπων ὀνόμασι, τῆς αὐτῆς αὐτῷ χοροστασίας κορυφαῖον δείξῃ καὶ ἐπίσκοπον. Ἀλλὰ γὰρ οὐχὶ μόνον εἰς ταῦτα παρανομεῖν ἐξηνέχθησαν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις κακῶν ἐστι κορωνὶς, εἰς ταύτην ἀνέδραμον. Πρὸς γάρ τοι τοῖς εἰρημένοις ἀτοπήμασι καὶ τὸ ἱερὸν καὶ ἅγιον Σύμβολον, ὃ πᾶσι τοῖς συνοδικοῖς καὶ οἰκουμενικοῖς ψηφίσμασιν ἅμαχον ἔχει τὴν ἰσχὺν, νόθοις λογισμοῖς, καὶ παρεγγράπτοις λόγοις, καὶ θράσους ὑπερβολῇ κιβδηλεύειν ἐπεχείρησαν, ὦ τῶν τοῦ πονηροῦ μηχανημάτων! τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι καινολογήσαντες. Τίς ποτε τοιαύτην παρὰ τῶν πώποτε ἀσεβησάντων φωνὴν ἤκουσε βαγεῖσαν; Ποῖος σκολιὸς ὄφις εἰς τὰς ἐκείνων καρδίας τοῦτο ἠρέμξατο; Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, δύο εἰσάγειν αἰτία, Υἱοῦ μὲν καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα, τοῦ δὲ Πνεύματος πάλιν τὸν Υἱὸν, καὶ εἰς διθεῖαν τὴν μοναρχίαν λύειν, καὶ μηδὲν ἧττον τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας τὴν τῶν Χριστιανῶν σπαράττειν θεολογίαν, καὶ τῆς ὑπερουσίου καὶ μοναρχικῆς Τριάδος ἐξυβρίζειν τὸ ἀξίωμα; »

modum legitimo conjunctos matrimonio, qui puellas multas sine viro mulieres effecerunt, et mulieres pueros educantes, quorum nemo patrem novit, veros, uti dixeram, sacerdotes Dei abominari et aversari docuerunt, semina Manichææ agricolationis apud illos serentes, et animas tum nuperrime semen pietatis proferre incipientes superseminatis zizaniis male perdentes. Sed et chrismate inunctos per sacerdotes, denuo chrismate inungere non horrent, cum se episcopos prædicant; et presbyterorum chrisma inutile quiddam, et frustra factum comminiscuntur. Estne quis, qui talem insaniam aliquando auribus audiit, quam non cohorruere insanientes isti factitare? ut semel unguento delibutos rursus inungerent, et augusta illa, divinaque mysteria in bene longas nugas et risum lubentiamque conversa prostituerent. Sed vide et sanctificatorum fallacias: Non licet, inquiunt, sacerdotibus, qui ad perfectionem deducuntur, eos oleo inungere. Hoc enim solis lege concessum est episcopis. Verum unde illa lex? quis legislator? quis apostolorum, quis ex Patribus, vel e synodis aliqua? Ubi gentium illa, vel quando coacta, quorumve votis sancita et suffragiis? Non licet sacerdoti eos qui baptizantur oleo signare. Ergo nec baptizare, nec sacrificare: sicque de media sui parte sacerdos, sacerdos non perfectus in sortem abeat abactus profanam. Qui corpus Dominicum consecrat, et Christi sanguinem, et per illa eos sanctificat, qui sacris erant olim initiati, unde erit, ut non idem sanctificet oleo ungens, qui ad perfectionem tendunt? Baptizat sacerdos, donum expiatorium in baptizato perficit: qua ratione privabis illum custodia et sigillo illius purificationis, cujus ipse est consummator? Verum aufers sigillum, nec dono patere servire, nec aliquos per illud consummare; ut nudo tantum nomine tuus insignitus sacerdos, te quidem cum ipso societatis et chorostasiæ coryphæum declaret, et episcopum. Enimvero non in istis tantum contra leges peccare sunt inducti, sed in ipsam impietatis coronidem, si quæ ulla est, devenerunt. Præter enim memoratas absurditates, sacrosanctum Symbolum, quod ab omnibus œcumenicorum conciliorum calculis confirmatur, et vim obtinet invictam, sententiis spuriis, verbis ascititiis, quæ summa fuit ipsorum audacia, conati sunt adulterare. O machinationes diabolicas! Spiritum sanctum novo quodam modo non ex solo Patre, sed etiam ex Filio procedere commenti sunt! Quis unquam talem ab impiis apud sæculum prius vocem prolatam audiit? Quis distortus anguis in ipsorum corda hoc eructavit? Quis cultui initiatus Christiano ferre queat, duplicem in Triade causam dari: Filii quidem, et Spiritus Patrem, Spiritus rursum Filium, et monarchiam in duplicem deitatem solvere, et non minus quam gentilitiam mythologiam Christianorum theologiam discerpere, atque ita Trinitatis supersubstantialis et monarchiæ dignitatem, per contumeliam imminuere? »

Hæ encyclicæ quoque epistolæ pericopæ sunt, et ambarum epistolarum particulas oratio digerens, tum illius, quæ ad Nicolaum pontificem, tum quæ in encyclica continentur, ex earumdem verborum recensione palam ostendit, nihil aliud justo æquoque auditori opus esse, quam solam rerum gestarum historiam ad dignoscendum gratis et absque ulla causa, quæ rationi consentanea sit, Ecclesias inter sese per tot annos simultates atque inimicitias exercuisse. Cum enim ante schisma Romanæ Ecclesiæ consuetudines, veluti schisma minitans, in epistolis ad Nicolaum pontificem proponeret Photius, cum nondum spes restitutionis decollasset; postquam vero decollavit, desiderio frustratus, quod minabatur opere perficiens, encyclicam epistolam locis in omnibus legi voluit: manifestum est, non veritatis, sed propriæ voluntatis causa a Photio schisma excogitatum fuisse. Addantur dictis, ut magis ac magis Photii privatum consilium in excogitando ecclesiastico schismate pateat, quæ ipse post pacem initam et fœdera, encyclicæ epistolæ pugnantia, pro Ecclesia a se antea tot calumniis, ac contumeliis diffamata, pronuntiavit. Namque cum obiisset Nicolaus, et illum secutus esset Adrianus, et Joannes pontifex in apostolica Sede promotus, odia in Photium non excepisset, sed eum in patriarchicum thronum restitutum, æquo animo admisisset, Photius in urbe Byzantina synodum trecentorum præsulum et amplius numero celebratam cogit, et canones evulgat, et quidquid dissidii tempore adversus Romanam Ecclesiam agitatum est, et pronuntiatum, anathemati subigit, et mediis ipsius synodi pro unione congregatæ actis hæc pro Joanne, qui Ecclesiæ ab eodem prius pessime habitæ præerat, in suis eloquiis deprædicat. Ipso enim primo in synodum ingressu cardinalium, sanctissimi Joannis locum tenentium, Photius post amplexus et oscula hæc verbatim enuntiat: « Recipiat Dominus laborem vestrum. Benedicat et sanctificet animas et corpora vestra. Suscipiat item curam et sollicitudinem sanctissimi fratris et comministri, et spiritualis Patris nostri sanctissimi papæ Joannis. » Et postquam cardinales locum tenentes ex papæ persona reverentiam absolvissent, Photius effatur: « Veneramur nos item sanctissimum et œcumenicum papam Joannem desiderio ex intimo pectore; et precamur Deum, ut elargiatur nobis illius sanctitas benedictiones, et pretiosam charitatem; et fiat illi sinceræ erga nos charitatis, et veræ benevolentiæ a communi Domino Christo, vero Deo nostro, retributio. » Et cum protraheretur colloquium, subdit: « Quemadmodum enim primus magnusque pontifex Christus, verus Deus noster, non quibus eum cœlestes ordines colebant, et amorem purum atque intaminatum servabat, sibi satis habuit, sed semetipsum evacuans, et ad formam usque servi evacuationem subiens, ad semet nostrum aberrans et abalienatum genus attraxit: pari modo et æmulator illius spiritualis

A Ταῦτα καὶ τὰ τῆς ἐγκυκλίου τεμάχια ἐπιστολῆς· καὶ ὁ τὰ τῶν ἀμφοτέρων ἐπιστολῶν μέρη ὑφηγησάμενος λόγος, ὅσα τε τῆς πρὸς τὸν πάππαν Νικόλαον καὶ ὅσα τῆς ἐγκυκλίου ὑπὸ τῆς κατὰ λέξιν αὐτῶν ἀφηγήσεως παρίστησιν ἐναργῶς, ὅπως ἐστὶ μηδενὸς ἄλλου δεήσειν τῷ εὐγνώμονι ἀκροατῇ ἢ μόνης τῆς ἱστορίας εἰς τὸ διαγνῶναι ὡς μάτην καὶ ἐπ' οὐδενὶ εὐλόγῳ αἱ Ἐκκλησίαι ἀλλήλαις τοσοῦτον χρόνον ἐκπεπολέμωντο. Ἐπεὶ γὰρ πρὸ τοῦ σχίσματος Φώτιος τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἔθη ὡς πρὸς ἀπειλὴν
B ὑπέτεινε σχίσματος ἐν ταῖς πρὸς Νικόλαον πάπταν ἐπιστολαῖς, ἔτι τῶν τῆς ἀναδοχῆς ἐλπίδων ἀπαιωρούμενος, μετὰ δὲ τὸ ἀποτυχεῖν τῶν κατ' ἔφεσιν, τὴν ἀπειλὴν εἰς ἔργον προήγαγε, καὶ τὴν ἐγκύκλιον ἐπιστολὴν ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπέλυσε· πρόδηλόν ἐστιν οὐκ ἀληθείας, ἀλλ' ἰδίου θελήματος Φωτίῳ μελετηθῆναι τὸ σχίσμα. Προσκείσθω τοῖς εἰρημένοις εἰς πλείω παράστασιν του κατὰ τὸν Φώτιον ἰδιορρύθμου ἐπὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ σχίσματι, καὶ
C ἅπερ οὗτος μετὰ τὴν εἰρήνην καὶ τὰς καταλλαγὰς ἀντίρροπα τῆς ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς ὑπὲρ τῆς δυσφημουμένης παρ' αὐτοῦ Ἐκκλησίας εἰρήκει. Ἐπεὶ γὰρ παρῆλθε μὲν τῶν ὧδε Νικόλαος, ἀπῆλθε δ' ἐπ' αὐτῷ Ἀδριανὸς, καὶ πάππας Ἰωάννης τὸν ἀποστολικὸν διαδεξάμενος θρόνον, οὐ συνδιεδέξατο καὶ τὴν κατὰ Φωτίου δυσμένειαν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἐπανόδῳ αὐτοῦ δεξιῶς αὐτὸν ἀπεδέξατο, σύνοδόν τε Φώτιος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀθροίζει ὑπὸ πλειόνων ἢ τριακοσίων ἀρχιερέων συγκροτουμένην, καὶ κανόνας ἐκτίθησι, καὶ πᾶν εἴ τι κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἐν τῷ τῆς διαφορᾶς χρόνῳ ἐπράχθη καὶ ἐλαλήθη, ἀναθέματι παραδίδωσιν, καὶ διὰ μέσου τῶν, ὧν ἡ τοιαύτη τῆς ἑνώσεως σύνοδος ἐξέθετο πρακτικῶν, τοιάδε ὑπὲρ αὐτοῦ Ἰωάννου, τοῦ προϊσταμένου τῆς παρ' αὐτοῦ δυσφημουμένης τὸ πρὶν Ἐκκλησίας ἐν ταῖς αὐτοῦ ἀνακηρύττει διαλαλιαῖς. Ἐν γὰρ αὐταῖς ταῖς πρὸς τὴν σύνοδον πρώταις εἰσόδοις τῶν καρδηναλίων καὶ τοποτηρητῶν τοῦ ἁγιωτάτου πάππα Ἰωάννου εὑρίσκεται Φώτιος μετὰ τὸ αὐτοὺς ἐναγκαλίσασθαι καὶ ἀσπάσασθαι, καὶ τάδε
D ἐπὶ λέξεως λέγων· « Ἀποδέξαιτο Κύριος τὸν κόπον ὑμῶν. Εὐλογήσαι καὶ ἁγιάσαι τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ὑμῶν. Ἀποδέξαιτο δὲ καὶ τὴν φροντίδα καὶ μέριμναν τοῦ ἁγιωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ καὶ πνευματικοῦ Πατρὸς ἡμῶν, τοῦ μακαριωτάτου πάππα Ἰωάννου. » Καὶ μετὰ τὸ τοὺς καρδηναλίους καὶ τοποτηρητὰς τὴν παρὰ τοῦ πάππα προσκύνησιν πρὸς Φώτιον ποιήσασθαι, Φώτιος οὕτως ἔφη· « Ἀντιπροσκυνεῖται παρ' ἡμῶν ὁ ἁγιώτατος καὶ οἰκουμενικὸς πάππας Ἰωάννης ἐγκαρδίῳ πόθῳ. Καὶ αἰτούμεθα θεὸν χαρισθῆναι ἡμῖν τὰς ἁγίας εὐχὰς καὶ τὴν τιμίαν ἀγάπην αὐτοῦ. Καὶ γένοιτο αὐτῷ τῆς πρὸς ἡμᾶς γνησίας ἀγάπης, καὶ εἰλικρινοῦς διαθέσεως παρὰ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἀντάμειψις. » Τῆς δὲ ἐμιλίας προϊούσης οὕτω πάλιν ἔφη· « Ὥσπερ γὰρ ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, οὐχ οἷς αὐτὸν τὰ οὐράνια ἐθεράπευε τάγματα, καὶ τὴν ἀγάπην καθαρὰν καὶ ἀνεπιθόλωτον διεφύλαττε, τούτοις ἠρκέ-

σθη, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσας καὶ μέχρι δούλου μορφῆς τὴν κένωσιν ὑποστὰς, πρὸς ἑαυτὸν εἵλκυσε τὸ πεπλανημένον ἡμῶν, καὶ ἡλλοτριωμένον τῶν ἀνθρώπων γένος· οὕτω καὶ ὁ μιμητὴς ἐκείνου, ὁ πνευματικὸς ἡμῶν πατὴρ, οὐχ οἷς ἡ καθ' ἑαυτὸν Ἐκκλησία τὸ εἰρηναῖον εἶχεν ἡσμένισεν, ἀλλὰ διὰ τῶν αὐτῶν τιμίων τοποτηρητῶν διανέστη καὶ ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι. » Καὶ μετά τινα τῆς ὁμιλίας, ὡς ὁ καρδηνάλιος Πέτρος ἐν μέσῳ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου συλλόγου ἐνεφάνισε τὰ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάππα Ἰωάννου τῷ Φωτίῳ σταλέντα, τὴν ἀρχιερατικὴν φημὶ στολὴν, τὸ ὠμόφορον, τὸ στιχάριον, τὸ φελώνιον, καὶ τὰ σανδάλια, Φώτιος εἶπε· « Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν νεφέλαις τὸν οὐρανὸν περιβάλλων, καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναχωνεῦσαι καὶ καθᾶραι στολισάμενος, αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν, καὶ συλλειτουργὸν, καὶ πνευματικὸν πατέρα, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ φρουρὰν ἄσυλον καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ στολίσαι, κἀν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὸν νυμφικὸν περιβαλὼν χιτῶνα, ἄξιον τοῦ μακαρίου ἐκείνου νυμφῶνος ἀναδεῖξαι. » Πόλλ' ἄττα καὶ ἕτερα διὰ μέσου τῶν τῆς εἰρήνης συνόδου πρακτικῶν Φώτιος εἴρηκεν, ἐξ ὧν ἁπάντων συνίσταται ὅπερ ὁ λόγος ἀποδεῖξαι προέθετο, ὅπερ ἐστὶ τὰ παρὰ Φωτίου λαληθέντα τε καὶ πραχθέντα κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας κακίας εἶναι γεννήματα καὶ κακοχάρτου ἐκτόκια ἔριδος. Κἂν γοῦν μὴ καὶ πλείονος ἔδει τινὸς εἰς παράστασιν τούτου, ἀλλ' ἵν' ἐκ περιουσίας ἕξει τὸ κράτος ὁ τοῦτο παραστῆσαι προθέμενος λόγος, καὶ τρεῖς τῶν τοῦ Φωτίου ἐπιστολῶν πρός τινας τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καθέδρας ἐπισκοπικῆς ἠξιωμένων Ῥωμαίων ἀπολυθείσας μετὰ τὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἐπάνοδον αὐτολεξεὶ καταστρωθῆναι ἐνταῦθα διέγνωμεν.

A Pater noster, non iis, in quibus sua Ecclesia pace et tranquillitate fruebatur, contentus fuit, sed per suos honorandos locumtenentes excitatus, nos quoque visitavit. » Et post pauca illius congressus, cum cardinalis Petrus in sacra illa congregatione, quæ a sanctissimo Joanne munera Photio mittebantur, archieratica nempe indumenta, homophorium, sticharium, pœnulam, et sandalia exposuisset, Photius dixit : « Christe Deus noster, qui cœlum nubibus circumvolvis, et naturam nostram ad reconflandum, expurgandumque assumpsisti, tu fratri et comministro, et spirituali Patri nostro tutam custodiam et securam salutem exhibe, et in futuro sæculo nuptiali veste indutum, beati illius thalami dignum ostende. » Et pleraque alia, cum celebraretur illa synodus, interlocutus est. B Quibus omnibus confirmatur, quod oratio demonstrare proposuerat, dicta nempe omnia factaque, quæ adversus Romanam Ecclesiam Photius effudit ac molitus est, improbitatis fetus, et malis gaudentis abortus fuisse. Licet itaque nil ultra exigatur, ad id probandum, ut tamen abundantioribus probationibus plenius confirmetur, quod oratio demonstrandum in se susceperat, tres ex Photianis epistolas ad quosdam eo temporis occidentalium sedium Latinos episcopos datas, postquam ipse patriarchali throno restitutus est, ut jacent, suis verbis hic digerere statuimus.

Et post epistolas ad Marinum Castellanum, Gaudericum Veliternum, et Zachariam Anagninum episcopos, quos sibi conciliare, et in amicitiam trahere, et sibi amicos conservare incumbit, subdit Veccus :

Τοιαῦτα λέγων καὶ γράφων εὑρίσκεται Φώτιος μετὰ τὰς σπονδὰς καὶ καταλλαγὰς ὑπέρ τε αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ εἰς κεφαλὴν εὑρισκομένου τότε τῆς πρὶν δυσφημουμένης παρ' αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας, μέχρι καὶ ἀσεβείας αὐτῆς, ὑπέρ τε τῶν εἰς μέλη λογιζομένων αὐτῆς ἐπισκόπων Ῥωμαίων· ἐξ ὧν ἁπάντων ὁ λόγος τὸ ἐντελὲς τοῦ οἰκείου ἐπαγγέλματος ἀποδέδωκεν, ὅπερ ἦν τὸ παραστῆσαι, μηδενὸς ἄλλου δεήσειν τῷ εὐγνώμονι ἀκροατῇ, ἢ μόνης ἱστορίας εἰς τὸ διαγνῶναι, ὡς μάτην καὶ ἐπ' οὐδενὶ εὐλόγῳ αἱ Ἐκκλησίαι ἀλλήλαις τοσοῦτον χρόνον ἐκπεπολέμωντο.

C Similia tum de ipso Joanne, qui eo tempore Ecclesiæ Romanæ, ab eodem miseris modis diffamatæ, et impietatis etiam crimine notatæ caput erat, tum de episcopis Latinis, qui membra illius reputabantur, dicens et scribens post fœdera et inducias Photius comperitur. Quibus omnibus oratio, quod promiserat, integre absolutequepersolvit ; erat autem id, probare auditori, modo æquus esset, nullo alio opus esse, quam sola historia ad discernendum, gratis et absque ulla causa, quæ rationi consentanea fuerit, Ecclesias inter sese per tot annos simultates atque inimicitias exercuisse.

JOANNIS VECCI

CP. PATRIARCHÆ

EPISTOLA AD JOANNEM PAPAM

Cum professione fidei et recognitione primatus.

(Apud Mansi, Concil. tom. XXIV.)

Sanctissimo et beatissimo summo pontifici apostolicæ sedis veteris Romæ, et universali papæ, domino Joanni, Joannes miseratione divina patriarcha Constantinopolitanus Romæ novæ, cum omni nostra sacrosancta synodo debitam reverentiam nostræ obedientiæ, ac inclinationem et orationum postulationem.

Principii boni optimum esse finem, omnibus absque dubio clare patet. Et quare non, cum « omne donum perfectum desursum sit, descendens a Patre luminum [1]? Hoc enim concesso, consequens est credi omne principium cujuscunque rei optime inchoatæ a divino pendere consilio, et propter hoc necessario tale principium in finem desinere gloriosum. Quod enim a Deo bene inchoatum est, quomodo non optime terminabitur auxiliante Deo, quale quid factum est, et super iis, de quibus nunc propositum est nobis dicere, o divinum et sacrum caput? Nam ecclesiastica unione feliciter incepta tempore felicis memoriæ beatissimi illius viri (si tamen virum, et non angelum, vocari oportet felicem illum, sanctissimum papam decimum dicimus Gregorium), ad gloriosiorem finem (1) quam ad ipsam videlicet unionem summus Dominus consummavit in diebus, in quibus ad decorem apostolicæ sedis, et illuminationem perspicuam firmamenti universalis Ecclesiæ, vos, nomine gratiæ nominatum (2), Deus eligendo constituit. Quod quidem apostolicæ sedis nuntii reverendissimi, scilicet fratres nostri et coepiscopi Jacobus Ferentinus et Gaufridus Taurinensis, et de Deo accepto ordine prædicatorum religiosissimi nostri fratres Raynonus prior Viterbiensis, et Salvus lector Lucanus vestræ sanctitatis orationibus prosperati, pervenerunt ad sanctos, et potentissimos nostros moderatores, et ad nostram humilitatem, et ad eam, quæ apud nos inventa est sacram et sanctam synodum relictam ab universitate magnæ synodi, quæ apud nos paulo ante fuerat celebrata : dictæ ecclesiasticæ unionis inchoatio, auctore Deo, absque defectu fine prospero consummata est.

[1] Jacob. I, 17.

(1) Locus corruptus.
(2) Hoc est, *Joannis nomine*. HARD.

Et quomodo quidem potens et sanctus moderator noster (3), cum divinitus germinato ramo (4) radicis, sacro, potenti, et sancto nostro moderatore, confirmationem ecclesiasticæ unionis in fide perfecta et diligenti certitudine fecerunt, poterit noscere maxima sanctitas vestra et ab ipsis, quæ ad ipsam mittuntur, litteris potentiæ suæ, et ab instrumento juramentorum factorum per ipsos, et ab iis, quæ apostolicæ sedis nuntii ore tenus divinis auribus vestræ insonuerunt sanctitatis. Quomodo quoque nos robur præstamus, et finem apponimus glorioso principio hujusmodi operis unionis, poterit scire vestra a Deo magnifica sanctitas, et a volumine synodicali, quod sibi ostendetur, quod humilitas nostra cum toto sacro ipsius conventu firmavit et roboravit subscriptionibus manualibus, quæ apud nos vigorem obtinent juramenti.

Habet insuper noscere et ab iis, quæ in præsenti scripto specialius nos dicemus omnimode, præbentes vestræ apostolicæ sanctitati certitudinem nostræ ad apostolicam sedem puræ, perfectæque obedientiæ. Dicimus enim, sub testibus Deo et angelis verba facientes, quod omne schisma inter Ecclesias Dei, veteris Romæ scilicet et novæ nostræ, male introductum in læsionem Christianitatis, aspernimus et abjicimus ; et præcordiali affectu, et ex tota anima prius ipsum deponentes, per linguam, et labia, et prolativum nostrum sermonem, etiam in præsenti scripto ipsum abnegamus, et ecclesiasticam pacem et unitatem, et primatum apostolicæ sedis confitemur, recognoscimus, acceptamus et sponte suscipimus : et ad ipsius obedientiam spontanei venientes, ratum habere, et conservare immutabile promittimus et asserimus, et eas prærogativas, quæ a principio ante schisma præstabantur apostolicæ sedi ab illis, qui pro tempore, pontificio in Constantinopoli fungebantur, integra et inviolabilia promittimus conservare. Schisma enim, quod in medio intercessit, intimo cordis affectu et tota animi voluntate aspernentes, compaginamus

(3) Michael imp
(4) Cum Andronico filio etiam imperatore.

et coaptamus nosmetipsos lineæ pontificum illorum, qui schisma apostolicæ Sedi veteris Romæ suam obedientiam canonice et legitime conservabant; et nihil omnino imperfectum omittere pollicemur de iis, quæ ante schisma illi divi et sancti imperatores apostolicæ sedi præstando roborarunt, et affirmarunt; insuper etiam et de iis, quæ in sacris conciliis Patres nostri ad ipsius obedientiam demonstrabant se conservare. Rursus ad apostolicam sedem confirmamus inviolabiliter et integre omnes prærogativas et privilegia, quæ ante schisma reverendi et beati imperatores, et deiferi Patres nostri doctores, ad primatum apostolicæ sedis in obedientiam ostendebant: videlicet, quia ipsa sacrosancta Romana Ecclesia summum et perfectum primatum et principatum super universam catholicam Ecclesiam obtinet, quem in seipsa ab ipso Domino, in beato Petro apostolorum principe seu vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum plenitudine potestatis recepisse, vere ac humiliter recognoscimus. Et quemadmodum præ aliis tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio definiri. Ad hanc potest quilibet, gravatus in negotiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus, appellare: et in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest recurri judicium: et eidem omnes Ecclesiæ sunt subjectæ, ipsarumque prælati obedientiam et reverentiam illi debent. Apud hanc autem plenitudo potestatis consistit, quod ea, quæ cæteræ Ecclesiæ, et patriarchales specialiter, diversis temporibus privilegia obtinuerunt, sanctionibus beatorum sanctorum imperatorum illorum, et canonicis sanctionibus sacrorum et divinorum conciliorum, eadem Romana Ecclesia confirmavit et roboravit: et non aliter obtinuerunt confirmationem Ecclesiarum hujusmodi prærogativæ, nisi eadem Ecclesia Romana suum super iis judicium et sententiam protulisset: sua tamen prærogativa tam in generalibus conciliis, quam in quibuscunque aliis semper salva. Et de abnegatione quidem schismatis, et recognitione primatus apostolicæ sedis, tanta sint dicta.

Quoniam autem multum schismatis tempus opinionem quibusdam vanam et falsam tribuit, quod sit aliqua differentia dogmatum inter utramque Ecclesiam, Græcam videlicet et Latinam, propter in Symbolo factam additionem per Romanam Ecclesiam: oportet utique, nos libellum fidei exponere, ex quo vestra Deo magnifica altitudo, et tota Romana Ecclesia, cognoscet, quod nulla differentia fidei est iis, qui Symbolum primi Nicæni concilii legunt, et qui Symbolum Constantinopolitani secundi concilii prædicant, et iis, qui hoc Symbolum, quod a Romana Ecclesia legitur, cum additione venerantur.

Credimus enim in unum Deum ingenitum Patrem omnipotentem, immortalem, invisibilem, impalpabilem, universum implentem, et super omnia exsistentem, conditorem totius creaturæ visibilis et invisibilis, corporalis et spiritualis. Et in unum Dominum Jesum Christum, Verbum, unigenitum Filium, æternum ab æterno Patre, principium de principio, lumen de lumine, Deum de Deo, omnipotentem de omnipotente, æqualem incommutabiliter generanti Patri, prout ipse Dominus in Evangelio asserit dicens: « Qui videt me, videt et Patrem [1]; » qui ante omnia sæcula natus, ineffabilem, et intellectu incomprehensibilem habet nativitatem: « Generationem ejus quis enarrabit? » sacra fatentur Eloquia; hoc est, Nullus. In consummatione sæculorum descendit inseparabiliter ex Paterno sinu [in] intemeratam et semper Virginem Mariam, et nostram ex ipsa assumpsit naturam, carnem videlicet humanam cum anima rationali, non secundum phantasiam, sed secundum veritatem; neque [secundum] supernam et intemporalem nativitatem adoptatus, neque secundum inferiorem temporalem: naturalis enim exsistens et verus Filius Dei, naturalis et verus semper Virginis Mariæ ipse idem filius exsistit, qui carnem accepit ex ipsa, visibilem invisibilis, mortalem immortalis, passibilem impassibilis, palpabilem impalpabilis: in qua carne et pro nobis sponte suscepit passionem, vera carnis passione. Mortuus, et sepultus, et descendens ad inferos, et tertia die, secundum Scripturam, resurgens a mortuis vera carnis resurrectione. Post quadraginta [dies] a resurrectione sua a mortuis, ascendit ad cœlos, cum eadem, qua resurrexit, carne et anima: et [sedet ad dexteram Dei Patris, introitum in cœleste regnum nobis elargiens. Qui venturus est iterum judex vivorum et mortuorum, redditurus unicuique secundum opera sua.

Credimus eodem modo et in Spiritum sanctum, « omnia scrutantem, etiam profunda Dei [2], » qui naturaliter inest Deo et Patri, et essentialiter insitus est, ut ita dicamus, et indivisibiliter ex ipso procedens, naturaliter inest et Filio, et essentialiter ei insitus est, et indivisibiliter ex ipso procedit. Profunditur quidem et procedit, quemadmodum a fonte, Deo et Patre: profunditur autem et ab ipso Filio, quemadmodum a fonte, velut utique et ex ipso Deo et Patre. Sed licet Pater fons Spiritus sit, et Filius fons Spiritus sit; non tamen duo fontes Spiritus sunt Pater et Filius. Unum enim fontem Spiritus Patrem et Filium fidelis et pia intelligentia tenet: et propter hoc communem Patris et Filii Spiritum sanctum Ecclesiæ luminaria et doctores theologizarunt. Sicut enim de substantia Patris naturaliter Spiritus est, sic et ex substantia Filii naturaliter Spiritus est: et sicut secundum substantiam exsistit Dei et Patris, ita et secundum substantiam Filii exsistit: et ut proprius est essentiæ Patris, et non extra hanc procedens in esse, ita

[1] Joan. XIV, 9. [2] I Cor. II, 10.

et essentiæ Filii proprius est, et non extra hanc procedens in esse. Naturalium enim bonorum Dei et Patris essentialiter exsistens Filius communicator, habet Spiritum, sicut unusquisque nostrum, proprium in seipso continens spiritum, et ex intimis visceribus ad extra profundit ipsum. Propter quod et corporaliter ipsum discipulis insufflavit, quia inspiratione Filii Spiritum novimus, et sensum Christi Spiritum esse ab Apostolo edocti sumus. Unde unam esse catholicam et sanctam apostolicam Ecclesiam confitentes, in qua unum datur baptisma, et vere remissio omnium peccatorum, tribus personis, scilicet Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in quibus et ad quas personas baptizamur, gloriam referimus, sicut uni Deo : et ipsas tres esse cognoscentes personas, unum Deum omnipotentem ipsas cognoscimus, totamque in Trinitate deitatem co essentialem, coæternam, et coomnipotentem ; unius dignitatis, unius potentiæ, unius voluntatis, unius operationis, singulam sanctæ Trinitatis personam Deum plenum, et perfectum prædicantes, et confitentes. Et ita credentes, gloriam offerimus Patri, gloriam offerimus Filio, gloriam offerimus Spiritui sancto. Credimus veram resurrectionem nostræ carnis, quam in præsenti vita gestamus, et futuram vitam, æternam, perpetuam exspectamus. Credimus etiam ipsum et unum Deum auctorem esse et Dominum omnipotentem, Veteris et Novi Testamenti, prophetarum et apostolorum : in Trinitate unum cognitum Deum benedicentes nunc et in sæcula. Amen. Et hoc quidem usque in tantum.

Ex quo autem sancta Romana Ecclesia propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, ab aliis ex malitia introductos, dicit et prædicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram pœnitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum, et si vere pœnitentes in charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas in igne purgatorii post mortem purgari ; et ad pœnas hujusmodi relevandas prodesse iis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynas et alia pietatis officia, quæ a fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta ; et illorum quidem animas, quæ post sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerint, illas etiam, quæ post baptismum maculam peccati contraxerunt, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutæ, sicut superius dictum est, sunt purgatæ, mox in cœleste regnum recipi : illorum autem animas, qui cum mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis disparibus puniendas ; et quod nihilominus in die judicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem : quoniam quidem sancta Ecclesia Romana sic dicit et prædicat, recipimus hæc et confitemur, quoniam sanctorum Patrum divinæ scripturæ ipsa continent.

13. Quod adversarius, et qui nos veritatis prævaricatores nuncupat, et Græcorum hostes, nullius roboris esse, lupus prorsus frustra hiasse deprehendetur, cum nos Ecclesiarum unionem exemplo desumpto ex Patrum nostrorum valde proficuis dispositionibus, quas illi a Deo moti pro unione Ecclesiarum, præscriptis temporibus usurparunt, demonstraverimus. Nos porro veluti in exemplum omnes sanctorum Patrum dispositiones aspicientes, similia aggressos fuisse quæ, ut etiam supra promisimus, nunc inveniuntur a nobis compositi voluminis frusta comprobabunt, quæ ad verbum ita se habent. Et ante alios ecclesiastici firmamenti solem multum et maximum Athanasium, cujus est et sermo inexsuperabilis, et modus inimitabilis, cum sua ætate scandalum non contemnendum exortum fuisset inter has easdem Ecclesias, de quibus est oratio nostra, utriusque reconciliationem reperimus, nullo alio modo dispositam, quam defensione suscepta Romanæ Ecclesiæ super iis, pro quibus ab orientalibus occidentales in oppositam partem trahebantur. At quænam fuerit defensio? Idem ipse præsens suis illam verbis pronuntiet. Namque tomo ad Antiochenos hæc continet: *Illis enim, qui nonnullos incusabant, ut trium hypostaseon affirmatores, cum hujusmodi voces in Scripturis non reperirentur, ac proinde suspectæ videri possent, auctores fuimus, ne amplius in Nicænam confes-*

stionem inquirerent, sed tamen de istis ob pervicaciam rixandi quæstio est habita, interrogatique sunt, Num ex Arianorum sententia alienas peregrinasque, ac diversæ a se invicem substantiæ personas esse velint? an ut alii hæretici sub istis vocibus tria principia et tres deos constituant? Et post eorumdem ad interrogata responsionem, et vocum ab ipsis prolatarum piam rectamque expositionem, subdit: *Approbata igitur istiusmodi et interpretatione et excusatione, vicissim quoque et eos examinavimus, qui ab istis in culpam devocabuntur, quasi dicerent esse unam hypostasim, sciscitantes ab illis, Num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, et sublatos vellent ex Trinitate Filium et Spiritum sanctum?* Tum eorumdem responsionem in oratione digerit, demumque sententiæ concordans cum diversitate dictionum collaudans, infit: *Quinimo et illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eamdem sententiam convenerunt, vicissimque illi, qui unam hypostasim asseverarant, istorum interpretationi acquieverunt.* Et post alia atque alia subnectit: *Cum igitur istiusmodi illorum fuerint sententiæ, adhortamur vos, ne eos, qui ita confitentur, talemque interpretationem suis dictionibus accommodant, vos temere condemnare, aut rejicere velitis, ut suspectæ mentis homines. Cæterum cum illos tolerandos non censebitis, consuletis illis, qui recte interpretantur, et recte sentiunt, ne ulterior ulla inter vos adhibeatur disquisitio, neque verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus utilitatem, sed sensus cogitationesque pietatis exhibere. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi voculis contentiose rixantur, hi profecto nihil aliud agunt, quam quod proximis suis turbidam subversionem propinant, ut inimici, et discordiarum et schismatum æmulatores.* Necnon: *Impietas quidem modis omnibus abrogatur, licet eum variis verbis, et probabilibus argutiolis circumvestire quis tentet: pietatem autem colere justum omnes confitentur, et si peregrinis quibusdam vocibus utantur, dummodo dicens piam sententiam teneat, illisque quod in animo habet, pie pronuntiet.* Rursumque post alia: *Itaque, si verba isti hæc velati peregrina abjudicant, teneant sententiam secundum quam synodus ita scripsit: Quod licet voces non ita in scriptione reperiantur, sed, ut antea dictum est, ex scriptione sententiam sortiantur, eamque pronuntiatæ significant, apud eos, qui pietatis aures integras conservarunt.*

14. Hæc Athanasianæ linguæ sonori tonitrus instar tonantis strepitus, cum de Ecclesiarum unione scriberemus, voluminis partem fecimus, nunc vero cum de iis, quæ passi sumus, respondemus, peropportuna defensio fuerit, quam hic

λέξεις, ἠξιοῦμεν μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τῆς κατὰ Νίκαιαν ὁμολογίας. ἀναχρίειν δὲ ὅμως διὰ τὴν φιλονεικίαν, μὴ ἄρα ὡς οἱ Ἀρειομανῖται λέγουσιν, ἀπηλλοτριωμένας καὶ ἀλλοτριουσίους ἀλλήλων, ἢ ὡς ἄλλοι αἱρετικοὶ τρεῖς ἀρχὰς καὶ τρεῖς θεοὺς λέγουσιν, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες τρεῖς ὑποστάσεις λέγουσι; Καὶ κατὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἀναχρίσει ταύτῃ ἀπολογίαν τῶν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις λεγόντων, καὶ μετὰ τὴν παρ' αὐτῶν προενεχθεῖσαν ἑρμηνείαν τῶν λέξεων εἰς ἔννοιαν εὐσεβῆ, ἐπιφέρει· Ἀποδεξάμενοι δὲ τούτων τὴν ἑρμηνείαν τῶν λέξεων, καὶ τὴν ἀπολογίαν ἀνεκρίναμεν τοὺς αἰτιαθέντας παρὰ τούτων ὡς λέγοντας μίαν ὑπόστασιν, μὴ ἄρα ὡς Σαβέλλιος φρονεῖ, οὕτω καὶ οὗτοι λέγουσιν ἐπὶ ἀναιρέσει τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Εἶτα καὶ τὴν αὐτῶν ἐπὶ τῇ ἀναχρίσει ταύτῃ ἀπολογίαν καταστρωννύει τῷ λόγῳ, καὶ ἐφεξῆς τῷ συμφώνῳ τῆς ἐννοίας ἐπὶ τῷ διαλλάττοντι τῶν λέξεων ἐπιθειάζων, φησίν· Ἀμέλει κἀκεῖ οἱ αἰτιαθέντες, ὡς εἰρηκότες τρεῖς ὑποστάσεις, συνετίθεντο τούτοις, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ εἰρηκότες μίαν ὑπόστασιν, τὰ ἐκείνων ὥσπερ ἡρμήνευσαν, καὶ ὡμολόγουν. Καὶ προβαίνων τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν ἐπισυνείρει· Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς τοὺς μὲν οὕτως ὁμολογοῦντας, καὶ διερμηνεύοντας οὕτω τὰς λέξεις, ἃς λέγουσι, μὴ κατακρίνετε, μηδὲ προπετῶς ἀποβάλλετε, ἀλλὰ μᾶλλον εἰρηνεύοντας καὶ ἀπολογουμένους προσλαμβάνεσθε, τοὺς δὲ μὴ βουλομένους οὕτως ὁμολογεῖν, καὶ διερμηνεύειν τὰς λέξεις, τούτους πωλύετε, καὶ ἐντρέπετε, ὡς ὑπόπτους τῷ φρονήματι. Τούτων δὲ μὴ ἀνεχόμενοι συμβουλεύετε κἀκείνοις τοῖς ὀρθῶς διερμηνεύουσί τε καὶ φρονοῦσι, μηδὲν πλέον ἀλλήλους ἀναχρίειν, μηδὲ λογομαχεῖν ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, μήτε ταῖς τοιαύταις λέξεσι διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τῷ φρονήματι τῆς εὐσεβείας συμφωνεῖν. Οἱ γὰρ μὴ οὕτω διανοούμενοι, ἀλλὰ μόνον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λεξειδίοις φιλονεικοῦντες, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦντές εἰσιν, ἢ ποτίζουσιν ἀνατροπὴν θολερὰν τὸν πλησίον, ὡς φθονοῦντες τῇ εἰρήνῃ, καὶ ἀγαπῶντες τὰ σχίσματα. Καὶ ἔτι· Τὸ μὴ ἀσεβεῖν παντελῶς κεκώλυται, κἂν ποικίλοις ῥήμασι καὶ πιθανοῖς σοφίσμασι περιβάλλειν αὐτό τις ἐπιχειρῇ· τὸ δὲ εὐσεβεῖν ὅσιον παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, κἂν ξενιζούσαις λέξεσί τισι χρήσηται, ἕως μόνον ὁ λέγων εὐσεβὲς ἔχει τὸ φρόνημα, καὶ δι' αὐτῶν ὃ νενόηκεν εὐσεβῶς βούλεται σημαίνειν. Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα· Οὐκοῦν εἰ τὰ ῥήματα ταῦτα ὡς ξένα προφασίζονται οὗτοι φρονήσασαν τὴν διάνοιαν, καθ' ἣν ἡ σύνοδος οὕτως ἔγραψεν· Ὅτι, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις, ἀλλά, καθάπερ εἴρηται πρότερον, τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διάνοιαν ἔχουσι, καὶ ταύτην ἐκφωνοῦνται σημαίνουσι τοῖς ἔχουσιν εἰς εὐσέβειαν τὴν ἀκοὴν ἀλόκληρον.

ιδ'. Ταῦτα τῆς Ἀθανασίου βροντοφώνου γλώττης τὰ ἀπηχήματα λογογραφοῦσι μὲν ἡμῖν τὰ περὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεως τῆς βίβλου μέρος. Νῦν δ' ἐφ' οἷς πεπόνθαμεν ἀπολογουμένοις, ἀπολογος γενόμενα εὔκαιρος, ὃν καὶ μέχρι τοῦδε στῆσαι κατὰ

τὸ παρὸν ἐπικρίνω. Τὴν γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ πλέον ἐλπίζων ἐξάπλωσιν, εὔχομαι, εἴπως ἂν Θεὸς ἔτι ζῶντας ἡμᾶς ἐπ' ἀκροατῶν ἀγωνίσασθαι τιμώντων εὐθύτητα περί τε τῆς ἡμῶν εὐσεβείας περί τε τῆς φιλορωμαιότητος εὐδοκήσειε διὰ τὴν ἐπί δυσὶν ὅμως ἢ τρισὶ μάρτυσιν Εὐαγγελικὴν πίστιν τῶν εἰρημένων, προσθήσω δὴ τοῖς ἀκροαταῖς ὑμῖν εἰς ἀνάμνησιν, καὶ τὰ ἐν προοιμίοις μοι ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ δυνάμει προανατεταγμένα, ὅπως δηλαδὴ ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος, τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς ἀκρογωνιαῖος καὶ συνδέτης λίθος Χριστὸς ὁ Θεὸς, διοικονομούμενος, τοὺς μὴ λέγοντας Πνεῦμα Θεὸν, ἐν ἄλλαις δὲ φωναῖς τὸ ἴσον ἐμφαίνοντας, τοῖς Θεὸν αὐτὸ τρανῇ τῇ γλώττῃ ἀνακηρύττουσι, συγκατήλλαττεν. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὅπως ὁ τῆς θεολογίας φερώνυμος τὴν αὐτὴν ὁδὸν τῆς τῶν μερῶν τούτων καταλλαγῆς μετερχόμενος, μηδὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν ἄν, εἰ τὴν τοῦ *ἠλειμμένου* φωνὴν ἀντὶ τῆς Χριστοῦ πρὸς ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι, εἰς πλάτος ἐλογογράφει καὶ διαῤῥήδην. Ταῦτα τοῖς προαναταχθεῖσι προσθεὶς, ἱκανὰ τὴν ἡμῶν, ὡς οἶμαι, ὄντα δεφένδευσιν ἐφ' οἷς καὶ ἡμεῖς τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τοῦ παναγίου ἐκπόρευσιν Πνεύματος, μηδὲν τῆς, ἐξ ἀμφοῖν διοισέρειν ἀποδεικνύντες ἀπὸ Γραφῶν, πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς οἰκονομίας εἰρήνην δεδώκαμεν ἑαυτοὺς, τὸν λόγον πέρατι δίδωμι. Σὺ δ', ᾧ πατριαρχῶν δυὰς, ὧν ὁ μὲν τὴν Ἀλεξάνδρου, ὁ δὲ τὴν Ἀντιοχέων κοσμεῖτε, οὓς νῦν ἡ Κωνσταντίνου ἔχει παρ' ἑαυτῇ, μνήσθητε ὡς ἔστιν ὁ δικάσων ἡμᾶς οὐκ ἄλλως, ἢ ὡς δικάζομεν, καὶ ὁ εὐθύνας ἀπαιτήσων ἡμᾶς, καθὼς ἡμεῖς τὸν πλησίον εὐθύνομεν. Καὶ εἴγε μὴ ἐπαχθὲς ὑμῖν ἐναγομένοις παρ' ἡμῶν εἰς ἔννοιαν, ὧν ἀκριβῶς οἴδατε, λογίσασθε, τί μὲν αἱ κανονικαὶ διατάξεις, καὶ οἱ πατρικοὶ θεσμοὶ διατάττονται, τί δὲ ἡμεῖς ἀκανονίστως καὶ ἀθέσμως πεπόνθαμεν.

terminare propono. Sed illius profusiorem tractationem moliturum me sperans, exopto, dummodo Deus concesserit, et vita permiserit, ante auditores, qui integritatem colant, de nostra pietate, et in Græcorum nationem benevolentia, certamen inire. Propter nihilominus in duobus vel tribus testibus evangelicam dictorum fidem, vobis auditoribus in memoriam inducam, quæ statim in orationis exordio, ab eadem sententia minime discordantia collocavi: quomodo nempe magnus in rebus divinis pertractandis Basilius, res Ecclesiæ, cujus lapis angularis et colligator Christus est, disponens, eos, qui non asserebant Spiritum Deum, sed aliis vocibus id exprimebant, quæ eum aperte clara voce Deum intonabant, invicem conciliabat; necnon quomodo, cui ex theologia nomen est, Gregorius similem viam easdem partes conciliandi iniens, neque Judæorum gentem ejiciendam, si *ejuncti* vocem, loco Christi ad tempus sibi concedi postulantes, in nostrum numerum atque ordinem ascribi vellent, longiori sermone et palam prosequebatur. Hæc suprapositis addens satis superque esse pro nostra defensione opinor, si nos ex Patre per Filium sanctissimi Spiritus processionem, nihil differre a sententia, quæ illum ex utroque fatetur demonstrantes ex scripto traditis testimoniis, ad ecclesiasticæ unionis dispensationem nosmetipsos dedidimus, finem orationi imponam. Vos vero, o patriarchæ, quorum alter Alexandrinam, alter Antiochenam Ecclesiam adornatis, et quos nunc apud se Constantinopolis tenet, reducite in memoriam nos ab alio eadem ipsa lance, qua judicamus fore judicandos, et rationes a nobis reposcendas modo, quo nos in proximi gesta inquirimus. Et si non videtur odiosum, per nos vobis in mentem reduci, quæ optime per vos ipsos nostis, animo et cogitatione convertite, quid canonum constitutiones, et Patrum sancita præcipiunt; quid item nos præter canones et jura perpessi sumus.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ, ΠΩΣ ΜΕΝ ΕΝ ΔΕΥΤΕΡΩ ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ, ΕΦ ΗΠΕΡ ΑΔΙΚΙΑ ΥΠΕΣΤΗ, ΠΩΣ ΔΕ ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΣ ΕΠΙ ΠΑΡΕΞΗΓΗΣΕΣΙ ΡΗΣΕΩΝ ΤΙΝΩΝ ΓΡΑΦΙΚΩΝ.

EJUSDEM

ORATIO, PARTIM SECUNDO APOLOGETICA PRO INJUSTITIA QUA AFFECTUS EST, PARTIM ANTIRRHETICA AD PRAVAS EXPOSITIONES NONNULLARUM SCRIPTO TRADITARUM AUCTORITATUM.

α'. Τὰ μὲν οὖν ἐφ' οἷς ἀδίκως τοῦ οἰκείου ἡμεῖς ἀπηλάθημεν θρόνου ἐν τούτοις, ἐν οἷς καὶ οὐχ ὡς τὴν εὐσέβειαν προδιδόντες, οὐδ' ὡς τῶν Ῥωμαίων

1. Res itaque, pro quibus injuste nos solio pulsi sumus, hunc in modum se habuere, in quibus non uti pietatis proditores, neque uti Græ-

corum hostes, sicuti calumniatores contendunt, sed ut Græcis amicos, nullaque in parte vulnerata pietate, et meliora nostro imperio ac dominatui providentes, Romanæ Ecclesiæ pacem procurasse, ad compendium verba conferentes, narravimus. Verum cum auctoritates, quas recentiores theologi in colloquiis ad dogmata spectantibus proponunt, aliæ diversæque sint, nec concordent cum iis, quibus nostra responsione satisfecimus abunde in volumine, quod antea de hac materia scripsimus, nunc iterum peculiari sermone illis respondendum nobis esse videtur. Multos porro esse, nec me fallit, qui orationem aliter et Patrocli haud dubie obtentu, nostram in Græcos benevolentiam referri proponique a nobis existimant; quare mihi videtur parvum ad tempus de rebus dogmaticis responsione dilata, pauca quædam orationi præponere, quibus plane apertum fiet, ecclesiasticam pacem nos vere propter Græcorum benevolentiam procurasse. Quod ubi prius demonstravero, sequetur postea de plano, qui sua non destituetur demonstratione, erga pietatem noster cultus innoxius, cum oratio, uti dogmata requirunt procedens, recens natarum in theologicis dictis interpretationum examine facto, et his refutatis, proditores magis pietatis, et Græcorum hostes, qui nobis contradicunt, ostendet.

ἐχθροὶ, ὡς οἱ διαβάλλοντές φασιν, ὡς φιλορώμαιοι δέ γε, τῆς εὐσεβείας λυμαινομένης οὐδὲν, κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον πρόνοιαν τῆς ἡμῶν βασιλείας καὶ ἡγεμονίας, τὴν εἰρήνην τῆς Ῥωμαϊκῆς πραγματεύσασθαι Ἐκκλησίας, ἐπιτομώτερον διεξήλθομεν. Ἐπεὶ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐπιβολαῖς, ἃς οἱ νέοι θεολόγοι ἐπὶ τοῖς δογματικοῖς προτείνουσι λόγοις, ἄλλαις οὔσαις ὡς τὰ πολλὰ παρὰ τὰς, αἷς καὶ ἀπηντήσαμεν, πρὸς ἃς καὶ ἱκανῶς ἐν τῇ παρ' ἡμῶν λογογραφηθείσῃ βίβλῳ πρότερον διενέστημεν, λόγον ἴδιον καὶ πάλιν δοῦναι ἡμᾶς χρή. Πολλοὺς δ' αὐτὸς εἶναι οὐκ ἀγνῶ, τὸν λόγον ἄλλως καὶ Πάτροκλον ἄντικρυς πρόφασιν τὸ φιλορώμαιον ἡμᾶς οἰομένους προβάλλεσθαι, δοκεῖ μοι τέως ἐπὶ σμικρὸν τὸν ἐπὶ τοῖς δογματικοῖς ὑπερθεμένῳ λόγοις ἀπόλογον, ὀλίγα τινὰ τοῦ λόγου προανατάξασθαι, δι' ὧν ἂν ἀποδειχθείη τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἀληθῶς ἡμᾶς σπουδάσαι διὰ φιλορωμαιότητα. Τούτου γάρ μοι καὶ προαποδειχθέντος, ἀκολουθήσει λοιπὸν ὁμαλῶς δευτέρας ἀξιουμένου τῆς ἀποδείξεως τοῦ πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν ὑγιοῦς, ἐπὰν ὁ λόγος, δογματικῶς προβαίνων, τὸν ἔλεγχον τῶν νεοφανῶν ἐπὶ ταῖς θεολογικαῖς ποιοῖτο ῥήσεσιν ἐξηγήσεων, τῆς εὐσεβείας προδότας καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐχθροὺς ἀποδεδεῖχθαι μᾶλλον τοὺς ἀντιλέγοντας.

2. Ilis igitur, auditor qui in te judicium suscipis, animum advertens, ante omnia attente considera, nos ex historia, quam nemo oppugnaverit, nostræ, qua cum Græcis conjungimur, amicitiæ argumenta defensionemque suscipere. Namque vita et sermone præcelebris, et apostolorum principis cognominis Petrus, patriarchicum Antiochiæ thronum exornans, cum Michael Cerularius, sub quo Ecclesiarum schisma prorupit, Constantinopolitanum obtinebat, pro schismate indolens, et malorum omnium atrocissimum reputans, ad hunc Cerularium scribens, inter alia dicit: *Oro, obsecro, precans efflagito, et mente tuos sanctos pedes amplector, ut, de exquisito studio aliquid demittens, tua sancta beatitudo rebus ipsis sese accommodet. Timor enim est, ne dum illa scissum consuere studet, majorem scissuram efficiat, et collapsum erigere tentans, graviorem lapsum efficiat.*

β'. Πρὸς ταῦτα καὶ γοῦν ὁ δικάζων βλέπων ἀκροατὴς πρόσεχε δὴ τὰ πρῶτα ἡμῖν ἐξ ἱστορίας ἀναντιῤῥήτου ποιοῦσι τῆς ἀποδείξεως, τὴν τῆς ἡμῶν αὐτῶν ὑπεργορίαν φιλορωμαιότητος. Ὁ γὰρ ἐπιφανὴς καὶ βίῳ καὶ λόγῳ καὶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων ὁμώνυμος Πέτρος, ὁ τὸν πατριαρχικὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον κοσμῶν, ὅ τε ὁ Κηρουλάριος Μιχαὴλ, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Ἐκκλησιῶν ἀνερράγη σχίσμα ἐπὶ τὸν τῆς Κωνσταντίνου ἐδείκνυτο, ἐπὶ τῷ σχίσματι δυσχεραίνων, καὶ τῶν κακῶν αὐτὸ μέγιστον ἁπάντων ἡγούμενος, τοιάδε τινὰ, πρὸς τὸν τοιοῦτον Κηρουλάριον ἐπιστέλλων, τῆς ἐπιστολῆς ἐν μέρει φησί· *Παρακαλῶ. καὶ ἱκετεύω, καὶ δέομαι, καὶ νοερῶς τῶν σῶν ἁγίων ἐφάπτομαι ποδῶν, ἵνα τοῦ ἄγαν ἀκριβοῦς ἡ θεοειδὴς ἐνδοῦσα μακαριότης σου σ νέλθῃ τοῖς πράγμασι. Δέος γὰρ μή ποτε, ῥάψαι τὸ διερρωγὸς βουλομένη, χεῖρον τὸ σχίσμα ποιήσῃ, καὶ τὸ καταπεπτωκὸς ἀνορθῶσαι σπουδάζουσα, μείζω τὴν πτῶσιν ἐργάσηται.*

3. *Animo porro volve, annon clare hinc, et longa hac duntaxat separatione ac dissensione, et a nostra hac Ecclesia, magni hujusce et primi apostolici throni abruptione, factum est, ut omnis generis mala apud homines cumulate redundarint, universus terrarum orbis graviter laborarit, regna omnia interturbata vacillarint, ubique ejulatibus, et lacrymis, et ingentibus ærumnis, dire atque inhumane conflictata sint, peste ac fame continuis regiones et urbes excruciatæ, nulloque in loco unquam noster exercitus approsperatus sit.* Quid ad hæc igitur tu dices, quem mihi hac oratione judicem elegi? Annon satis ista

γ'. *Σκόπησον δὲ, εἰ μὴ φανερῶς ἐντεῦθεν, ἤγουν ἐκ τῆς μακρᾶς ταύτης διαστάσεως καὶ διχονοίας καὶ τοῦ τῆς καθ' ἡμῶν ἁγίας Ἐκκλησίας, τὸν μέγαν τοῦτον καὶ πρῶτον ἀποστολικὸν θρόνον ἀπορραγῆναι συνέβη, πᾶσαν ἐν τῷ βίῳ κακίαν πληθυνθῆναι, καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον ἔχειν κακῶς, καὶ ὅπως αἱ βασιλεῖαι πᾶσαι τῆς γῆς τεταραγμέναι εἰσὶ, καὶ πανταχόθεν θρῆνος, καὶ οὐαὶ πολὺ, καὶ λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ συνεχεῖς κατὰ χώραν καὶ πόλιν, καὶ οὐδαμῆ οὐδαμῶς ὡς ἐπίπαν τὰ ἡμέτερα εὐοδοῦνται στρατεύματα.* Τί οὖν πρὸς ταῦτα, ὡς σὺ φῂς, ὃν ἑαυτῷ

δικαστὴν ὁ λόγος ἐφίστησιν; Ἆρ' ἱκανῶς ἔχει ταῦτα, συστῆσαι φιλορωμαίους ἀκριβῶς εἶναι τοὺς τὴν ἕνωσιν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπισπεύδοντας, ὧν ἡ διάστασις πληθυσμὸς κακίας ἐν τῷ βίῳ ἐγεγόνει, καὶ οὐαὶ πολὺ, καὶ θρήνων παραιτία πολλῶν; Πάντως οὐδεὶς, μὴ ἀναιδῶς ἀντιβαίνειν θέλων πρὸς τὴν ἀλήθειαν, μὴ ὡς φιλορωμαίους ἡμᾶς τὴν εἰρήνην τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἐρεῖ πραγματεύσασθαι. Εἰ δὲ τοῦτο ἡμεῖς, εὐδηλον ὡς τὸ ἐναντίον ἐχθροί, καὶ μισορώμαιοι πάντες οἱ ἀντιλέγοντες, καὶ πλείονος ἔτι χρεία τοῦ λόγου λοιπὸν πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὐτῶν μισορωμαιότητος οὐδενός. Κεῖτοι γε ἅπερ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος καὶ προφητικὸς ὡς ὄντως ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐξῆρε καπνὸς, καπνὸς τοῦ μέλλοντος ἦσαν πυρὸς, ὃ τῆς ἡμῶν ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς τὸ νῦν ἄλλοτε ἄλλο μέρος ἐπιὸν σύμπαν αὐτὸ ἐπιβόσκεται. Ἔτι γὰρ τότε Συρίας ἁπάσης καὶ Μεσοποταμίας ἄρχοντες ἦμεν· ἔτι πᾶσα Ἰβηρία τοῖς ἡμῶν ὑπέκειτο αὐτοκράτορσιν· ἔτι τὰ σχοινίσματα ἡμῶν ἐς Δάνουβιν ἐκτεινόμενα Βουλγαρίαν πᾶσαν καὶ τὴν παρὰ Τριβαλλῶν οἰκουμένην ἐντὸς περιέκλειον· ἔτι Κύπρος, καὶ Κρήτη σὺν αὐτῇ Σικελίᾳ, αἱ τῶν νήσων περιφανέστεραι, Καλαβρία τε καὶ τῆς Ἰταλίας τὸ πλέον, τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν ἐδούλευον. Τί γὰρ ἂν τις Πελοποννήσους ἀπαριθμοίη, καὶ νήσους Εὐβοίας, καὶ ὅσαι τῷ Αἰγαίῳ καὶ Ἀδριατικῷ πελάγει σποράδην διαλαμβάνονται; Νῦν δὲ ὅποι τὰ ἡμέτερα συνεστάλη, αἰσχύνη καὶ ὅλως λέγειν ἐστίν.

ὃ'. Ἀλλ' οἷδα σφύζοντα πρὸς ἀντίῤῥησιν τὸν ἐν εἰδήσει τῆς εἰρημένης ὄντα ἐπιστολῆς. Τάχα γὰρ ἀντιπροσταίη ἂν ἡμῖν ὁ τοιοῦτος ἑτέρωθεν, καὶ μέρους αὐτῆς ἄλλου ἐπιδραξάμενος, ἐν ᾧ τὴν προσθηκην φαίνεται κακίζων ὁ ἐπιστέλλων, τούτου μόνου ἔσται, καὶ κατὰ θεῖον τάχα καὶ θερμότερον πίστεως ζῆλον τὴν διάστασιν τῆς ἑνώσεως ἀνθαιρεῖσθαι ἐρεῖ. Ἡμεῖς δ' ἐξ ὧν μὲν προειρήκαμεν, τῆς τε ἡμῶν αὐτῶν φιλορωμαιότητος, τῶν ἀντιδίκων τὰς ἀποδείξεις ποιησάμενοι μισορωμαιότητος, τῇ δὲ τῆς εὐσεβείας ἐνεχομένους παραστῆσαι αὐτοὺς προδοσίᾳ, ἔτι ὀφείλοντες, τὴν μὲν ὀφειλὴν ἀποδοῦναι καθυφιστάμενοι, ἐπὰν ὁ λόγος δογματικῶς, ὡς ἔφημεν, προῖὼν τὸν τῶν νεοφανῶν ἐπὶ ταῖς θεολογικαῖς ποιεῖτο ῥήσεσιν ἐξηγήσεων ἔλεγχον, ἀναρτήσομεν· τὸ δέ γε παρὸν, ἐπεὶ τῆς ἐν τῇ διειλημμέ η ἐπιστολῇ περικοπῆς ἐκείνης ἐμνήσθημεν, ἣν ποιήσαι τ' ἂν ἴσως, ὡς πρὸς αὐτοῦ τὰ μάλιστα οὖσαν, ὁ ἀντιλέγων περὶ πολλοῦ, τὸν δικαστήν σε καὶ ἀκροατὴν μὴ παρόδικῶς, ἀλλὰ καὶ πάνυ πρὸς ἀκρίβειαν ἐπιστατικῶς, τὰ ἐν τῷ μέρει τούτῳ τῆς ἐπιστολῆς ἐπιέναι ἀξιώσομεν. Καὶ ἄκουε δή. Ὡς γὰρ ὁ ῥηθεὶς Κωνσταντινουπόλεως ὅλως τῆς διαστάσεως ὤν, ἐπὶ πολλοῖς ἄλλοις αἰτιάμασιν, ὧν οὐδένα λόγον ὁ Ἀντιοχείας ποιεῖται, καὶ τὴν ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκην ἀπηριθμήσατο, *Ἔγωγε*, ὁ Ἀντιοχείας αὐταῖς φησι λέξεσιν, *ἵνα τὴν ἐμὴν φανερώσω γνώμην, εἰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ προσθήκην διωρθώσαντο, οὐδὲν ἂν ἕτερον ἐπεζήτουν, ἀδιάφορον καταλιπὼν σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ περὶ*

A probant, Græcorum amicos esse, qui Ecclesiarum unionem summo studio procurant, quarum dissidium miseriarum omnium, et lacrymarum, et ejulatuum causa fuit? Prorsus nemo, ni inverecunde veritatem oppugnat, nos non veluti Græcorum amicos, Romanæ Ecclesiæ unioni navasse operam affirmabit. Quod si nos Græcorum amore id pertractavimus, manifestum remanet, eorum, qui illi sese opponunt, acerrimum odium' in Græciam ostendi: neque pluribus opus est ad demonstrandum hoc eorum in Græciam odium, et mirandam ab eadem animi alienationem. Et nihilominus quas sanctus ille vir, et vere prophetico spiritu afflatus ærumnas ea tempestate exposuit, futuræ flammæ fumus fuere, quæ nostræ ditionis atque imperii ab B eo usque ad hoc tempus in aliam atque aliam partem irrumpens, universa depascitur. Nam tum Syria universa atque Mesopotamia in manu nostra erant: adhuc Iberia omnis nostris subjecta erat imperatoribus: adhuc ditionis nostræ termini ad Danubium extensi, Bulgariam universam, et quæ a Triballis habitabatur, regionem in sese concludebant: adhuc Cyprus, et Creta, et Sicilia ipsa, insularum celebriores, Calabria, et Italiæ potissima pars Græcorum imperio serviebant. Non est opus hic referre et Peloponnesum, et Eubœam insulam, et tot alias, quas Ægæum et Adriaticum mare sparsim præterfluit. Nunc vero uti res nostræ contractæ sunt, pudor est prorsus dicere.

C 4. Sed video jam micantem, et tantum non ad contradicendum inflammatum eum, qui hanc epistolam recte tenet. Neque is forte aliunde nobis sese opponet, et partem illius aliam, in qua videtur additionem scriptor criminari assignans, affirmabit, eo solo, et divino forte ac ardenti fidei zelo dissidium unioni præponere. Nos vero ex iis, quæ diximus de propenso nostro in Græcos studio, et adversantium in eosdem malevolentia, demonstrationibus petit is, cum præterea eosdem pietatis propriæ proditores ac desertores ostendere debeamus, debitum persolvemus, cum oratio eo devenerit, ubi de dogmate agens, recentium in rebus theologicis interpretationum dicta examinabimus. At nunc cum pericopes illius epistolæ mentionem fecerimus, quam mirum in modum suas D tutari partes adversarius contendet, te judicem et auditorem exorabimus, non in transitu et per transennam, sed accurato studio atque attento animo, quæ in hac epistolæ parte continentur, percurrere. Et jam mentem applica. Ut diximus, Constantinopolitanus cum esset divisioni addictissimus, inter alias multas criminationes, ad quas Antiochenus animum non advertit, et additionem in Symbolo factam enumerat: *Ego*, his iisdem verbis Antiochenus respondet, *ut meam sententiam exponam: si additionem in Symbolo correxerint, nihil ultra ab ipsis exquirerem, inter alia et quæstionem de azymis veluti indifferens relinquens. Et aperte ostendi, cum ad Venetiarum episcopum scriberem,*

Cœnam ante Pascha factam esse, in qua Salvator noster et Dominus Jesus Christus sacræ mystagogiæ mysterium discipulis tradidit, quo tempore azyma comedere secundum legem non erat, quod et divinam hanc beatitudinem approbasse laudo; ne totum quærentes, totum amittamus. Attente considera dictionem, qui hæc æquo animo dijudicas : *Si in sancto Symbolo factam additionem correxerint*, dixit, non vero : Si inde impietatem oblitteraverint, aut : Inde adversus Deum blasphemiam ejecerint, quod qui nunc sapientes reputantur, et pietatis zelo inflammantur contendunt ; sed : *Si additionem correxerint.* Reliquum est itaque ut prudens auditor in lenitatis pacisque spiritu consideret, quo tandem correctionis propositum illi tendebat. Ego plane eum et quod videbatur in additione delictum facili negotio neglecturum existimo, si vel pusillum pacis spiritum, in eo, ad quem litteras dabat, contineri prospexisset, idque colligo nec male ex illis, quæ ille in alia epistolæ parte verbis hisce digerit : *Bonum enim est, nos ad æquitatem propensos, et potissimum ubi neque Deus, neque fides in periculo versitur, semper ad pacem et fratrum amorem inclinari : fratres enim nostri isti sunt, et non admodum exactum discussionem verborum indagare in gentibus, quæ aliena lingua utuntur, ut a nobis requiritur, qui in dicendi arte exercitamur.* Et rursus : *In sanctissimo monasterio Studii cinguntur diaconi, rem aggressi, quæ ecclesiasticæ traditioni non consonat. Et considera, licet tu multum insudaveris, et laborem insumpseris, non potuisse te consuetudinem illam, quæ solis illis in usu est, evellere. Quod si illis, quæ in nostra manu sunt, non possumus modum imponere, quanam ratione immanem illam gentem et sublimem a propriis consuetudinibus dimovere poterimus?*

5. Ex his et aliis colligo, modum de correctione additionis, quem Antiochenus Constantinopolitano suggerit. Eorum præterea, qui ante nos schisma promoverunt, scripta curiose volutans, inde etiam colligo, me a recto non aberrare, cum similia de divino illo viro edissero, illiusque de correctione propositum non aliud quam quod dixi fuisse existimo. Invenio siquidem Theophylactum quemdam Bulgariæ archiepiscopum, dicendi quoque arte celebrem, tantummodo in Symbolo additionem reprobantem, in aliis vero omnibus scriptis et publicis colloquiis dubio procul eam permittentem, et nunquam eum simile quid reor permissurum, si pietatem in hac parte lædi sapiens ille vir opinatus fuisset. Sed recens etiam et fere hac nostra ætate factum adjiciatur. Blemmidem illum invenio, dicendi gravitate et copia magnum, cujusque sapientiam etiam quam maxime infensi in ingentem gloriam pervenisse fatebuntur, scriptum de hoc argumento ab se concinnatum direxisse ad Bulgariæ quemdam archiepiscopum electum, quamvis is

A τῶν Ἀζύμων ζήτημα, καὶ φανερῶς ἔδειξα δι' ὧν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Βενετίας ἐπέστειλα, πρὸ τοῦ Πάσχα γενέσθαι τὸ δεῖπνον, ἐν ᾧ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ τῆς θείας μυσταγωγίας τοῖς μαθηταῖς παρέδωκε μυστήριον, καθ' ὃν καιρὸν οὐκ ἦν νόμιμον ἄζυμα ἐσθίεσθαι, ὃ δὴ καὶ τὴν σὴν θεοειδῆ μακαριότητα συναινῶ καταδέξασθαι, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἐκζητήσαντες, τὸ πᾶν ἀπολέσωμεν. Σκόπει τὴν λέξιν, ὁ τοῖς παροῦσιν εὐγνώμονας ἐνδιαιτῶν· *Εἰ* τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ *Συμβόλῳ προσθήκην διωρθώσαντο*, ἔτι οὐκ εἶπεν, Εἰ τὴν ἐντεῦθεν ἀσέβειαν ἀπετρίψαντο, εἰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπεβάλοντο ἀθεΐαν, ὅπερ οἱ νῦν σοφοί, οἱ νῦν τῆς εὐσεβείας διάπυροί φασι ζηλωταί, ἀλλ', *Εἰ τὴν προσθήκην διωρθώσαντο.* Λείπεται οὖν τὸν συνε-

B τὸν ἀκροατὴν ἐν πνεύματι πραότητος καὶ εἰρήνης διασκοπεῖν, ἐπὶ τίσιν ἂν καὶ ἦν ὁ τῆς διορθώσεως τῷ εἰρηκότι σκοπός. Ὡς ἔγωγε ταχὺ ἂν ἐκεῖνον, καὶ τὴν ἐκ τῆς προσθήκης δοκοῦσαν πλημμέλειαν λογίζομαι παριδεῖν, εἴ γε μικρόν τι τοῦ τῆς εἰρήνης πνεύματος, καὶ τὸν πρὸς ὃν ἐπέστελλε μετέχοντα κατενόει, ἔχων, ὃ λογίζομαι συνορᾷν, ἐξ ὧν ἐν ἄλλῳ τῆς ἐπιστολῆς ἐκεῖνος μέρει οὕτω αὐτολεξεί φησι· *Καλὸν γὰρ πρὸς τὸ καλοθελὲς ὁρῶντας ἡμᾶς, καὶ μᾶλλον ἔνθα μὴ Θεὸς, ἢ πίστις τὸ κινδυνεύμενον, νεύειν ἀεὶ πρὸς τὸ εἰρηνικόν τε καὶ φιλάδελφον. Ἀδελφοὶ γὰρ καὶ ἡμῶν οὗτοι, καὶ μὴ τοσαύτην ἀκρίβειαν ἐπιζητεῖν ἐν ἀλλογλώσσοις ἔθνεσιν, ἣν αὐτοὶ περὶ λόγους ἀναστρεφόμενοι ἀπαιτούμεθα·* καὶ πάλιν· *Ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ μονῇ τοῦ Στουδίου ζώννυνται οἱ διάκονοι,* C *πρᾶγμα ποιοῦντες ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει ἀνακόλουθον. Καὶ ὅρα, ὅπως σὺ πάλαι σπουδάσας καὶ κοπιάσας, τὴν τοιαύτην οὐκ ἠδυνήθης ἐκκόψαι μονολόγιστον συνήθειαν. Καὶ εἰ τῶν ὑφ' ἡμᾶς τελούντων περιγενέσθαι οὐ δυνάμεθα, πῶς τὸ μέγιστον ἐκεῖνο ἔθνος, καὶ ὑψηλὸν τῶν ἰδίων ἐθίμων ἐκστῆσαι δυνησόμεθα ;*

ε'. Ἐκ δὴ τούτων καὶ τῶν τοιούτων συνορᾷν ἔχω, ὅπως τὰ περὶ τῆς διορθώσεως τῆς προσθήκης ὁ Ἀντιοχείας τῷ Κωνσταντινουπόλεως ὑπετίθετο. Προσέτι δὲ καὶ τὰς τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισυγχροτούντων τὸ σχίσμα γραφὰς πολυπραγμονῶν, κἀκεῖθεν ἔχω συνάγειν τοῦ εἰκότος μὴ ἁμαρτάνειν, τοιαῦτα περὶ D τοῦ θείου ἀνδρὸς ἐκείνου διανοούμενος, κἀπὶ τοιῷδε τὰς περὶ τῆς διορθώσεως ὑποθήκας ἐκείνου ὑπάρχειν τῷ σκοπῷ λογιζόμενος. Εὑρίσκω γὰρ Θεοφύλακτόν τινα ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας, πολὺς δὲ ἦν καὶ οὗτος ἐν λόγοις, ἐν τῷ Συμβόλῳ μόνῳ τῆς προσθήκης κακίζοντα, ἐν ἄλλαις δὲ ἁπάσαις γραφαῖς τε καὶ διαλέξεσι ἀνενδοιάστως ἐνδιδόντα αὐτήν, καὶ μὴ ἄν ποτε οὕτω πρὸς τὴν τοιαύτην ἔνδοσιν διατεθῆναι διαγινώσκω, εἴγε τὴν εὐσέβειαν τοῦτο τὸ μέρος κολοβοῦσθαι ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ᾤετο ἀνήρ. Ἐπεὶ δὲ τούτῳ νεώτερον καὶ ὅσον τῆς καθ' ἡμᾶς ἐστιν εἰπεῖν, τὸν Βλεμμίδην εὑρίσκω ἐκεῖνον, οὗ πολὺ τὸ ἐν λόγοις κλέος ἐστὶν, οὗ τὴν σοφίαν οὐδ' ὁ πάνυ ἀπεχθῶς διακείμενος μὴ ἐπὶ πολὺ προελθεῖν δόξης διαβαλεῖ, γραφήν τινα περὶ τῆς ὑποθέσεως ἐγχαράτ-

τοντα ταύτης πρός τινα Βουλγαρίας μὲν ἀρχιεπίσκοπον τῷ χρόνῳ ἀναδειχθέντα, διὰ δὲ βίου θεοφίλειαν πρὸς ὄρος τὸν Ἄθω ἀναχωρητικῶς ἑλόμενον ζῆν, οὗ καὶ αὐτοῦ τῆς ἐν λόγοις περιουσίας πολλοὶ μὲν τῶν εἰσέτι ζώντων οἱ μάρτυρες, ἀκριβὴς δὲ ἀπόδειξις, ἅπερ τῷ βίῳ μετὰ θάνατον ἐκεῖνος καταλέλοιπεν οἰκεῖα συγγράμματα· Ἰάκωβος ἡ κλῆσις ἦν τῷ ἀνδρί. Πρὸς τοῦτον ὁ Βλεμμίδης ἐπιστέλλων ἐκεῖνος, τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν διάστασιν ἀποδύρεται, τὴν κατὰ τῶν αἰτίων αὐτῆς ἐντεῦθεν παριστῶν ἑαυτοῦ ἀγανάκτησιν. Ποιῶν δὲ οὕτω, δίδωσί μοι νοεῖν μὴ ἂν ποτε τοιαῦτα πρὸς ἐκεῖνον λέγειν, καὶ γράφειν, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἤδη ἐπὶ τῇ τῶν Ἐκκλησιῶν ὀδυνώμενον διαστάσει, ὡς καὶ ἕτερός τις ἐκ τῆς τῶν γραμμάτων ἔχει συνιδεῖν περιλήψεως. Νικήτας δέ τις τὴν κλῆσιν ἐν ἰδίοις καιροῖς τοὺς ἀρχιερατικοὺς τῆς Θεσσαλῶν μητροπόλεως οἴακας ἐγκεχειρισμένος, διάλεξίν τινα συντίθεται Γραικοῦ δῆθεν καὶ Ἰταλοῦ, καὶ τὸ κράτος τῷ Ἰταλῷ ἀπονέμει, εὐφυῶς πως τὸν αὐτὴν μετιόντα ἐνάγων πρὸς τὸ ἱλαρῶς ἐπὶ τῇ ἑνώσει διατεθῆναι. Ἦσαν γὰρ, ἦσαν ὡς ἀληθῶς οὐκ ὀλίγοι τῶν πρὸ ἡμῶν ἀποδεχόμενοι μὲν τὴν ἕνωσιν ταύτην, μὴ ἐγχειρῆσαι δὲ ὅμως ἀποτολμῶντες αὐτῇ, δι' ἅπερ οἱ ἐγχειρήσαντες ἡμεῖς ταύτῃ πεπόνθαμεν. Τούτους πάντας, ἐξ ὧν εἶπον, καὶ ἐξ ὧν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασι παρεδήλωσαν, ἱλαρῶς ἐπὶ τῇ τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσει διατιθεμένους· εὑρίσκων, συνάγω μὲν ἐντεῦθεν, καὶ ἀσφαλῶς, ὡς οἶμαι, τοῦ εἰκότος μὴ ἁμαρτάνειν διανοούμενος, ἅπερ δὴ καὶ εἶπον διανοεῖσθαι περὶ τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρὸς, ἐφ' οἷς τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκεῖνος ἐπισπεύδων τὴν ἕνωσιν ἐν μέρει τῆς περὶ τούτου ἐπιστολῆς, τὸ, *Εἰ τὴν προσθήκην διωρθώσαντο*, εἴρηκε.

ς'. Διαγινώσκω δὲ καὶ αὐτοὺς τὴν ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκην ὅλως κακίζοντας, οὐχ ὅτι τὸ τῆς εὐσεβείας λυμαίνεται καθαρὸν, ἀλλ' ὅτι γε ὀνυξὶ, ὡς ἄρα καὶ γέγονε, τοῦ μεγάλου, καὶ οὐ τοῦ τυχόντος παραιτία σκανδάλου ἐγένετο. Εἰ δέ τις καὶ βαθύτερον, εἴτ' οὖν διερευνητικώτερον τὰ τοῦ πράγματος ἐθέλει διασκοπῆσαι, οὐ τὴν προσθήκην ἀρχὴν τινα ὥσπερ καὶ ῥίζαν τοῦ σκανδάλου εὑρήσει, ἄλλας δὲ καὶ ἄλλας ἐκ καιρικῶν περιπετειῶν σκανδάλων αἰτίας, ἄλλοτε ἄλλοθεν ἀναφαινομένας, καὶ τὴν προσθήκην, ὁποῖα τῆς ἔριδος τὰ ἐκτόκια, ἁπλῶς οὕτω παραρριπτομένην ἑαυτῶν ἐν μέσῳ ἐχούσας. Καὶ εἰ τοῦτο διασκοπηθὲν οὕτως ἔχον ἀναφανῇ, πόσον οὐκ ἂν τὸ πρὸς τὴν ἕνωσιν ἐπιῤῥεπὲς ἡμῶν δεφενδεύσει, καὶ εἰς τοῦτο σπουδὴν ἡμῶν ἀνεπίληπτον παραστήσει; Αὐτίκα ἡ τοῦ Ἀντιοχείας Πέτρου ἐπιστολὴ, καλεῖ γὰρ ἡμᾶς ἡ τοῦ λόγου ῥύμη καὶ πάλιν εἰς μνήμην αὐτῆς, ἀγνοεῖν ἀριδήλως ὁμολογεῖ, *ὅπως καὶ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν ἡ τοῦ πάππα ἐξεκόπη ἀναφορὰ*, πολλὰ πρότερον ἐπιμεμφομένη τῷ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως χαρτοφύλακι, ὡς ἐν τοῖς πρὸς τὸν τοιοῦτον Ἀντιοχείας γράμμασι διαλαβόντι, *ἀπὸ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου τὴν ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀναφορὰν ἐκκοπῆναι τοῦ πάππα*. Εἰ γοῦν ἡ ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκη εἰς τόσον ἦν βλασφημίας τορυφουμένη, ὅσον οἱ νῦν

A divino instinctu percitus, in monte Atho solitariam vitam agere elegisset, hujus etiam in orationibus præstantiam multi adhuc superstites contestantur. Sed nulla certior erit demonstratio quam ipsius scripta, quæ post ipsius mortem omnium manibus teruntur; nomen erat viro Jacobo. Ad hunc Blemmida scribens, et ecclesiastica dissidia deplorans, ipsius in dissidii causas indignationem exponit. Quo mihi satis innuere videtur, nunquam similia eum vel dicturum, vel scripturum fuisse, nisi etiam illum agnovisset hoc Ecclesiarum dissidium moleste ferre, ut etiam alius quispiam ex iis, quæ in litteris continentur, perspiceret. Nicetas quoque sua ætate archieratica Thessalonicensis metropoleos tenens gubernacula colloquium Græci
B Latinique concinnavit, et potiores partes Latino attribuit, apte quodammodo Græcum adducens ad unionem hilariter suscipiendam. Erant siquidem, erant et vere iique quam plurimi ante nos, qui hanc unionem amplectebantur, sed illi manus apponere non audebant, ob ea ipsa quæ nos, qui manus apposuimus, perpessi sumus. Hos omnes ex iis, quæ illi in propriis commentariis exsecuti sunt, hilari vultu, in Ecclesiarum unionem propensos fuisse inveniens colligo, et certissime, ut reor, me a recto non aberrare, et præcipue dum considero, quæ supra jam me dixi considerare de divino illo homine, quibus ille Ecclesiarum unionem studiose procurans in parte suæ epistolæ, in
C qua de ea pertractat, scripsit: *Si additionem correxerint.*

6. Certum interea scio, eosdem hos ipsos additionem in Symbolo culpæ obnoxiam facere, non quod pietatis puritatem commaculet, sed quod utcunque facta sit, gravem peperit et periculosam offensionem. Et si quis altius curiosiusque res perpendet, additionem hanc nunquam offensionis causam originemque fuisse, sed inter alias atque alias ex tempore varietatum atque eventuum offensionum causas alio atque alio tempore, et variis rerum cursibus et perturbationibus enatas, hanc
D quoque additionem, veluti simultatis abortum temere projectam, et utcunque reperiet. Quod si id quoque meditate consideratum ita se habere compertum fuerit, quare non et nostram ad unionem propensionem tuebitur, nostrumque in ea procuranda studium inculpatum ostendet? Et ne longe abeam, ipsa Petri Antiocheni epistola, sermonis siquidem impetus ejus nos memoriam recolere inducit, aperte fatetur nescire se, *quomodo et qua de causa papæ commemoratio abrogata sit*, cum antea pluribus questus esset de Constantinopolitano chartophylace, quod in litteris ad hunc Antiochenum datis asseruerit, *a sancta sexta œcumenica synodo ex sacris diptychis papæ commemorationem erasam fuisse.* Si igitur additio in Symbolo tanta impietatis nota laboraret, quanta eam hujus ævi

sapientes, et zelotæ, et veritatis studio incensi amatores notant, ipsaque esset, ut existimatur, offensionis vere pars potissima, qua ratione percelebris ille vir unquam enuntiasset, *ignorare se, quomodo, et qua de causa papæ commemoratio derasa sit* : et cum testem se sine ulla exceptione præbeat, papam ante annos quinque et quadraginta una cum aliis patriarchis inter sacra Missarum solemnia in Byzantina urbe commemoratum fuisse, quamnam probationis vim non exhibebit, asserenti, non veluti præcedentem et magnam solamque Ecclesiarum offensionem, additionem ab initio reputatam fuisse? Namque, ut vides, aperte dicentis auctoritas comprobat, sua ætate apud eos papæ commemorationem fuisse.

A σοφοί, οἱ νῦν ζηλωταί, οἱ νῦν τῆς ἀληθείας διάπυροι λέγουσιν ἐράσται, καὶ εἴπερ αὕτη τὸ κορυφαιότατον, ὡς δοκεῖ, τοῦ σκανδάλου ἦν ἀληθῶς, πῶς ἂν ὁ πολὺς ἐκεῖνος ἀνὴρ *ἀγνοεῖν* εἰρήκει ποτὲ, *ὅπως καὶ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν ἡ τοῦ πάππα ἐξεκόπη ἀναφορά*. Ὅτι δὲ μάρτυρα ἑαυτὸν δίδωσιν ἀπαράγραπτον τοῦ τὸν πάππαν ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸ χρόνων πέντε καὶ τεσσαράκοντα μετὰ τῶν ἄλλων ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ πατριαρχῶν ἀναφέρεσθαι, πόσην οὐ παρέξει τοῦτο τὴν σόστασιν τῷ λέγοντι, μὴ ὡς προηγούμενόν τι, καὶ μέγα, καὶ μόνον σκάνδαλον τῶν Ἐκκλησιῶν τὴν προσθήκην λογισθῆναι ἀρχῆθεν; Ἰδοὺ γὰρ κατὰ τὸ ταύτῃ πρόδηλον, ἡ τοῦ λέγοντος ἀξιοπιστία συνίστησιν, ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ τὴν τοῦ πάππα εἶναι ἀναφορὰν παρ' ἡμῖν.

7. Nos porro tempus examinantes, ex quo additio facta est, ad tempora Cerularii, quo et Antiochenus iste vitam celebris agebat, et dissidium, quod nunquam postea placari potuit, initium habuit, illud equidem reperire facile non est, quod non exacte teneamus imperatorem, sub quo Leo papa, nescio quas ob causas, et qua ratione additionem istam in Symbolo fieri decreverit. Verum illud a Monomachi imperio, sub quo jam dicta omnia peracta sunt, retrocedentes reperimus, a Constantis Heraclii nepotis imperio, sub quo et magnus Maximus florebat, qui quatuor centum ferme aut circiter anni numerantur, et tum veluti primum contradictionis principium de additione ætate sancti Maximi offendemus, eamque non ultra progressam, quod tantum qui Byzantii erant, papæ, qui præerat, synodalia decreta perstringerent. Offensionis vero tum obortæ causam eam esse, quod Orientales ob Monothelitarum hæresim infestarentur, idque apertissimum esse cognoscimus, et, ut quilibet alius cognoscere potest, qui non perfunctorie magni Maximi ad Marinum Cypri presbyterum epistolam percurrerit. Ex eo ad Photium ducentorum annorum spatium et multo plurium, per quod pax Ecclesiis arrisit, excurrit, qui rursus additionem calumniatur. Verum illius quoque causam non aliam plane agnoscimus, quam Photii per Romanum pontificem, res Ignatii tutantem e patriarchali sede ejectionem. Hinc enim ille, nec aliunde ingentia illa atque gravissima adversus Romanam Ecclesiam oblocutus est scripsitque. Et Photium quidem non zelo divino, sed rabie et simultate non bona peritum ad similia adactum fuisse, fusius in libro a nobis edito, et satis aperte demonstravimus. Quidquid tamen sit, neque tum obortum scandalum diuturniores moras habuit : sed idem auctor et progenuit, et radicitus exstirpavit, et magna, et tantum non œcumenica synodo correctionis veneno ad vulnus scandali medicas adhibuit manus.

B ζ' Ἡμεῖς δὲ, τὸν χρόνον διασκοπούμενοι, ἐξ οὗ ἡ προσθήκη ἄχρι καὶ εἰς τὸν τοῦ Κηρυλαρίου, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς, οὗτος ὁ Ἀντιοχείας ἤκμαζεν, ὅθεν καὶ τὸ ἀδιάλλακτον τοῦ σχίσματος ἤρξατο, τοῦτον μὲν εὑρεῖν οὐ πάνυ εὐχερὲς ἔχομεν, διὰ τὸ μὴ σαφῶς ἡμᾶς τὴν βασιλείαν εἰδέναι, ἐν ᾗ ὁ πάππας Λέων τὴν προσθήκην τοῦ Συμβόλου, οὐκ οἶδα οἷς λόγοις, καὶ οἵῳ τρόπῳ γενέσθαι ἐπέκρινε· τὸν δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Μονομάχου βασιλείας ἐν ᾧ τὰ ῥηθέντα πάντα ἐγίνετο, εὑρίσκομεν κατ' ἀναπόδισμὸν μέχρι τῆς Κώνσταντος τοῦ ἐγγόνου Ἡρακλείου ἀρχῆς, ἐφ' οὗ δὴ Κώνσταντος ὁ μέγας ἤκμαζε Μάξιμος, ὀλίγον ἢ οὐδὲν τοῦ τῶν τετρακοσίων ἀριθμοῦ ἀποδέοντα· καὶ πρώτην ὥσπερ ἀρχὴν ἀντιῤῥήσεως ἐπὶ τῇ προσθήκῃ C ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ μεγάλου Μαξίμου γεγονυῖαν εὑρίσκομεν, καὶ ταύτην εἰς οὐδὲν πλέον προεχωρηκυῖαν κατανοοῦμεν, ὅτι μὴ ἐς ὅσον μόνον τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν τοῦ τότε πάππα ἐπιλαβέσθαι συνοδικῶν. Τὴν δ' ἀφορμὴν τοῦ τότε σκανδάλου, διὰ τὸ τοῦ Ἀνατολικοὺς ἐπὶ τῇ τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσει διενοχλεῖσθαι κατὰ τὸ πάντη πρόδηλον εἶναι διαγινώσκομεν, ὡς ἔστι καὶ ἄλλον πάντα διαγνῶναι, τὸν μὴ παρέργως πρὸς Μαρῖνον πρεσβύτερον Κύπρου ἐπιστολὴν τοῦ μεγάλου μετιόντα Μαξίμου. Χρόνος δ' ἐξ ἐκείνου ἐς Φώτιον τὴν διὰ μέσου ἄγων εἰρήνην, τῆς διπλῆς ἑκατονταέτους πολύ τι μέρος ὑπερελαύνων, καὶ πάλιν τὴν προσθήκην κακίζων εὑρίσκεται Φώτιος. Καὶ τὴν δὲ πάλιν τὴν ἀφορμὴν ἐκ τοῦ τὸν Φώτιον τοῦ πατριαρχικοῦ ἀπωθεῖσθαι θρόνου παρὰ τοῦ τῆς Ῥώμης D προέδρου ἐπ' ἀντιλήψει τοῦ Ἰγνατίου εἶναι οὐκ ἀγνοοῦμεν. Ἐνταῦθεν γὰρ καὶ δι' οὐδὲν ἄλλο τὰ μεγάλα καὶ πάνδεινα κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἶπε, καὶ ἔγραψε Φώτιος. Καὶ ὅπως μὲν οὐ κατά τινα θεῖον ζῆλον, ἀλλὰ κατ' ἔριν οὐκ ἀγαθὴν εἰς τὰ τοιαῦτα Φώτιος προήχθη, πλατύτερον ἐν τῇ παρ' ἡμῶν ἐκτεθείσῃ βίβλῳ, καὶ πάνυ σαφῶς παρεστήσαμεν. Τέως δὲ οὐδὲ τὸ ἐπ' αὐτοῦ σκάνδαλον ἐπιπολὺ παρετάθη, ἀλλ' αὐτὸν καὶ γενέτορα ἔσχε, καὶ ἀναιρέτην, καὶ διὰ μεγάλης οὗτος καὶ ἀντικρὺς οἰκουμενικῆς συνόδου τῷ φαρμάκῳ τῆς διορθώσεως τὸ τοῦ σκανδάλου τραῦμα ἰάσατο.

8. Itemque a Photio ad Cerularium tempus intercurrens, et septuaginta supra et centum annos exsuperans, tranquillum et placidissima pace

η'. Καὶ πάλιν ἐξ ἐκείνου καὶ ἐς τὸν Κηρουλάριον χρόνος ὁ διὰ μέσου τὸν ἑβδομηκοστὸν σὺν τῷ ἑκατοστῷ ὑπερεκτεινόμενος, εἰρήνη βαθεῖα τὰς

ἀμφοτέρας περιεχόρευεν Ἐκκλησίας. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῦ δὴ τοῦ Κηρουλαρίου Μιχαὴλ σκάνδαλον ἐκ κοσμικῶν πραγμάτων ἔσχε τὰς ἀφορμάς, ὡς μαθεῖν ἔστι τὸν πολυπραγμονῆσαι βουλόμενον, ἅπερ ἱστόρηται διακυκήσας ὁ Ἰταλὸς Ἀργυρός. Τίς οὖν τῶν μὴ ὡς ἔτυχε ταῦτα καθιστορούντων, οὐκ ἂν ἐκ μόνου τῶν ἀριθμῶν τῶν χρόνων, ὧν διὰ μέσου κατ' ἄλλας ἀφορμὰς σκάνδαλον ἡ προσθήκη παρρησιαζομένη συνεστέλλετο πάλιν, καὶ ὑπεπόδιζε, διαγνοίη μὴ ταύτην εἶναι τὸ προηγούμενον καὶ μέγα καὶ μόνον σκάνδαλον τῶν Ἐκκλησιῶν; Διαγνοὺς δὲ ὁ τοιοῦτος ἁπλῶς οὕτω, καὶ ὡς ἐν παρέργῳ κατὰ καιροὺς εἰς ἀφορμὴν σκανδάλου προτείνεσθαι τὴν προσθήκην μεταξὺ Γραικῶν καὶ Λατίνων, καὶ παρορᾶσθαι πάλιν αὐτὴν, ὡς ἔχουσαν ἴσως μέγα βλάβος οὐδὲν, πῶς οὐκ ἂν ἱλαρώτερον διατεθείη τοῖς τὴν ἕνωσιν αὐτῶν ἐπισπεύδουσι; Τοίνυν καὶ ἡμῖν ταῦτα πάντα ἀπηριθμήθη, αὐτὸ βουλομένοις συστῆσαι, τὸ μὴ οὕτω μέγα καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ὡς τοῖς νῦν τὸ τῆς προσθήκης αἴτιαμα κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας λογίζεσθαι, ὡς ἂν ἐντεῦθεν καὶ παραστήσαιμεν μὴ οὕτω ἡμᾶς ἐκκυλισθῆναι τοῦ δέοντος, ὡς τοῖς ἀντιδικοῦσι δοκεῖ, δι' ἣν σπουδὴν ἐπὶ τῇ τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσει ἐνεδειξάμεθα.

θ'. Εἰ δέ γε μικρὸν ἡμεῖς ὑπερθέσθαι προθέμενοι τὸν ἐπὶ τοῖς δογματικοῖς ἡμῶν λόγοις ἀπόλογον, καὶ ὅσον τὸ ἡμῶν φιλορώμαιον παραστῆσαι ἐπὶ πλέον τάχα ἡ προσῆκε, τὴν ὑπερηγορίαν τὴν ταύτης ἡμῶν ἐποιησάμεθα φιλορωμαιότητος, ἅτε τὴν ὕλην εὐχερῶς ποριζομένου τοῦ λόγου, καὶ ἔτι πλείω τοῖς ῥηθεῖσιν ἐπισυνείρειν οὐκ ἀπορροῦντος, εἰ μή γε ἀναγκαιότερος ἡμῖν ἐδόκει ἀγὼν ὁ ὑπὲρ τῶν δογματικῶν ἀπόλογος συγγνώμην ἐπὶ τούτῳ αἰτοῦμεν. Τὴν μέντοι ἀνωτέρω γενομένην κἀκ τούτων πάντων συγκροτουμένην, τὴν τῶν ἀντιδικούντων ἀπόδειξιν μισορωμαιότητος, εἰς μνήμην ἄγοντές σοι καὶ πάλιν τῷ δικαστῇ τε καὶ ἀκροατῇ, ἵνα λοιπὸν ἀπάρτι, καὶ ἣν ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τῆς αὐτῶν εὐσεβείας ὑπέστημεν, προστεθῇ, γινώμεθα δὴ καὶ πρὸς τῷ ἐπηγγελμένῳ ἐλέγχῳ ὧν ἐπὶ ταῖς θεολογικαῖς οὗτοι νεοφανῶν ποιοῦνται ῥήσεων ἐξηγήσεων. Τί γάρ ἐστιν ὃ τῶν ἄλλων πάντων ὕστερον ἐφευρόντες φασί; *Τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ φασὶ, τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὕπαρξιν σημαίνειν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ διήκειν αὐτὸ ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρός.* Ἐγὼ δὲ τί ἐστι τὸ *διήκειν* τοῦτο οὐκ οἶδα, καὶ ὅθεν αὐτοῖς ἡ τοῦ *διήκειν* τούτου ἔννοια ἦκε, διαπορῶ. Καὶ πάντα λογισμὸν ἔνδον ἀνακινῶν, εἰ πῶς ἂν ἔξω, κἂν γοῦν ἀμυδρῶς τι νοῆσαι περὶ αὐτοῦ οὐδέν τι πλέον τῆς ἀπορίας ἔχων εὑρίσκομαι· πλὴν εἰ μή τινα ῥύσιν νοοῦσι θεότητος καθ' ἣν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προΐεται ἐροῦσιν. Ἀλλὰ τοῦτο τῆς τῶν λεγόντων οὐκ ἔστι συνέσεως. Συνετοὺς γὰρ εἶναι τοὺς ἄνδρας ὁμολογῶ, ἀληθῶς μέντοι ὑπὸ κακίας ἀμαυρουμένους τὴν σύνεσιν. Ὅτι δὲ ὅμως γε συνετοὶ, σφόδρα διαπορῶ, ὅθεν οἱ τοιοῦτοι ὄντες κινούμενοι τὴν λέξιν ταύτην τοῦ, *διή-*

A salutare Ecclesiis effulsit. Sed et scandalum sub Michaele Cerulario prognatum sæcularia negotia peperere, ut curiosus addiscere poterit ex iis, quæ perturbasse admodum in historia traditur Argyrus Italus. Quis igitur ex iis, qui similia mature diligenterque percurrunt, vel ex sola annorum enumeratione, per quos aliis atque aliis scandalorum causis obortis, additio hæc in publicum educta, audacterque exprobrata atque objecta, rursus comprimebatur et retrocedebat, non dijudicabit, eam non fuisse, neque præcedens, neque magnum, neque solum Ecclesiarum scandalum? Et cum plane cognoverit, temere et quasi aliud agentes ad inchoanda promovendaque scandala inter Græcos et Latinos additionem objectasse, rursusque denuo eamdem neglexisse, quasi ipsa nullam in se noxam occluderet, annon hilarius affectus eos, qui unionem affectant, amplexabitur? Hæc singula itaque a nobis commemorata sunt, ut illud comprobaretur, non ita gravem additionis accusationem erga Romanam Ecclesiam iis, qui ante nos fuere, quemadmodum iis, qui nunc vitam agunt, existimatam fuisse: illudque præterea non ita nos a recto atque decoro dimotos fuisse, ut adversariis videtur, cum studia nostra pro unione Ecclesiarum ineunda collocavimus.

9. Quodsi paululum nos de dogmatibus sermonem, et de iis responsionem differre proponentes, tantumque ut nostram in Græcam nationem benevolentiam probaremus, fusius nihilominus longiusque quam addecebat, nostræ in Græcos benevolentiæ defensionem protraximus, materiam nobis oratione suppeditante, et plura præterea dictis superaddere in promptu habente, nisi nos magis necessarium certamen ad se vocaret, de dogmatibus nempe responsio, si quid erratum in hoc est, æquo animo ignoscite. Supra porro firmatam, et his omnibus constabilitam de adversariorum in Græcos odio demonstrationem in memoriam tibi rursus judici et auditori revocantes, et nunc suo ordine quam pro eorumdem pietatis proditione noxam sustinuimus, adjiciatur, apponamus jam manus promissæ refutationi novarum interpretationum, quas illi de theologicis dictis pronuntiant. Quid enim est, quod nunc demum omnium postremum commenti sunt? *Ex Patre per Filium Spiritum sanctum procedere asserunt, non notare ex Patre per Filium existentiam Spiritus, sed per Filium pervadere ipsum ex Patre procedentem.* Ego vero, quidnam sit hoc *pervadere*, nondum novi, et undenam ipsis hujuscemodi persuasionis cogitatio in mentem advenit, nondum capio, et omnia animo circumvolvens, ut ipsius vel imbecillam sententiam assequar, nihilo minus in eadem semper dubitatione atque obscuritate circumvolvor: nisi ipsi fluxum quemdam Deitatis intelligant, secundum quem ex Patre per Filium Spiritum procedere dicunt. Verumtamen hoc asserentium prudentiæ evidenter adversatur. Fateor siquidem prudentes homines esse, licet improbitate eorumdem vera

prudentia obscuretur. Quoniam vero nihilominus prudentes sunt, diu mecum multumque suspensas habeo rationes, undenam similis sortis homines moti *pervadendi* dictionem adinvenerint, ad sanctissimi et vitæ principis Spiritus ex Patre per Filium essentialem exsistentiam destruendam, et cum multa curiosius examino, tandem anteceptam animo opinionem similium inventionum causam esse dijudico. Et quodnam aliud a recto securoque judicio unquam aberrare faciet animum, qui alias prudenter de incidentibus judicium ferre potest? Et hujus signum certissimum est, quod non apud aliquos hoc modo, apud alios vero alio, de dissidio Latinorum atque Græcorum propter res ecclesiasticas enuntiatur, sed apud omnes uno ore asseritur, eadem in lance esse, a pietate abscedere, et Latinos pietatem colere asseverare. Intervallum siquidem schismatis adeo longum vesanam hanc opinionem corroboravit, ut quidam cum de congressu atque dissidio, vel aliqua alia actione, in quibus Latinus et Græcus conveniunt, sermonem habent, sic pronuntient, Christianus quidam et Latinus hunc vel in hunc modum, hoc vel illud inter se collocuti sunt aut peregerunt.

10. Quando igitur omnes nostri animo ita præoccupati sunt, ut ad differentiam Christiani Latini nomen contra opponant, quid ibi prorsus excogitari poterit satis ad utrasque partes conciliandas? Quid vero hæc profero de iis, qui similia et dicere, et inquirere apti sunt, ubi et mulieres et pueri adhuc in gynæceis immorantes, et viri, qui nihil præter agriculturæ et vilis alicujus artificii scientia pollent, in maximo scelere ponunt, et de crimine eos accusant, qui vel hiscere audent, ad ecclesiasticam pacem comprobandum? Quod enim inter sanctos in theologicis scientissimum reperi, Gregorium, inquam, Nyssenum, de exsistentia Filii Dei, quæ ea ætate in controversia erat dicentem: *Abiit quispiam in balineum, non quomodo ex balineo Dominus suus utilitatem capiat, discere inquirit, sed an ex iis, quæ non sunt, an vero ex iis quæ sunt, Filius sit, interrogat. Abiit alius in macellum, et non quantum sit illius pretium, quod venale proponitur, indagat, sed quæstionem de iis quæ sunt, et de iis quæ non sunt cum iis, qui ibi reperiuntur, movet*; hoc etiam nunc in omnibus et per omnia fere peragi comperio, et pueri in ludis litterariis, et mulieres in convictibus inter se fusi colique gratia, necnon agricolæ cæterique alii, vilibus artificiis addicti, unum idque prius et potius habent, dijudicare et inquirere de iis, qui Spiritum ex Filio adstruunt. Quibus itaque tu, quem oratio judicem appellat et cognitorem, nos subjacere opinaris, qui a mulieribus et pueris, alioque similium homuncionum genere in examen vocamur, quod Romanæ nostram Ecclesiam conciliare conamur, et ab eo, quod par est, ne hilum quidem decedere putamus, licet illi dicant, Spiritum ex Patre et Filio procedere, nostri vero, qui res theologicas tractaverunt sancti Patres, ex Patre et Filio eum emergere, præterea effundi et exsilire, nonnullis etiam in locis, naturaliter et es-

κειν, ἐφεῦρον, εἰς ἀναίρεσιν τάχα τῆς δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς οὐσιώδους ὑπάρξεως τοῦ παναγίου καὶ ζωαρχικοῦ Πνεύματος. Πολλὰ δὲ τὸν περὶ τούτου πολυπραγμονῶν λόγον, μάλις τὸ προκατειλημμένον τῇ δόξῃ αἴτιον εἶναι τῶν τοιούτων ἐφευρημάτων διαγινώσκω. Καὶ τί γὰρ ἄλλο τῆς ἀσφαλοῦς διαγνώσεως ἀποπλανήσει ποτὲ ψυχὴν, συνετῶς διακρίνειν τὰ παρεμπίπτοντα δυναμένην; Καὶ τούτου ἐχέγγυον ἀσφαλὲς ἔχω τὸ μὴ παρὰ μὲν τοῖς οὕτω, παρὰ δὲ τοῖς οὕτω τὴν ἐπὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς λογίζεσθαι Γραικῶν καὶ Λατίνων διάστασιν, παρὰ δὲ πᾶσιν ἁπλῶς ἴσον λογίζεσθαι τῆς εὐσεβείας ἐκπεσεῖν, καὶ Λατίνους εἰπεῖν εὐσεβεῖν. Τοσοῦτον γὰρ τὸ τοῦ σχίσματος χρόνιον τὴν ἄλογον ταύτην ἐπεκράτυνε δόξαν, ὥς τινας περὶ συνελεύσεως ἢ διαστάσεως ἄλλης ἡστινοσοῦν διαθέσεως Λατίνων καὶ Γραικῶν εἰπεῖν βούλεσθαι, καὶ λέγειν ὡς Χριστιανός τις καὶ Λατῖνος οὕτως, ἢ τόδε ἢ τόδε πρὸς ἀλλήλους εἶπον, ἢ διεπράξαντο.

ι'. Ὅπου γοῦν ἐς τοσοῦτον πάντως τῶν ἡμετέρων προκατελήφθησαν, ὡς εἰς διαστολὴν Χριστιανοῦ τὸ τοῦ Λατίνου λογίζεσθαι ὄνομα, τί ἂν ὅλως ἐκεῖ λογισθείη πρὸς καταλλαγὴν τῶν ἀμφοτέρων μερῶν ἱκανόν; Καὶ τί λέγω περὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ζητεῖν ἀξίων, ὅπου καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, ἔτι περὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἀναστρεφόμενοι, καὶ ἄνδρες τῶν ὅλως οὐδὲν γεωργικοῦ ἢ ἄλλου τινὸς βαναύσου βίου πλέον εἰδότων μεγάλου ἐγκλήματος κρίνουσι, τοὺς μικρὸν γοῦν τι τολμῶντας ὑπογρύξαι πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης συναίνεσιν; Ὅπερ γὰρ τὸν ἐν ἁγίοις θεολογικώτατον εὗρον, τὸν Νυσσης λέγω Γρηγόριον, περὶ τῆς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ λογοποιουμένου ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντα· οὕτος γὰρ, *Ἀπῆλθέ τις ἐς βαλανεῖον*, φησὶ, *καὶ οὐχ ὅπως ἕξει θεραπείαν ὁ Κύριος αὐτοῦ ἐκ τοῦ βαλανέως μαθεῖν ἀπαιτεῖ, ἀλλ' εἰ ἐξ ὄντων ἢ ἐξ οὐκ ὄντων ὁ Υἱος, ἐρωτᾷ. Καὶ ἀπῆλθέ τις ἐς τὴν μακέλλην, καὶ οὐχὶ πόσον τιμᾶται τὸ ἐπ' αὐτῆς προτιθέμενον ὤνιον, λογοπραγεῖ, ἀλλὰ τὸ ἐξ ὄντων καὶ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ζήτησιν μετὰ τῶν ἐκεῖ εὑρισκομένων προτίθεται*· τοῦτο καὶ νῦν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων σχεδὸν εὑρίσκω γινόμενον, καὶ παῖδες μὲν ἐς διδασκαλεῖα, γυναῖκες δὲ ἐν αἷς ποιοῦνται συνδιαγωγαῖς μετ' ἀλλήλων ἡλακάτης ἕνεκα καὶ ἀτράκτου, ἔτι δὲ γεωργοὶ καὶ ἄλλο πᾶν ὁτιοῦν μετιόντες βάναυσον ἐπιτήδευμα, ἓν οὗτοι πάντες τῶν μετὰ χεῖρας τίθενται προὐργιαίτερον τὸ ἀνακρίνειν καὶ πολυπραγμονεῖν περὶ τῶν ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι λεγόντων. Τί οὖν σὺ, ὃν ὁ παρὼν ἐμὸς λόγος εἰς δικαστὴν προκαλεῖται, καὶ διαγνώμονα, πάσχειν ἡμᾶς οἴει, ὑπὸ γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ ἄλλων τοιούτων ἀνακρινομένους ἀνθρωπαρίων, ἐφ' οἷς ἡμεῖς τῇ Ῥωμαϊκῇ τὴν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίαν ὑπετιθέμεθα σπένδεσθαι, καὶ τοῦ εἰκότος μηδὲν οἴεσθαι διαμαρτάνειν, διὰ ἐκείνους μὲν λέγειν, τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, τοὺς δὲ παρ' ἡμῖν θεολογικοὺς πάντας ἁγίους ἐκ Πατρὸς καὶ

Υἱοῦ προϊέναι αὐτὸ, ἔτι δὲ πρυχεῖσθαι, καὶ πηγάζειν, ἔστι δὲ οὗ φυσικῶς, καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχειν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ; Πόθεν μοι λόγων ἀναστομωθήσονται φλέβες, ὡς ἂν ἱκανῶς; τὰ τοιουτοτρόπως προστριβόμενά μοι σκώμματα διηγήσωμαι; Κατὰ γὰρ τὸν Δαυὶδ εἰπεῖν, *Οἱ καθήμενοι ἐν πύλαις κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν, καὶ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες οἶνον*· ἀλλ' ἡμεῖς μὲν Θεοῦ συναιρομένου ἠνέγκαμεν ταῦτα, μανίαν δήμων ὑπέστημεν, θυμοῦ κοσμικῶν ἀρχόντων ἔργον γεγόναμεν, βάρος ἀδίκου ἀποφάσεως ἐβαστάσαμεν. A

ια'. Σὺ δ' ἐπὶ Θεῷ τῆς ἀληθείας; ἐφόρῳ καὶ μάρτυρι δίκασον ἀῤῥεπῶς, εἰ δίκαια ταῦτα, εἰ ἀληθῶς, καὶ ὡς ἔδει, πεπόνθαμεν, ἄνθρωποι, μηδὲν μὲν ἐφ' οἷς ἡ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησία ἐνασμενίζει ἔθεσι νεοχμοῦντες, τὴν εὐσέβειάν τε συντηρεῖν ἀπὸ τῶν θείων B ἀποδεικνύοντες Γραφῶν, τὴν δὲ μετὰ τοῦ μεγαλοδυνάμου τῶν Λατίνων ἐθνους εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν, διὰ μεγάλην τῆς ἡμῶν ἀρχῆς καὶ βασιλείας ὠφέλειαν συνεργοῦντες. Δίκασον μὲν οὖν, ὡς ἄρα καὶ βούλει, σὺ ἐπὶ τούτοις. Ἐγὼ δὲ καὶ τῶν νέων θεολόγων ἐπιβολὰς, ἃς τῶν ἄλλων τάχα ἰσχυροτέρας ἐκ νέου ἐφεῦρον, ἐπεξεργασαίμην ἄν, ὡς καὶ προσεθέμην. *Τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ φασι τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὕπαρξιν σημαίνειν τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' οὕτω λέγεσθαι τοῦτο, ὅτι ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα διήκει.* Καὶ εἰ μέν τι ἄλλο πρὸς σαφήνειαν τῆς *διήκειν* λέξεως ἔχουσι λέγειν, αὐτοὶ λεγόντων, καὶ εἰς οἰκείαν προτεινόντων δεφένδευσιν· εἰ δὲ ἀφ' C ἡμῶν μαθεῖν βούλονται, ὅπως ἡμεῖς τὴν λέξιν ταύτην καταδεχόμεθα δέξασθαι τῶν ἄλλων γραφικῶν ῥήσεων ἐπαξίως, ὅσαι τὴν δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς τοῦ παναγίου δηλοῦσι Πνεύματος ὕπαρξιν ἡμῶν λεγόντων, ἀκουόντων αὐτοὶ, ὡς ὀπηνίκα ἡμεῖς τὸν ἅγιον Κύριλλον ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Θησαυρῶν, *ἐν τῷ Υἱῷ φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς διῆκον παρὰ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα* θεολογοῦντα εὑρίσκομεν, οὐδὲν ἄλλο συνορᾷν ἔχομεν, ἢ ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς, πρὸς ὃν πάντα τὰ ἑαυτοῦ ἀναφέρει ὁ Υἱὸς, τὸ Πνεῦμα ἔχων ἐστί. Καὶ ὅταν τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐν τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων ἐνευγχανωμεν λέγοντι ὡς *Ἡ φυσικὴ ἀγαθότης, καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς, καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διήκει*, οὐδὲν ἄλλο νοοῦμεν, ἢ ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς, πρὸς ὃν πάντα τὰ τοῦ Πνεύματος ἀναφέρεται, ταῦτα πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔχει τὸ ἅγιον, ὥσπερ καὶ τὴν φυσικὴν καὶ οὐσιώδη ἑαυτοῦ ὕπαρξιν. Εἰ μὴ γὰρ τὴν τοιαύτην διὰ τοῦ Υἱοῦ ὕπαρξιν εἶχεν, οὐκ ἂν διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ταῦτα ἔχειν ἐλέγετο. D

ιβ'. Καὶ τί τοσαῦτα περὶ τοῦ *διήκειν* φαμὲν, ἐνὸν διὰ πολλῶν ἄλλων ῥήσεων γραφικῶν ἁπάντητα παραστῆσαι μηδὲν ἄλλο ἢ τὴν δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς τοῦ παναγίου Πνεύματος ὕπαρξιν τὴν δι' Υἱοῦ σημαίνειν ἐκπόρευσιν; Ὁ γὰρ θεῖος καὶ μέγας ἀλη-

sentialiter, ex Patre et Filio? Undenam mihi sermonum venæ aperientur, ut dicteria, quæ in me simili modo jaciuntur, narrare queam? ut cum Davide eloquar, *Qui sedebant in portis contra me garriebant, et in me canebant bibentes vinum*[1]; sed nos auxiliante Domino omnia toleravimus, populorum rabiem sustinuimus, sæcularium principum iracundiæ negotium ac studium facti sumus, injusti decreti pondus portavimus.

11. Tu porro ante Deum veritatis præsidem et testem judica, neutram in partem inclinans, an juste hæc, vere et ut addecebat passi sumus nos, qui nihil in iis, quas nostra Ecclesia amplectitur consuetudines, innovamus, et pietatem divinarum Scripturarum testimoniis demonstramus, pacem vero et concordiam cum Latinorum gente præpotente ob magna nostri dominatus atque imperii commoda procuramus. Judicium itaque tu, ut allubescit, de hisce ferto. Ego autem novorum theologorum aggressiones et conatus, quos cæteris validiores ab ipsa juventute adnotavi, sicuti mihi proposui, expediam. *Ex Patre per Filium Spiritum procedere* inquiunt *non notare ex Patre per Filium Spiritus exsistentiam, sed ita dici, quod ex Patre per Filium Spiritus pervadit.* Quod si quid aliud habent ad dictionis *pervadendi* majorem explanationem, in conspectum ac lucem ipsi proferant, et in propriam defensionem proponant. Quod si a nobis discere cupiunt, ut nos dictionem illam, et quo significatu accipimus, ab aliis scripto traditis dictionibus non alieno, quæ per Filium ex Patre sanctissimi Spiritus exsistentiam astruunt, nos audiant, cum apud sanctum Cyrillum in Thesauris, *in Filio naturaliter et essentialiter pervadere ex Patre Spiritum*, traditum comperimus, nihil aliud intelligere, nisi non ex seipso, sed ex Patre, ad quem omnia sua refert Filius, Spiritum habere: et cum nobis magnus Basilius in decimo octavo ad Amphilochium capite occurrit, dicens: *Naturalis bonitas et quæ secundum naturam est, sanctificatio et regia dignitas ex Patre per Unigenitum ad Spiritum pervadit*, tantummodo comprehendere, non a seipso, sed ex Patre, ad quem omnia Spiritus referuntur, ea omnia per Filium possidere Spiritum sanctum, quemadmodum naturalem et essentialem suam exsistentiam. Nisi enim similem per Filium exsistentiam haberet, nunquam illa per Filium habere diceretur.

12. Et quid tot de dictione *pervadendi* aggerimus, cum liceat multis aliis scripto traditis testimoniis absque ulla contradictione probare, nihil aliud per Filium ex Patre sanctissimi Spiritus exsistentiam notare, quam processionem per Filium?

[1] Psal. LXVIII, 13.

Divinus siquidem et vere magnus Athanasius scribit, *Haud poterat in Trinitatis gloria Spiritus glorificari, nisi processione esset ex Patre per Filium, sed ex Deo factus, ut inquiunt.* Annon qui hæc cognoscis auctor, quæ sunt exsistentiæ Spiritus hic decernit, ei quam Ariani ex creatione referebant generationem, ipse in processionem Deo adderentem adduxit, aut etiam quod ab his *pervadere* dicitur manifestat? Sanctus Cyrillus: *Sanctum vero Spiritum nuncupabis, qui ex Deo Patre per Filium effunditur naturaliter, et veluti in similitudine ex oribus spirationis propriam nobis exsistentiam denotat.* Estne reliquum quidpiam in dictæ exsistentiæ significationem? Nyssenus item: *Hoc quidem est immediate ex primo, hoc vero per id, quod contiguum et immediatum est ex primo*, diversumne hic modum exsistentiæ utriusque causati, an aliud quid præter hunc innuit? Prorsus nullum. Et illud, *Quod contigue et immediate ex primo*, loco illius *pervadere* assumens. Et si illud, *Quod contigue ex primo est*, de illius exsistentia dicitur, plane et quod illi respondet *vero* exsistentia, et non illud quod ab ipsis enuntiatur, *pervadere* significat. Cum vero divinus Damascenus *productorem omnia manifestantis Spiritus per Verbum Patrem* vocat, productio ista per Filium estne naturalis et essentialis Spiritus exsistentia, an memoratissimum hoc eorum *pervadere?* Quid enim differt productorem aut causam Spiritus per Verbum Patrem asserere? Prorsus qui veritatem in honore habet, nihil ipsa differre enuntiabit. Et si per Filium ex Patre exsistentia sanctissimi Spiritus non esset, quando fons Spiritus Filius dictus fuisset?

13. Verumtamen dicet, Si probe cui cognomentum ex theologia est, in imaginem divinæ Trinitatis exemplum ex sole desumpsit, haud fas est dicere, ex Patre exsistentiam per Filium Spiritum sanctum habere, cum neque per radium lumen exsiliens, ex sole exsistentiam habeat. De his itaque quid opinabitur quispiam quam suæ opinionis amantem, et plane vesanam contentionem esse? Neque enim mihi suadeo, eos veritatis ignaros, sed multitudini præconceptæ opinioni deditæ adulantes, ad similia deferri. Quis etenim, si mente intellectuque polleat, per radium productionem luminis, non illius per radium exsistentiam affirmabit? Nam si per radium ex sole luminis exsistentia non esset, nunquam radii lumen, lumen ipsum diceretur: at nunc et lumen radii, et ex radio, lumen dicimus; et hoc non aliunde quam quod per illum sui exsistentiam habet. Vel undenam, dicito mihi, duo causata, duo scilicet radii ex uno sole sunt: pari modo duo causata ex eodem sole, radius et lumen, et de duobus radiis dici nequit, radii, aut per radium, aut ex radio ipsorum alterum, quod de radio et lumine, lumen radii, et per ipsum et ex ipso asscritur? Ego porro existimo, quicunque sal in pectore habet, cum absque ulla

A θῶς Ἀθανάσιος ἐν οἷς φησιν, Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ Πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσιν. Ἀρ' οὖν, διαγνῶμον ἀκροατὰ, τὰ περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως θεολογεῖ, ἣν Ἀρειανοὶ μὲν εἰς τὴν ἐκ ποιήσεως ἀνέφερον γένεσιν, αὐτὸς δὲ εἰς πρόοδον ἀνῆγε θεῷ πρέπουσαν, ἢ τὸ παρ' αὐτῶν λεγόμενον διήκειν ἐν τούτοις δηλοῖ; Ὁ ἅγιος Κύριλλος, ἐν οἷς λέγει, Ἅγιον δὲ Πνεῦμα προσερεῖς, τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τῶν στομάτων διαπνοῆς τὴν ἰδίαν ἡμῖν κατασημαῖνον ὕπαρξιν, ἀφῆσί τι λεῖπον ἕτερον εἰς τὴν τῆς εἰρημένης ὑπάρξεως δήλωσιν; Ὁ

B Νύσσης ἐν οἷς φησι· Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸν διάφορον τῆς τῶν ἑκατέρων αἰτιατῶν ὑπάρξεως τρόπον, ἢ ἄλλο τι παρὰ τοῦτον σημαίνει; Πάντως γὰρ οὐχί. Καὶ τὸ, Τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, εἰς τὸ διήκειν ἐκλήψονται· εἰ δὲ τὸ, Τὸ μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, περὶ τῆς αὐτοῦ ὑπάρξεως εἴρηται, καὶ ὁ πρὸς τὸν μὲν ἀποδιδόμενος δὲ ὑπάρξεως, καὶ οὐ τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου διήκειν, σημαντικός ἐστιν. Ὅταν δὲ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς προβολέα τοῦ ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Λόγου τὸν Πατέρα καλεῖ, ἡ προβολὴ αὕτη ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ φυσικὴ καὶ οὐσιώδης τοῦ παναγίου

C Πνεύματος ὕπαρξις, ἢ τὸ πολυθρύλλητον διήκειν ἐστί; Τί γὰρ διαφέρει προβολέα ἢ αἴτιον τοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Λόγου τὸν Πατέρα εἰπεῖν; Πάντως ὁ τιμᾷν τὴν ἀλήθειαν εἰδὼς διαφέρειν ἐρεῖ ταῦτα μηδέν. Καὶ εἰ μὴ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἡ ἐκ Πατρὸς ὕπαρξις τοῦ παναγίου Πνεύματος ἦν, πότε ἂν πηγὴ τοῦ Πνεύματο, ἐρρέθη ὁ Υἱός;

ιγ'. Ἀλλ' εἰ καλῶς, φησὶν, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος εἰς τὴν τῆς θείας Τριάδος εἰκόνα τὸ κατὰ τὸν ἥλιον παράδειγμα ἐξελάβετο, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, δι' Υἱοῦ τὴν ἐκ Πατρὸς ὕπαρξιν τὸ Πνεῦμα ἔχειν τὸ ἅγιον, ἐπεὶ μηδὲ τὸ διὰ τῆς ἀκτῖνος προϊὸν φῶς ἐξ ἡλίου δι' αὐτῆς τὴν ἐκεῖθεν ὕπαρξιν ἔχει. Τί γοῦν ἄλλο πρὸς ταῦτα ἔστιν οἰήσασθαι ἢ ἐθελογνώμονα τῶν ταῦτα λεγόντων καὶ παράλογον πεισμονήν; Οὐ

D γὰρ ἀγνοεῖν τὸ ἀληθὲς αὐτοὺς πείθομαι, τοῖς δὲ τὸ προκατειλημμένον τῇ δόξῃ πάσχουσι πλήθεσι χαριζομένους, πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐκφέρεσθαι. Τίς γὰρ φρένας ἔχων καὶ νοῦν τὴν διὰ τῆς ἀκτῖνος πρόοδον τοῦ φωτὸς μὴ τὴν δι' αὐτῆς ὕπαρξιν αὐτοῦ εἶναι ἐρεῖ; Εἰ γὰρ μὴ διὰ τῆς ἀκτῖνος ἡ ἐξ ἡλίου τοῦ φωτὸς ὕπαρξις ἦν, οὐκ ἄν ποτε τῆς ἀκτῖνος φῶς ἐρρέθη τὸ φῶς· νῦν δὲ καὶ φῶς ἀκτῖνος, καὶ ἐκ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς λέγομεν· καὶ τοῦτο οὐκ ἄλλοθεν ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ τὴν ὕπαρξιν δι' αὐτῆς ἔχειν αὐτό. Ἢ πόθεν, εἰπέ μοι, δύο αἰτιατὰ ἐξ ἑνὸς ἡλίου αἱ δύο ἀκτῖνές εἰσιν· ὡσαύτως δὲ δύο αἰτιατὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἡλίου, ἀκτίς τε καὶ φῶς, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν δύο ἀκτίνων λέγειν οὐκ ἔστι τῆς ἀκτῖνος, ἢ διὰ τῆς ἀκτῖνος, ἢ ἐκ τῆς ἀκτῖνος τὴν ἑτέραν αὐτῶν, ἐπὶ δὲ τῆς ἀκτῖνος καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φῶς τῆς ἀκτῖνός, καὶ δι' αὐτῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς λέγεται; Ἔγωγε οἶμαι πάντα τὸν, ὡς εἴρηται, νοῦν ἔχοντα συνθέσθαι

ἀναντιῤῥήτως δι' ἄλλο μηδὲν ἀλλ' ἢ διὰ τὸ τὴν ὕπαρξιν διὰ τῆς ἀκτῖνος ἔχειν τὸ φῶς. Ὅθεν καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν καὶ πηγὴν φωτὸς τὴν ἀκτῖνα εἰπεῖν. Ἔτι δὲ πόθεν, εἰπέ μοι, ἐπὶ μὲν τῶν δύο αἰτιατῶν ἀκτίνων ἔστι, τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας ἐπινοῆσαι χωρὶς, ἐν τῷ ἅμα προϊέναι αὐτὰς, ἐπὶ δὲ τῶν δύο τούτων αἰτιατῶν τῆς ἀκτῖνος καὶ τοῦ φωτὸς οὐκ ἔστι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἐπινοῆσαι χωρίς; Πάντως καὶ τοῦτο οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῶν μὲν ἀκτίνων μηδεμίαν τῆς ἑτέρας χρῄζειν πρὸς ὕπαρξιν, τὸ δὲ φῶς κατὰ πᾶσαν τὴν ἀνάγκην τῆς ἀκτῖνος εἰς τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν χρῄζειν. Ἄνελε γὰρ ἀκτῖνα, καὶ φῶς ἡλιακὸν οὐκ ἔσται. Ἀλλ' οὐδέ τι τῶν ὅσα φωτοβόλα εἰσὶν ἄνευ τῆς αὐτῷ φυσικῶς προσούσης ἀκτῖνος, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων, καὶ ἐπ' ἀνθράκων ἔστιν εἰδεῖν, τὸ οἰκεῖον ἀφίησι φῶς. Τὸ γοῦν οὗ χωρὶς τόδε εἶναι οὐ δύναται, πῶς οὐκ εἰς τὴν τοῦδε ὕπαρξιν ἐν τῇ δι' Υἱοῦ φωνῇ ἐκληφθήσεται;

A contradictione, sed sua assensione atque approbatione dicturum, non ob aliam causam, quam quod per radium exsistentiam lumen habet. Hinc est quod nihil impediat, et fontem luminis radium asserere. Præterea responde sodes: Undenam in duobus causatis radiis nec difficulter unum absque altero intelligimus, dum una simul prodeunt; in aliis vero duabus causatis radio et lumine unum absque alio intelligi minime potest? Hoc prorsus non aliunde est, quam quod nullus ex radiis alius ope indiget ad sui exsistentiam. At lumen necessario ad sui exsistentiam lumine indiget. Demito enim radium, et lumen solare nullum erit. Sol nec reliqua etiam quæ lumen ejaculantur, sine naturali ipsis insito radio, ut in aliis stellis, et carbonibus observare licet, proprium lumen emittunt. Illud itaque absque quo hoc esse nequit, quonam ratione in illius existentia, cum per Filium dicitur, non assumetur?

ιδ'. Καὶ ἡμεῖς μὲν ἔχομεν ἃ λέγομεν, κἀξ ἑτέρων γραφικῶν συστῆσαι παραδειγμάτων· ἐπεὶ δὲ αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι τὸ ἀξιοπιστότερον ἐπάγονται πανταχοῦ, τί ἂν ἐροῦσι, φαμὲν, ὅταν τὸν ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν Ἰταλῶν ἀντιῤῥήσει τὴν τῆς παρ' αὐτῷ ὀνοματοθέτῃ ἱερᾶς Ὁπλοθήκης ὀνομασθείσης συγγραψάμενον βίβλον, τὸν Καματηρὸν λέγω ἐκεῖνον, εὑρίσκουσιν ἐν τῇ ἐπιστασίᾳ τοῦ λέγοντος ῥητοῦ, *Ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς*· οὕτως αὐτολεξεὶ λέγοντα, *Σημείωσαι κἀνταῦθα τὴν φυσικὴν τοῦ Πνεύματος πρόχυσιν, ἐκ τοῦ Πατρὸς δογματιζομένην διὰ τοῦ Υἱοῦ, οὐ μὴν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ;* Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστασίᾳ, τὸ *διὰ τοῦ Υἱοῦ* λεγόμενον, καὶ τὸ, *Μεγάλη δὲ πάντως ἡ τοῦ ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸ δι' αὐτοῦ διαφορὰ*, προσεπάγοντα, ἄνθρωπε ὅστις ἂν ᾖς, ὁ τὸ *διήκειν* τοῦτο οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπινοησάμενος, τὸν τοιάνδε καὶ τοσήνδε βίβλον κατὰ τῶν Ἰταλῶν συγγραψάμενον, λόγιον μὲν ἄνδρα, καὶ σοφὸν ἀληθῶς, ἐθελοκακοῦντα δὲ ὅμως, τὴν δι' Υἱοῦ εὑρίσκεις δεχόμενον ὕπαρξιν, καὶ σὺ πρὸς φορὰν οὕτω δυσχεραίνεις ἀλήθειαν;

B

14. Nos etiam dicta nostra ex aliis scripto traditis exemplis comprobare possumus. Quando vero ex adversariis petita testimonia majorem fidem rebus in omnibus merentur, quid inquient, cum eum, qui Italis contradicens volumen concinnavit, et sacrum Armamentarium nuncupavit, Camaterum, inquam, in animadversione dicti illius asserentis, *ex Patre per Filium Spiritum effundi naturaliter*, his iisdem verbis disserentem audiunt: *Nota etiam in hoc loco naturalem Spiritus effusionem ex Patre per Filium decretam, non autem ex Filio?* Rursumque in alia animadversione, *Per Filium effunditur*, quibus postmodum subdit: *Magnum est discrimen inter hæc duo, ex ipso, et per ipsum?* Mi homo, quisquis fueris, hoc *pervadere* nescio qua ratione commentus, qui simile tantumque volumen adversus Italos scripsit, eruditum equidem virum verequeque sapientem, licet erga Latinos iniquo animo fuerit, per Filium exsistentiam amplectentem conspicis, et nihilominus tu tantam veritatis lucem non sustines?

C

ιε'. Εἰ δέ σοι δοκεῖ ἀντειπεῖν ἡμῖν ἐπὶ τούτοις, Διὰ τί καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀκολουθοῦμεν αὐτῷ, ἐφ' οἷς πρὸς τὴν ἐξ ἀντιλέγει; ἀκούσεις, Διὰ τὸ καὶ αὐτὸν προδήλως ὁμολογεῖν ὡς τὴν ἐξ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ οἱ ἅγιοι πάντες ἀντὶ τῆς *διὰ* ἐκλαμβάνονται. Εἰ γὰρ ἡ ἐξ ἀντὶ τῆς *διὰ*, τὸ κωλύον πάντως οὐδὲν καὶ ἀντὶ τῆς ἐξ ἐκλαμβάνεσθαι τὴν *διά*. Τὴν γὰρ τῶν τοιούτων προθέσεων ἀντιπεριχώρησιν καὶ ὁ μέγας ἡμῖν συστήσει Βασίλειος, ἐν οἷς ταύτας πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστασθαι σαφῶς ἐκδιδάσκει. Πρὸς δὲ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν οἷς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἀντὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκδεχόμενος τὸ *δι' οὗ*, *διαφορεῖν ἔσθ' ὅτε περὶ τὰς λέξεις τὴν θείαν* λέγει *Γραφὴν, μηδὲν ἀδικοῦσαν τὸ ὑποκείμενον*. Ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰρημένον ἐν ἄλλοις, τὸ *πάντα δι' ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ ἐνεργεῖσθαι καὶ κατορθοῦσθαι*· καὶ πάλιν τὸ ἐν ἄλλοις, τὸ *τὴν ζωὴν δι' ἀμφοῖν εἰς ἡμᾶς ἐν ἴσῳ ἰέναι τοῦ Πατρὸς δη-*

D

15. Quod si nobis objicias, Quare non et ipsi eumdem sequimur, cum *ex* præpositionem oppugnat? audies, Quoniam et ipse aperte fatetur, præpositionem *ex* de Filio sanctos omnes loco illius *per* accipere. Quod si *ex* loco illius *per* accipitur, nihil erit impedimento, quin loco illius *ex*, *per* desumatur. Harum siquidem præpositionum mutuam unius pro altera acceptationem magnus Basilius comprobabit, cum aperte doceat ad mutua significata denotanda unam pro alia sumi. Ad hæc sanctus Cyrillus loca, quæ de Patre pronuntiant *per quem*, quod de Filio dicitur amplectens, *indifferenter*, ait, *plerumque dictionibus abusionis modo uti divinam Scripturam, nullam vim inferentem subjecto*. Sed et quod locis in aliis ab eodem sancto Cyrillo reperitur, *omnia per utrumque æquaratione absolvi et effici*; et alibi rursus: *vitam per utrumque ad nos pari modo provenire, Patrem scilicet et Filium*, secure admodum stabiliunt loco-

illius *ex*, *per* desumi. Namque *ex utroque* ambo jam proposita dicta quod ipse insinuat *per utrumque* plane denotant. Præterea theologiæ cognominis dictam permutationem ad ea, quæ præpositiones istæ significant, comprobat, dicens : *Idem vere mihi et de voce Deus et Dominus sermo est ; necnon præpositionibus ex quo, per quem, et in quo, ad quarum artificiosam rationem deitatem nobis exigis, hanc quidem Patri tribuens, alteram Filio, tertiam Spiritui sancto. Quid enim tu fecisses, si firme una uni attribueretur, cum omnes de singulis dicantur, ut curiosis planum est ? tu per has et dignitatis et naturæ inæqualitatem introducis ?*

A λογότι καὶ τοῦ Υἱοῦ, βεβαίως πάνυ τοι συνιστῶσι τὸ ἀντὶ τῆς ἐξ ἐκλαμβάνεσθαι τὴν διά. Τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἄμφω τὰ εἰρημένα δι' ἀμφοῖν ἐνταῦθα δηλοῦσι σαφῶς. Ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος τὴν ῥηθεῖσαν ἀντιμετάστασιν πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα τῶν προθέσεων τούτων συστήσει ἐν οἷς λέγει· Ὁ δὲ αὐτός μοι καὶ περὶ τῆς Θεὸς φωνῆς καὶ Κύριος λόγος. Ἔτι δὲ τῶν προθέσεων τῆς ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, οἷς σὺ κατατεχνολογεῖς ἡμῖν τὸ Θεῖον, τὴν μὲν τῷ Πατρὶ διδοὺς, τὴν δὲ τῷ Υἱῷ, τὴν δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Τί γὰρ ἂν ἐποίησας, παγίως ἑκάστου τούτων ἑκάστῳ κεκεημένου, ὁπότε πάντων πᾶσι συντεταγμένων, ὡς δῆλον τοῖς φιλοπόνοις, τοσαύτην σὺ διὰ τούτων εἰσάγεις καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῆς φύσεως ἀνισότητα ;

16. Sed euge, cum opportune hujusce magni B dictum in memoriam adduximus. Namque orationis impetum hoc præpedit, et aperta dicendi libertate nos eloqui persuadet adversus eos, qui nos impietatis crimine infamant. O judicia, et leges, et quæ ex hominibus abiisti veritas ! Cavete ne vos tandem potius damnatæ alicujus hæresis in Ecclesia assertores sitis. Etenim si pessimus Aetius condemnatus est, quod astruere conabatur, quæ diverso modo enuntiantur, diversa quoque esse natura : ideoque colligebat, alterius esse naturæ Patrem, propterea quod de eo *ex* enuntiabatur, et alterius Filium, cui *per* attribuitur : hinc diviniloquus Pater noster *ex* et *per* æquales vires habere comprobare nititur ; et magnus Basilius multos in hoc asserendo sermones impendit, quid aliud exspectare possumus, cum diverso modo de Filio *per* dici contenditur, eaque dividitur a simili significatu præpositionis *ex*, quam oblitteratam jam hæresim rursum vivam facere ? Sed hæc quidem per excursum, ut innuimus, dicta sint.

ις'. Ἀλλ' εὖγε ἧς κατὰ καιρὸν τοῦ μεγάλου τούτου Πατρὸς ἐμνήσθημεν ῥήσεως. Τὴν γὰρ τοῦ λόγου ῥύμην ἴστησιν ἡμῖν αὕτη, καὶ μετὰ λαμπρᾶς τῆς παῤῥησίας λέγειν ἡμᾶς πείθει πρὸς τοὺς βλασφημίαν ἐγκαλοῦντας ἡμῖν. Ὦ δίκαι, καὶ νόμοι, καὶ ἡ ἐξ ἀνθρώπων οἰχομένη ἀλήθεια ! Ὁρᾶτε μήποτε μᾶλλον ὑμεῖς αἱρέσεώς τινος ἀπηγορευμένης τῇ Ἐκκλησίᾳ προΐστασθε. Εἰ γὰρ διὰ τὰ τὸν κάκιστον Ἄετιον προκληματίσασθαι, τὰ διαφόρως ἐκφωνούμενα διάφορα εἶναι καὶ κατ' οὐσίαν, καὶ παρὰ τοῦτο συνάγειν τὸν Πατέρα ἄλλης εἶναι φύσεως διὰ τὸ *ἐξ οὗ*, καὶ τὸν Υἱὸν ἄλλης διὰ τὸ *δι' οὗ*, ὅ τε θεορρήμων Πατὴρ ἡμῶν τὸ τῆς *ἐξ* καὶ *διὰ* ἐσπούδασεν ἰσοδύναμον, ὅ τε μέγας Βασίλειος πολλοὺς τοὺς εἰς τοῦτο κατεβάλετο λόγους, τί ἂν ἄλλο συνορᾶν εἴη ἐκ τοῦ ἀφορισμένως τὴν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ λεγομένην *διὰ* τῆς πρὸς τὴν *ἐξ* ἀποδιαιρεῖν ἰσοδυναμίας, ἢ τὸ πάλιν τὴν πάλαι σβεσθεῖσαν αἵρεσιν ἀναζῆν ; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ παρέκβασιν, ὥσπερ ἡμῖν εἴρηται.

16. Series vero orationis rursus in memoriam revocat, vos non probe asserere, processionem per Filium non per Filium ex Patre sanctissimi Spiritus exsistentiam denotare. Namque Blemmides ille, qui ingentem gloriam et dicendo graviter, et copiose disserendo assecutus est, ut antea diximus, cujus sapientiam nec qui in eum iniquissimo animo fuerit, in crimen adducere poterit, et sibi nomen celebre comparasse negare audebit, de hoc argumento orationes conscripsit integras, in quibus inter alia hæc quoque exprimit : *Veluti itaque actio Filii et Dei Verbi Spiritus sanctus ab æterno elucet ab ipso, quod idem est dicere per ipsum a Patre ;* statimque subdit : *Elucere vero in rebus theologicis notare exsistentiam, quæ neque passioni obnoxia est, neque tempori comm nsuratur. Et magnus Basilius in secundo Antirrhetico ostendit :* rursusque in aliis ait : *Alii ex sanctis viris radicem nuncupant Patrem, ramum Filium, et fructum Spiritum sanctum, sancti Spiritus per Filium a Patre exsistentiam demonstrantes.* Et hunc in modum sapiens ille vir de exsistentia Spiritus decrevit. Nobis vero post hujusce ab adversariis tantumdem nobis objecti *pr-*

ιζ'. Ὁ τοῦ λόγου εἱρμὸς εἰς ἀνάμνησιν ὑμᾶς ἄγει καὶ πάλιν τοῦ μὴ καλῶς ὑμᾶς λέγειν τὴν δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν μὴ τὴν δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς ὕπαρξιν τοῦ παναγίου δηλοῦν Πνεύματος, καὶ ὁ Βλεμμίδης γὰρ ἐκεῖνος, οὗ πολὺ τὸ ἐν λόγοις εἶναι κλέος φθάσαντες ἔφημεν, οὗ τὴν σοφίαν μηδὲ τὸν πάνυ ἀπεχθῶς διακείμενον διαβαλεῖν ἔχειν εἰρήκαμεν μὴ ἐπὶ πολὺ προελθεῖν δόξης, λόγους ὅλους περὶ τῆς ἐννοίας συνεγράψατο ταύτης, ἐν οἷς καὶ αὐτολεξεὶ οὕτω λέγων· *Ὡς οὖν ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀϊδίως ἐκλάμπει παρ' αὐτοῦ, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς*, παραυτίκα ἐπάγει, *ὅτι δὲ τὸ ἐκλάμπειν ἐν θεολογίᾳ παραστατικόν ἐστι τῆς ἀπαθοῦς, καὶ ἀχρόνου ὑπάρξεως, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος δείκνυσιν ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀντιῤῥητικῶν.* Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις φησίν· *Ἕτεροι δὲ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ῥίζαν μὲν ὀνομάζουσι τὸν Πατέρα, κλάδον τὸν Υἱόν, καὶ καρπὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὑποδεικνύοντες ὕπαρξιν.* Καὶ οὕτω μὲν κἀκεῖνος ὁ σοφὸς τῷ ὄντι ἀνὴρ τὰ περὶ τῆς ὑπάρξεως ταύτης τεθεολόγηκεν. Ἡμῖν δὲ μετὰ τὸν τοσ-

οὗτον ἔλεγχον τοῦ παραλόγως τοῖς ἀντιλέγουσι προτεινομένου διήκειν μνημονευτέον ἀπάρτι καὶ ὧν οὗτοι γραφικῶν ἀντέχονται ῥήσεων, πρὸς τὸ τὴν δι' Υἱοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν κατασείειν τάχα ἐντεῦθεν. Εἰ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ, φασὶ, τοῦ Πνεύματός ἐστιν αἴτιος ὁ Πατήρ, πῶς ὁ μὲν θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸν κατάπλουν τῶν Αἰγυπτίων λόγῳ, *Πάντα*, ἔφη, *ὅσα ὁ Πατὴρ ἔχει, τοῦ Υἱοῦ ἐστι πλὴν τῆς αἰτίας*; ὁ δὲ ἅγιος Μάξιμος ἐν τῇ ὑπὲρ τῶν Ἰταλῶν πρὸς Μαρῖνον πρεσβύτερον Κύπρου ἐπιστολῇ τὸ, *Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν Υἱὸν ποιοῦντας τοῦ Πνεύματος σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν· μίαν γὰρ ἴσασιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα αἰτίαν, ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσιν*· ὁ δὲ Δαμασκηνὸς τὸ *Οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ.*

vadere redargutionem, memoranda sunt dicta scripto tradita, quibus isti insistunt, ad convellendam per Filium Spiritus exsistentiam, et potissimum hæc. Nam si per Filium, aiunt, causa est Spiritus Pater, qua ratione theologus Gregorius in oratione de Ægyptiorum adnavigatione dixit: *Quæcunque Pater habet Filii sunt, excepta causa?* sanctus item Maximus pro Italis ad Marinum Cypri presbyterum epistola: *Ex quibus causam non facere Filium Spiritus semetipsos demonstrarunt; unam siquidem norunt Filii et Spiritus causam Patrem, sed ut per ipsum processionem ostendant.* Damascenus vero, *Non ut ex ipso, sed ut per ipsum ex Patre procedentem: solus enim causa Pater est.*

ιη'. Ταῦτα μὲν ἅπερ ἡμῖν οὗτοι προτείνουσιν, ὡς αὐτοῖς δυσαντίβλεπτα. Ἡμεῖς δὲ πρὸ τῶν ἄλλων πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς τοῦ Θεολόγου εἶναι ῥητὸν ἀντιλέγοντες, σφάλμα τῶν τὰς βίβλους ἀντιγραφόντων εἶναι αὐτὸ λέγομεν, ὁποῖα πολλοὶ οἱ μετὰ τὸ σχίσμα τὰς βίβλους γράφοντες ἐκακούργησαν, περὶ ὧν καὶ ἐν τῇ παρ' ἡμῶν ἐκτεθείσῃ βίβλῳ πλατύτερον διειλήφαμεν. Ἐν γὰρ πολλαῖς καὶ ἀξιοπίστοις οὐ, *πλὴν τῆς αἰτίας*, ἀλλὰ, *πλὴν τῆς ἀγεννησίας* εὕρηται γεγραμμένον· καὶ αἱ οὕτως ἔχουσαι βίβλοι τὴν κατὰ τῶν ἄλλων ἰσχὺν ἔχουσιν, ἐξ ὧν ὁ ἅγιος ἐν ἄλλοις διαφόροις αὐτοῦ συγγράμμασι, περὶ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι ἰδιοτήτων θεολογῶν, *τὴν ἀγεννησίαν* πανταχοῦ εἰς ἰδιότητα διορίζεται τοῦ Πατρός. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας λόγῳ αὐτοῦ, *Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ*, φησὶ, *τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν Πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, Υἱοῦ δὲ γεννήσεως, τὰ δ' ἄλλα καὶ συμφυὲς, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον*· οὐκ εἶπε *τῆς αἰτίας*, ἀλλὰ *τῆς ἀγεννησίας παριχωροῦν τῷ Πατρί*. Καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον· *Ἴδιον δὲ Πατρὸς μὲν ἡ ἀγεννησία, Υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, Πνεύματος δὲ ἡ ἔκπεμψις*. Καὶ πάλιν ἐν τῷ περὶ Πνεύματος λόγῳ· *Τί γὰρ οὐ δύναται τῶν μεγάλων; Τί δὲ οὐ προσαγορεύεται ὧν Θεὸς, πλὴν ἀγεννησίας, καὶ γεννήσεως; ἔδει γὰρ τὰς ἰδιότητας μεῖναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἵνα μὴ σύγχυσις ᾖ παρὰ θεότητι*. Καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν λόγῳ· *Τί μοι μακρολογεῖν; Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ πλὴν ἀγεννησίας· πάντα ὅσα ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος πλὴν γεννήσεως*. Οὕτω γοῦν καὶ ἐν τοσαύταις γραφαῖς ἰδιότητα τοῦ Πατρὸς *τὴν ἀγεννησίαν*, καὶ οὐ τὴν ἀπολύτως οὕτω λεγομένην *αἰτίαν* ὁ μέγας Γρηγόριος θεολόγων, οὐ συγχωρεῖ ὡς ἀληθῆ τὴν τὸ *πλὴν τῆς αἰτίας* ἔχουσαν βίβλον πιστεύεσθαι.

18. Et hæc quidem sunt, quæ ipsi nobis proponunt tanquam visu aspera, et quæ refutari non valeant. Nos vero ante alia illis, quod ipsis videtur germanum esse Theologi dictum, contradicentes, asserimus errorem esse eorum, qui libros exscripsere, quales eosque multos librorum, post dissidium exscriptores malitiose commiserunt, de quibus in libro a nobis edito res fusius pertractavimus. Namque in multis et fide dignis voluminibus non, *excepta causa*, sed, *excepta ratione ingeniti* scriptum comperitur: et volumina, in quibus ita exaratum legitur, aliis, in quibus aliter scriptum est, majorem fidem merentur, cum sanctus in aliis variisque suis scriptis de proprietatibus in sancta Triade agens, *rationem ingeniti* in omnibus proprietatem esse Patris decernat. Idem enim in oratione de ordine in colloquiis servando, *Spiritus ex Deo*, ait, *exsistentiam habens, cedens Patri quidem rationem ingeniti, Filio rationem generationis: reliquis vero in aliis ejusdem naturæ et sedis et gloriæ exsistens*: non dixit, *causam*, sed *rationem ingeniti cedens Patri*. Rursusque in Heronem philosophum: *Proprium quidem est Patris non esse genitum, Filii generatio, Spiritus emissio.* Itemque oratione de Spiritu: *Quid enim ex iis, quæ ingentia sunt, non habet in potestate? Quibus non insignitur nominibus, cum Deus sit, præter rationem ingeniti genitique? Namque addecebat proprietates reservari Patri et Filio, ne confusio in Deitate oriretur.* Necnon oratione in Pentecosten: *Quid mihi verbis opus est? Quæcunque Pater habet, Filii sunt, excepta ratione ingeniti; quæcunque Filius item Spiritus sanctus, excepta ratione geniti.* Hac itaque ratione, et toi in scriptis proprietatem Patris *rationem ingeniti*, et non absolute sic dictam *causam* magnus Gregorius decernens, non permittit verbum illud, *excepta causa*, continentem librum fidem sibi vendicare.

ιθ'. Εἰ δὲ τοῦ εἰκότος οὐ πόρρω λόγου, καὶ δι' ἄλλων ῥήσεων πατρικῶν τὰς θεολογικὰς ταύτας ῥήσεις συγκροτηθῆναι· ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν θεολογικῶν κεφαλαίων, *Υἱὸς δὲ*, φησὶ, *καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διὰ τὸ τέλειον*,

19. Quod si non longe videtur a proposito, aliis etiam Patrum testimoniis dicta hæc theologica comprobentur. Damascenus octavo theologico capite, *Filius*, ait, *et character paternæ hypostasis, quia et perfectus est, et in propria subsistens per-*

sona, et quod in omnibus similis sit Patri, unam si rationem ingeniti excipias. Et rursus ibidem, *Per Patrem habet Filius et Spiritus quæcunque habent, ideoque habent, quod Pater illa habet, præter rationem ingeniti, geniti, et procedentis. In his enim solis hypostaticis proprietatibus inter se differunt sanctæ tres hypostases, non natura, sed characteristica propriæ hypostasis nota absque divisione discernuntur.* Et adversus libros, in quibus *excepta causa* circumfertur, eorum qui *excepta ratione generationis* continent, robur hoc est. Nobis autem de dicto sancti Maximi plurima suppetunt dicenda, sed ea, quod in Damascenicis prolixiores sumus, percurrentes, hoc tantummodo ad contradicentes dicimus : Annon volupe nobis fuerit, magnum Maximum sequi patrocinium Romanorum suscipientem, qui tum ex Patre et Filio Spiritum procedere affirmabant, nihilque differre ex Patre per Filium, et ex utroque edocentem, quibus in illa epistola ex Filio procedere in illud, per Filium procedere, desumitur ?

καὶ ὑπόστατον, καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Καὶ πάλιν ἐν τῷ κεφαλαίῳ· Διὰ τὸν Πατέρα ἔχει ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα πάντα ἃ ἔχει, τουτέστι διὰ τὸ τὸν Πατέρα ἔχειν αὐτὰ πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως. Ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἁγίαι τρεῖς ὑποστάσεις οὐκ οὐσίᾳ, τῷ δὲ χαρακτηριστικῷ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἀδιαιρέτως διαιρούμεναι. Ἀλλ' ἡ μὲν κατὰ τῶν, αἷς τὸ, πλὴν τῆς αἰτίας, ἐμφέρεται βίβλων ἰσχύς, τῶν τὸ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, ἐχουσῶν ἤδε. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸ τοῦ μεγάλου Μαξίμου πολλὰ μὲν εἰπεῖν ἔχοντες, διὰ δὲ τὸ μέλλειν τοῖς τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐμπλατυνθῆναι, παρατρέχοντες ταῦτα, τοῦτο μόνον πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας ἐπὶ τούτῳ φαμέν. Ὑμῖν δὲ οὐκ ἀγαπητὸν τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ κατακολουθεῖν ὑπερηγοροῦντι Ῥωμαίων, ἐφ' οἷς καὶ τότε ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔλεγον ἐκπορεύεσθαι, καὶ οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πρὸς τὸ, ἐξ ἀμφοῖν, ἐκδιδάσκοντι, δι' ὧν ἡ ἐπιστολὴ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, εἰς τὸ δι' Υἱοῦ προΐέναι σαφῶς ἐκλαμβάνεται ;

20. Mihi, nisi etiam vobis hunc sanctum Patrem sequi optatissimum est, cujus precibus munitus ac constipatus Damascenici dicti interpretationem aggredior. Nemo ex vobis affirmabit divinum hunc Patrem, quæcunque et magnus Basilius, et Nyssenus, et cui a theologia nomen est, de rebus divinis enuntiarunt, ignorasse : id si ita est, neque quæ illi de dictarum præpositionum viribus paribus, de quibus supra diximus, plane aperteque dictarunt. Si hæc itaque optime callebat sanctus hic, et ita illa tenebat, ut ad Dei Genitricem canticum adaptans diceret, *Ex te Deus massa mea circumvestitus est :* nunc vero, *Per te, Mater et Virgo, lumen mundo universo eluxit*, quis omnium dijudicabit, secundum eorum oppositionem, et non secundum aliam rationem, qua reliqua omnia simul dicta concordari possunt, res divinas eum tradidisse, et tum potissime cum scripsit : *Non veluti ex ipso, sed uti per ipsum ex Patre procedens?* Qua quidem oratione, ad determinandum hypostases præpositionum determinatione profertur, si quis non perfunctorie dictum illud percurrerit, quod theologiæ cognominis enuntiat : *Illius ex quo, et per quem, et in quo naturas ne dividant; neque enim præpositiones decidunt, aut ordo nominum, sed designant unius inconfusæque naturæ proprietates.* Hic porro quæ personarum proprietates designat præpositionum determinatio a Damasceno assumitur, idque manifestum fit ex eo, quod subdit, *Solus enim causa Pater.* Ob primam scilicet causam *ex* Patri apposuit, *per* vero Filio : nam cum primæ principalique causæ confessio introducitur in iisdem locis omnibus dictio per Filium locum etiam habet ; quare, *Solus enim causa Pater*, statim subjunxit, idem faciens, juxta ac si diceret : Principalis siquidem primaque causa solus Pater est, illique præterea addecet, quæ primam hanc proprie-

κ'. Ἐμοὶ δ' ἀλλ' εἰ μὴ καὶ ὑμῖν, ἕπεσθαι τῷ ἁγίῳ τούτῳ Πατρὶ, τῶν πάνυ εὐκταίων, οὗ δὴ καὶ ταῖς εὐχαῖς ἤδη καθωπλισμένος, ἐπὶ τῷ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ῥητῷ ὑμῖν ἀπαντήσομαι. Οὐδεὶς ὑμῶν πάντως ἐρεῖ, τὸν θεῖον ἀγνοεῖν τοῦτον Πατέρα, ὅσα ὁ μέγας Βασίλειος, ἔτι δὲ ὁ Νύσσης καὶ ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος τεθεολογήκασι· καὶ εἰ τοῦτο, οὐδ' ὅσα περὶ τοῦ ἰσοδυνάμου τῶν προθέσεων οὗτοι, περὶ οὗ καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, σαφῶς διηνεκρίνησαν. Εἰ γοῦν ἤδει ταῦτα ὁ ἅγιος οὗτος, καὶ τόσον ἤδει, ὡς καὶ αὐτὸν πρὸς τὴν Θεομήτορα, νῦν μὲν ψάλλοντα λέγειν, *Ἐκ σοῦ Θεὸς τὸ σῴραμά μου ἡμφιάσατο*, νῦν δὲ, *Διὰ σοῦ, μῆτερ Παρθένε, φῶς ἀνέτειλε πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ*, τίς τῶν ἁπάντων διακρινεῖ, κατὰ τὴν πρὸς ἐκείνους ἀντίθεσιν, καὶ οὐ καθ' ἕτερόν τινα λόγον, καθ' ὃν ἂν ἐξέσται τὰ πάντα ὁμοῦ ῥητὰ συμφωνεῖν, θεολογῆσαι καὶ τοῦτον, τὸ *οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον;* Εἴη δ' ἂν ὁ λόγος οὗτος, ὁ ἐπὶ τῷ διωρισμῷ τῶν ὑποστάσεων, τῶν προθέσεων τούτων διορισμὸς, εἰ τῷ μὴ παέργως τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο ἀναγνώσκεται, ἐν ᾧ ὁ τῆς θεολογίας ἔφη ἐπώνυμος, *Τοῦ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, μὴ φύσεις τεμνόντων, οὐδὲ γὰρ ἂν μετέπιπτον αἱ προθέσεις, ἢ αἱ τάξεις τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ χαρακτηριζόντων μιᾶς καὶ ἀσυγχύτου φύσεως ἰδιότητας.* Οὗτος δὴ ὁ τὰς ἰδιότητας τῶν προσώπων χαρακτηρίζων τῶν προθέσεων διορισμὸς, ὁ τῷ Δαμασκηνῷ παραληφθεὶς, ἐνταῦθά ἐστι, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ τὸ, *Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατὴρ*, ἐπάγειν αὐτόν. Ὅτι γὰρ διὰ τὸ ἀρχικὸν αἴτιον τὴν ἐξ ἀνέθετο τῷ Πατρὶ, τὴν δὲ *διὰ* τῷ Υἱῷ διὰ τὴν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν, πανταχοῦ τὴν δι' Υἱοῦ φωνὴν ἔχειν, καὶ τὸ, *Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατὴρ*, ἐπήγαγε παρευθὺς, ταὐτόν τι ποιῶν, ὥσπερ εἰ ἔλεγε· Τὸ γὰρ ἀρχικὸν αἴτιον μόνος ὁ Πατήρ ἐστι, καὶ τούτῳ προσήκει λοιπὸν ἡ τὴν ἀρχι-

κὴν ταύτην δηλοῦσαν ἰδιότητα πρόθεσις. Οὕτω δὲ τοῦδε τοῦ ῥητοῦ ἐκλαμβανομένου, καὶ ἡ *διὰ* πρόθεσις τὸ πρὸς τὴν *ἐξ* ἰσοδύναμον ἑαυτῆς οὐκ ἀποβαλεῖται, καὶ τὸ ῥητὸν σὺν πολλῇ τῇ ἀδείᾳ λοιπὸν πρὸς τὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων, ὅσοι ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα θεολογοῦσι, συμβιβασθήσεται. Εἰ γὰρ καὶ ὑμῶν τινος ἤκουσα εἰρηκότος, πρὸς τὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ ῥητὰ ὡς πρὸς κανόνα τὰς λοιπὰς τῶν ἁγίων ἀπευθύνεσθαι ῥήσεις, ἀλλὰ κανὼν ἡ τοῦ μεγάλου Βασιλείου μᾶλιστα ῥῆσις ταῖς τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔσται. Ὅτι καὶ αὕτη κανόνος φύσις ἐστὶ, τὰ ὕστερα πρότερον ἀπευθύνεσθαι, ὅπου ἀμφότερα ταῦτα συμβιβάζεσθαι ἀνάγκη ἐστὶ· καὶ διὰ τοῦτο τὸ, *Οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ*, εἰς *τὴν* ἔννοιαν δεῖ ἀπευθύνειν, καθ' ἣν ἂν συμφήσῃ, οἷς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος, ὅτε *δευτερεύειν Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τεθεολόγηκεν, ὡς παρ' αὐτοῦ ἔχον τὸ εἶναι, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον.*

κα'. Εἰ δέ τῳ δοκεῖ πρὸς τὸ πάνυ ὁρᾶν ἄτοπον, τὴν τῶν *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, καὶ *οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ* ῥητῶν συμφωνίαν, ἀλλ' ὁ τοῦτο λογιζόμενος ἴστω, εἰωθὸς τῇ θείᾳ εἶναι Γραφῇ ἑκάτερον ἐναντιοφωνεῖν δοκούντων, πρὸς οἰκείαν ἔννοιαν ἀποτείνειν. Γρηγόριος μὲν γὰρ τῶν Νυσσαέων ὁ πρόεδρος ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον λόγῳ, *Τὸ ἀπαράλλακτον*, φησὶν, *ὁμολογοῦντες τῆς φύσεως τὴν κατὰ τὸ αἴτιον, καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα.* Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν, *Αἴτιον δὲ καὶ αἰτιατὸν*, φησὶν, *οὐδὲ ὀνομάσαι θέμις, πρέποι δ' ἂν μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ Πνεῦμά τε εἰπεῖν, καὶ γεννηθέντα Υἱόν.* Πάλιν μὲν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, ἐν τῷ περὶ τοῦ Υἱοῦ πρώτῳ λόγῳ, *Διὰ τοῦτο*, φησὶν, *ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὅρων ἱστάμενοι, τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν, καὶ τὸ γεννητόν.* Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς Ἀντιῤῥητικοῖς, *Οὐ τοίνυν*, φησὶν, *ἀγέννητον προσαγορευτέον μᾶλλον ἡμῖν ἢ Πατέρα, εἴγε μὴ μέλλομεν σοφώτεροι τῶν διδαγμάτων εἶναι, τοῦ Σωτῆρος εἰπόντος, « Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, » ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀγεννήτου.* Κἀν τούτοις δοκοῦσι μὲν οἱ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ὄντες εἰς ἐναντιοφωνίαν τινὰ κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἐννοίας ὁρᾶν, ὁ δὲ ἀκριβὴς τῶν δογμάτων διορισμὸς συμβιβάζει τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα. Καθότι ὁ μὲν Νύσσης τὸ αἴτιον, καὶ αἰτιατὸν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὡς ἐπὶ τῶν ὁμουσίων εἰρημένα παραλαμβάνει· ὁ δὲ ἅγιος ταῦτα Κύριλλος ἀποτρέπεται, ὡς ἐπὶ δημιουργοῦ καὶ ποιημάτων λεγόμενα· καὶ πάλιν καθότι ὁ μὲν θεολόγος Γρηγόριος ὡς ὑποστατικὰς ἰδιότητας τὸ ἀγέννητον δογματίζει, καὶ γεννητόν· ὁ δὲ μέγας ταῦτα Βασίλειος ἀπωπέμπεται, ὡς κακῶς παρὰ τῶν Εὐνομιανῶν εἰσαγόμενα, ὡς φύσεως τμητικὰ δῆθεν, καὶ διαφόρων οὐσιῶν παραστατικά. Οὕτω δὴ καὶ τὸ, *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, καὶ, *οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, καθ' ὃν εἴρηται διορισμὸν ἡ *ἐκ* ἔχειν πρὸς τὴν *διὰ*, ὁμαλῶς

[a] Matth. xxviii, 19.

A latem præpositio notat. Hac porro ratione dicto simili intellecto, et præpositio *per* æquales suas vires cum *ex* non amittet, et dictum multa cum securitate cum dictis magni Basilii aliorumque sanctorum, qui ex Filio Spiritum decernunt, componetur. Licet enim ab aliquo ex vestris audiverim asserente, ad Damasceni dicta veluti ad regulam reliqua alia sanctorum dicta dirigenda esse, attamen magni Basilii dictum dictorum Damascenicorum regula fuerit quod et regulæ natura hæc sit, posteriora a prioribus dirigi, si quando necessitas urgeat, ut illa invicem conferantur, propterea que illud, *non tanquam ex ipso, sed tanquam per ipsum*, in eam sententiam trahendum est, qua concordabit cum illis, quæ magnus Basilius de-
B crevit, tum scripsit, *secundas partes post Filium obtinere, tanquam qui ab eo habeat, quod sit, et ab eo accipiat, et nobis enuntiet, et prorsus ab illa causa pendeat.*

21. Quod si non nemini reputabitur absona extra modum, atque absurda dictorum *ex Filio*, et, *non ex Filio* concordia, qui hæc concipit, audiat, solere divinas Scripturas, cum duo sibi contraria esse judicantur, ad proprium ac legitimum intellectum trahere. Gregorius siquidem Nyssenus antistes, oratione ad Ablabium, *Immutabilitatem naturæ confitentes*, inquit, *non imus inficias secundum causam et causatum differentiam.* Sanctus Cyrillus
C secundo libro ad Hermiam : *Causam et causatum neque fas est nominare. Addecetque potius in Deo Spiritum dicere, et natum Filium.* Rursusque Theologus Gregorius oratione prima de Filio : *Propter hoc nostris terminis insistentes ingenitum genitumque introducimus.* Magnus Basilius in Antirrheticis : *Non itaque ingenitum potius nobis appellandum est, quam Patrem, nisi præceptionibus Christi sapientiores esse velimus, qui dixit, « Abeuntes baptizate in nomine Patris [a], » non autem ingeniti.* Et si in istis, q ci ejusdem Spiritus sunt in contradictionem aliquam secundum sententiæ opportunitatem videantur respicere, attamen exquisita dogmatum determinatio dicta eorumdem conciliat, exponens, Nyssenum causam et causatum in sancta Triade ac
D si de consubstantialibus dicta sint accipere, quæ sanctum Cyrillum ac si de rerum omnium opifice et de creaturis enuntientur respuisse : rursumque Gregorium Theologum veluti hypostaticas proprietates ingenitum atque genitum definire, magnum vero Basilium ab illis abhorrere tanquam Eunomianorum commentis, quæ naturam scinderent, et diversas essentias repræsentarent. Pari modo et illa *ex Filio*, et, *non ex Filio* secundum eam, quam diximus determinationem habere præpositionem *ex*, respectu præpositionis *per* facili negotio conciliabuntur. Cum enim quispiam *ex Filio* pro eo quod est *per Filium* Spiritum sanctum esse asserit, ni-

hil a veritate aberrat cum vero *ex Filio* tanquam ex principali ac prima causa, a recto præter modum decidet, et qui similem lapsum vitare cupit, ex Patre per Filium, non autem ex Filio Spiritus processionem affirmabit : quod et divinus egit Joannes, principalem causam solam vere Patrem sciens, et secundum hanc sententiam de harum præpositionum determinatione minute ac subtiliter disputans, apte admodum illud, *Solus enim causa Pater*, annexuit. Hunc vero propter primam ac principalem causam tantummodo Patrem causam vocasse, manifestum fit ex iis, quæ dictum præcedunt : habetur enim, *productorem per Filium*, quod idem est, ac si dixisset, Patrem esse causam Spiritus per Filium : qui enim per Filium causa est, quanam ratione aliter esse potest nisi secundum principalem rationem causæ solus causa Spiritus dicetur ? Sed et magnus Basilius in decimo sexto ad Amphilochium capite dicens : *Et nemo existimet me enuntiare tres principales hypostases. Rerum enim unum principium est, per Filium operans, et in Spiritu perficiens*, dicta jam a nobis manifesto confirmat. Quantum enim intelligentia potis est, duas hypostases ab una et prima in rerum principio discernit. Namque sententia quæ non asserit ipsas primas et principales, theologicæ regulæ accurate adhærens, ob primam ac principalem causam soli Patri rerum principium decernit, relinquens una cum eo intelligi et Filium et Spiritum, in quibus per Filium operari, et in Spiritu perficere Pater dicitur. Modo quippe silentio prætereo, nec illa annumerare animus est, quomodo solus invisibilis, solus bonus, solus sapiens, quæ in Scriptura de Patre asseruntur : necnon et quod apud evangelistas Matthæum et Marcum Dominus dicit : *De die illa et hora nemo novit, neque angeli qui in cælo sunt, neque Filius nisi solus Pater* [3] illudque præterea, quod in Ecclesia ab omnibus inter officiorum solemnia concinitur, in quo *solius Dei sanctum* canimus *Spiritum*, quod etiam ad horum intelligentiam nonnihil confert. Quod enim in confesso est etiam Filii esse, soli Patri ascribitur. Et quanam alia ratione id asseveraretur, nisi de principali causa Patre dictionem hanc quispiam explanaverit ?

πάντη συμβιβασθήσονται. Ὅταν μὲν γὰρ *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, ἀντὶ τοῦ *διὰ τοῦ Υἱοῦ* λέγῃ τις εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς ἀληθείας δ' ἁμαρτάνει οὐδέν· ὅταν δ' *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, ὡς ἐξ ἀρχικοῦ καὶ πρώτου αἰτίου, καὶ πάνυ τοῦ εἰκότος ἔξω πεσεῖται, καὶ ὁ τὴν διαμαρτίαν ταύτην θέλων φυγεῖν ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τσῦ Υἱοῦ, οὕμενουν ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὴν τοῦ Πνεύματος πρόοδον θεολογήσει, ὅπερ οὖν ὁ θεῖος πεποίηκεν Ἰωάννης, ἀρχικὸν αἴτιον μόνον ἀληθῶς τὸν Πατέρα εἰδὼς, καὶ κατὰ τὴν ἔννοιαν ταύτην, τὸν τῶν προθέσεων λεπτολογήσας διορισμὸν, καὶ προσφυῶς πάνυ τῇ τοιαύτῃ ἐννοίᾳ, καὶ τὸ *Μόνος αἴτιος ὁ Πατὴρ*, ἐπαγαγὼν παρευθύς. Ὅτι δὲ διὰ τὸ ἀρχικὸν αἴτιον μόνον αἴτιον οὗτος τὸν Πατέρα τεθεολόγηκε, δῆλον ἀπὸ τοῦ μικρῷ πρόσθεν τῆς ῥήσεως ταύτης, *προβολέα διὰ τοῦ Λόγου*, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, αἴτιον τοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα καλεῖσθαι. Ὁ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ αἴτιος πῶς ἂν ἄλλως ὅτι μὴ κατὰ τὸ ἀρχικὸν τῆς αἰτίας μόνος αἴτιος ῥηθείη τοῦ Πνεύματος ; Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων λέγων, *Καὶ μηδεὶς οἰέσθω μετρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις. Ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία, διὰ Υἱοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ τελείουσα ἐν Πνεύματι*, τὸ ῥηθὲν προδήλως συνίστησιν. Ὅσον γὰρ τὸ τῆς ἐννοίας ἐστὶ πρόχειρον, τὰς δύο ὑποστάσεις ἀπὸ τῆς μιᾶς καὶ πρώτης ἐπὶ τῇ τῶν ὄντων ἀρχῇ διαιρεῖ. Τοῦτο γὰρ τὸ μὴ ἀρχικὰς εἶναι λέγειν αὐτὰς, ἀλλ' ἡ ἀκριβέστερον τοῦ θεολογικοῦ ἐξεχομένη κανόνος ἔννοια, διὰ τὸ ἀρχικὸν αἴτιον μόνῳ τῷ Πατρὶ τὴν τῶν ὄντων ἀφορίζει ἀρχὴν, ἐῶσα συνεπινοεῖσθαι αὐτῷ καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐν οἷς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐνεργεῖν, καὶ ἐν Πνεύματι τελειοῦν ὁ Πατὴρ λέγεται. Ἐῶ γὰρ ἄρτι ἀπαριθμεῖν, ὅπως τὸ, μόνος ἀόρατος, καὶ τὸ, μόνος ἀγαθὸς, καὶ τὸ, μόνος σοφὸς, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῇ Γραφῇ λέγονται. Ἔτι δὲ ὅπως παρὰ τρισὶ εὐαγγελισταῖς Ματθαίῳ, καὶ Μάρκῳ ὁ Κύριος λέγων εὑρίσκεται, τὸ *Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*. Οὐδὲ τὸ ἐπ' Ἐκκλησίας παρὰ πάντων ἐν ταῖς θείαις ᾀδόμενον ὑμνῳδίαις, ἐν ᾧ *μόνου Θεοῦ ἅγιον* ψάλλομεν *Πνεῦμα*, ἀσυντελὲς πρὸς τὴν τοιαύτην ἔννοιαν ἔσται. Τὸ γὰρ ὁμολογουμένως καὶ τοῦ Υἱοῦ ὂν μόνου τοῦ Πατρὸς ἐνταῦθα ἐρρέθη. Καὶ πῶς ἂν ἄλλως, εἰ μὴ διὰ τὸ ἀρχικὸν τοῦ Πατρὸς τὴν λέξιν διευκρινήσῃ τις ;

22. Magnus porro Athanasius de synodo Ariminensi ad Afros epistola, solum fontem aquæ viventis, et nemo dubitaverit, Spiritum sanctum esse hanc aquam viventem, Patrem vocans, non ob aliam equidem rationem quam propter principalem causam Patrem intelligere dictum, nobis facultatem fecerit, cum et ipse potissimum in aliis reperiatur fontem Spiritus Filium nuncupare. Verumtamen antiquis Patribus illud, *ex Filio*, loco illius, *per Filium*, agnosci et dici aperte constat, quod et magnus Basilius, et in theologicis pertractandis

κβ'. Ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ περὶ τῆς ἐν Ἀριμήνῳ συνόδου πρὸς τοὺς Ἄφρους ἐπιστολῇ αὐτοῦ, μόνην πηγὴν τοῦ ζῶντος ὕδατος· καὶ οὐδεὶς ἀμφιβάλλει, μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ζῶν τοῦτο ὕδωρ εἶναι· τὸν Πατέρα καλέσας, διατί ἂν ἄλλο, ἢ ὅτι μὲν διὰ τὸ ἀρχικὸν τοῦ Πατρὸς τὸ ῥητὸν ἐάσῃ νοῆσαι ἡμᾶς· ἐπειδὴ καὶ μάλιστα αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν Υἱὸν ἐν ἄλλοις πηγὴν τοῦ Πνεύματος ἀριδήλως ἀποκαλῶν ; ὅτι δὲ τοῖς πάλαι Πατράσι τὸ, *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, ἀντὶ τοῦ, *διὰ τοῦ Υἱοῦ*, ἐπιγινωσκόμενον ἦν, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν μέγαν Βασίλειον,

[3] Matth. XXIV, 36 ; Marc. XIII, 32.

καὶ τὸν θεολογικώτατον Νύσσης μηδ' ὅλως διὰ πάντων ὧν κατ' Εὐνομίου συνεγράψαντο Ἀντιῤῥητικῶν, ἀντειπεῖν ἐκείνῳ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ Υἱοῦ ῥῳνὴν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κατ' ἐκείνου ποιεῖσθαι ἀντίῤῥησιν, ἐφ' οἷς κτίσμα καὶ ποίημα τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὁ μάταιος ἐβλασφήμει. Καὶ τὴν τῶν λόγων τούτων ἀλήθειαν ἐπιγνώσεται, ὁ τὰ εἰρημένα ἐπιστατικώτερον ἐπισκεψόμενος Ἀντιῤῥητικά. Καίτοι γε εἰ μὴ ἀκωλύτως ἐθεολογεῖτο τὸ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐκ ἄν τι ἄλλο πρὸς καταβολὴν τῆς Εὐνομίου αἱρέσεως οἱ Πατέρες οὗτοι ἰσχυρότερον ἔσχον εἰπεῖν ἔχοντες, ὡς Εἰ καὶ ποίημα λέγειν ἀποτολμᾷς τὸ Πνεῦμα, Εὐνόμιε, διατί μὴ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ τοῦ Υἱοῦ ποίημα λέγεις αὐτὸ, μήτε διὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι ὁμολογούμενον;

A celeberrimus Nyssenus in omnibus, quæ adversus Eunomium scripto ediderunt Antirrheticis, nunquam dictioni ex Filio contradixerunt, sed omnem suam refutationem adversus eumdem concinnarunt, in eo tantum sitam, quod ille Filii creaturam ac factiram Spiritum esse futiliter et blaspheme pronuntiaret. Et verborum hujuscemodi veritatem agnoscet, qui attentius dicta Antirrhetica consideraverit. Et nihilominus nisi libere assereretur illud ex Filio, nihil ad Eunomii hæresim convellendam validius Patres habuissent, cum possent dicere : Licet facturam audes asserere Spiritum, Eunomie, quare non Patris, sed Filii facturam illum astruis, cum neque per Filium, neque ex Filio asseratur?

κγ'. Τοσαῦτα καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ εἰπόντες ῥητῷ, ἀπάρτι πρὸς ὑμᾶς τοὺς ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐπηρεαστικώτερον ἐπιφυομένους, οὐκ οἶδ' ἐφ' ᾧ τινι κέρδει φαμὲν μὴ οὕτως ὑμᾶς, μὴ πρὸς τῶν αὐτὰς θεολογησάντων Πατέρων, μὴ πρὸς τῆς ἀληθείας, μεθ' ἧς ἐκεῖνοι ταύτας ἐθεολόγησαν, μὴ πρὸς τῆς Τριάδος αὐτῆς, δι' ἣν ἐκεῖνοι πολλὰ ἐπὶ ταῖς θεολογίαις ταύταις ἐμόγησαν, ἀρκοῦσιν ἃς ἄλλοι διαστροφὰς κατὰ καιροὺς ἀπεργάσαντο. Ὁ μὲν γὰρ τὸ, *τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου*, τῶν τοῦ Νύσσης λόγων ἀπῆλειψεν· ὁ δὲ τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὸ, *Παρ' αὐτοῦ ἔχον τὸ εἶναι*, τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ δηλονότι τὸ Πνεῦμα εἶναι τὸ ἅγιον· ἕτερος ὅπου ὁ Νύσσης, *Ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πνεύματι μόνῳ προσοῦσαν πιστεύσηται*, ἔγραψε, τῷ *Πατρὶ* μεταποιήσας ἔθηκεν· ἄλλος τὸν αὐτὸν Νύσσης εὑρὼν, *προθεωρεῖσθαι τὸν Υἱὸν τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον* θεολογοῦντα, τὸ, *Πνεύματος*, εἰς τὸ, *Πατρὸς* μετεποίησε· καὶ πάλιν ὅπου ὁ αὐτὸς, *τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖσθαι*, εἰρήκει, ὁ μεταποιῶν ταῖς διὰ σιδήρου ξυσμαῖς τὴν ἐξ ὁλοκλήρου πρόθεσιν· καὶ πάλιν ἕτερος, ἐν οἷς ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἔφη· *Εἰ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος πιστεύεται*, ἔγραψε. Τοσούτων οὖν καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἐν ταῖς γραφαῖς γεγονότων ἐπισφαλῶν, μὴ καὶ ὑμεῖς ἐπηρεαστικῶς ταῖς ἐννοίαις αὐτῶν ἐπιφύεσθε.

B 23. His de divi Damasceni dicto examinatis, nunc ad vos, qui divinis Scripturis magis ac magis improbe ac contentiose adhæretis, nescio quo usu, dicimus : Ne hoc modo vos geratis, ne per Patres ipsos, qui eas exposuerunt, ne per veritatem, cum qua illi eas examinarunt, ne per Triadem ipsam, in qua illi asserenda extra modum insudarunt : satis sunt, quas alii alio atque alio tempore perversitates commenti sunt. Alius siquidem illud, *quod vero ex illo, quod continue est ex primo*, ex scriptis Nysseni erasit : alius ex commentariis magni Basilii, *Qui ab ipso quod sit habet*, a Filio scilicet Spiritum sanctum esse : alius ubi Nysseni verba erant, *ut processionis tantum proprietatem Spiritui soli inhærentem confirmaret, Patri* litteris immutatis apposuit : alius cum reperisset decernentem eumdem Nyssenum, *Filium præintelligi Spiritus hypostasi secundum causæ rationem*, loco *Spiritus*, *Patris* supposuit : rursumque ubi idem, *Spiritum ex Filio esse attestari* dixerat, qui mutationem attentavit, ferro utens, præpositionem *ex* oblitteravit; itemque alius ubi sanctus Epiphanius dicit : *Quod si Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo, sive ab utroque. Si Christus ex Spiritu creditur*, reposuit. Tot itaque ac tantis et præter has aliis in scriptura tentatis perfectisque perversitatibus, ne vos, inquam, contentiose eorum sententiis mordicus obsecundemini.

κδ'. Οἷον δὲ κἀκεῖνο παρατηρῆσαί ἐστιν· οἱ τὰς κατὰ Λατίνων κατὰ καιροὺς ἀντιῤῥήσεις ἐν ἰδίαις συγγραφαῖς ἐκτιθέμενοι, μὴ ἐξ ἀποδείξεων γραφικῶν εἰς ἄτοπόν τι περιστᾶν τὸ παρ' αὐτῶν λεγόμενον ἔχοντες, ἰδίας αὐτοὶ δογμάτων ἀρχὰς ἀνεπλάσαντο ὑπ' ἀρχηγῷ Φωτίῳ καὶ πρώτῳ τούτων εἰσηγητῇ· καὶ οὐκ ἄν τις ὡς εἰς ἄτοπόν τι ἀπαγόμενον ἀποδεῖξαι ἔχῃ τὸ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, εἰ μή τινα μίαν τῶν πεπλασμένων τούτων προκαλεῖται ἀρχῶν. Τῶν δὲ τῆς μιᾶς μὲν τὸ ψεῦδος τῆς, *Πᾶν*, λεγούσης, *τὸ ἐπὶ τῆς Τριάδος λεγόμενον ἢ ἑνός ἐστιν ἢ τῶν τριῶν*, ὑπὸ τοῦ τῆς θεολογίας ἐπωνύμου λαμπρῶς ἀπελέγχεται ἐν οἷς ἐκεῖνος, *Κοινὸν γὰρ*, φησὶ, *Υἱῷ μὲν καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τὸ ἐκ*

D 24. Quale fuerit et illud animadversione minime indignum : Qui adversus Latinos aliis atque aliis temporibus contradictiones in propriis commentariis digesserunt, cum non possent ex scripto traditis demonstrationibus in absurdum, quod ab illis asseverabatur, deducere, propria dogmatum principia confinxisse, sub eorum duce Photio, primoque similium introductore; nullumque esse qui absurdum in se continere dictum illud, ex Patre et Filio demonstraverit, ni unum ex conflictis hisce principiis assumpserit; et unius quidem, ex illis, quod asserit, *Quidquid de Trinitate dicitur, aut unius est aut trium*, falsitas a Theologo Gregorio aperte refellitur, cum ille dicat : *Communis*

2. Cum enim in universis adversus veritatis hostes certaminibus illud præ omnibus summo studio ante oculos fuerit, quæcunque illi rectum dogma criminantes proponebant, non ex propriis, sed ex Patrum theologicis sententiis ac dictis, refellere ac dissolvere, et sicubi œconomia opus B esset, eamdem illorum æmulatione, circa quæ œconomiam usurparunt, sequi (quemadmodum enim theologiæ apex et regula vere Gregorius, spiritusque mansio dixit, minimas actiones a scriptoribus non esse temere scripto traditas, et ad hæc usque tempora memoria conservatas, sed ut nos et commentaria, et rerum similium rudimenta haberemus, et si quando consultandi tempus occurrerit, veluti regulas quasdam, et exemplaria aliqua quæ præcesserant, sequeremur) neque œconomice digerere, neque cum tempus exquisitam rerum tractationem exigeret, eam tempore opportuno negleximus.

3. Et statim ab initio primam hanc œconomiam sequi visum est. Cum enim veritatis hostes vesanam, nec rationis compotem multitudinem scirent, ob antiquam, quæ ipsam præoccupaverat, opinionem, dum audit, ex Patre, et Filio Spiritum procedere, vel solam ipsam vocem intoleranter ferre, nosque criminari, qui ex Patre et Filio processionem, et affirmamus, et aliis edocemus, hanc suorum conatuum contra nos ansam arripuerunt: nos vero, cum dictam vocem sustinere atque defendere deberemus, et in illius probatione contra opponere quæcunque dilectus, et qui in pectus Domini recubuit, evangelista in Apocalypsi, ex Patre et Filio Spiritum procedere astruens, dixit; imo et reliqua Scripturæ omnia dicta, quæ ex Patre et Filio processionem manifesto exprimunt, et plane ea omnia comperiet curiosus in iis, quæ nos adversus deci- D mum sextum Moschamparis caput dictavimus, hoc non ita propenso animo fecimus, ut cum ex Patre per Filium processionem adeo manifestam, ut illi contradici nequeat, intelligeremus, eamque nihil ab ea, quæ est ex utroque differre, apprime sciremus, nos ex Patre per Filium processionem amplecti, et asserere, illisque qui ex utroque illam asseverant, propter præpositionum *ex* et *per* pares ac æquales vires, nullum læsæ fidei crimen inuri, aperto ore profiteremur; uti magnus Athanasius, licet ab iis qui tres hypostases dicebant, turbaretur, quasi non bene cum iis, qui unam illam tenebant, societatem iniisset, infestantium omnium ora compressisset, si dixisset, sese trium hypostaseon pro-

fessionem tueri, unam vero asserentium, propter hypostasis varia significata amicitiam, absque reprehensione amplexatum fuisse, quod illi sententiæ suæ non repugnarent.

4. Et hanc quidem œconomiam primi exemplaris nostri sermones conservant. Secunda nec minimum quidem distat a prima. Nam ex Patre per Filium, ideoque ex utroque exsistentiam vivifici Spiritus, ex scripto traditis, quas nec adversarii ipsi inficias iverint, sententiis demonstrantes, indeque Romanæ Ecclesiæ inculpatum dogma colligentes, ex una causa Patre et Filio esse Spiritum asserentis, non palam similem vocem scripto tradebamus, sed in plerisque nostrarum scriptionum partibus, dictas scripto traditas sententias digerentes, continuo colligebamus, ex uno esse Deo, quam vocem ab omnibus hilariter excipi cognoscebamus. Quam porro ob causam negotium sic transigebamus? Œconomia utentes, quam cui a theologia nomen est, magno Basilio vendicat, cum de illo tradit: *Sic ille in judicio sermones suos disponere judicabat, paululum, ac belli tempus, et hæreticorum potentiam aliquantisper tolerare, quoad libertatis tranquillitatisque tempus successisset, dedissetque linguæ confidentiam.* Cum enim nihil differat ex uno Deo, vel ex una causa hoc, quidquid est, esse asserere, si quidquid ex Deo et per Deum esse affirmatur, tantummodo secundum causæ rationem, nec alterius cujuspiam dicitur: adnectoque jam orationi meæ, reliquum theologici dicti, quemadmodum magnus Pater noster Basilius, et rebus agendis eximius: *Cum veritatis hostes nudam et apertam de Spiritu vocem, quod esset Deus, criminari satagerent, quod quidem tametsi verum erat, impium tamen ab illis, atque impio impietatis antistiti reputabatur, hinc in aliis quidem vocibus scripto traditis, et testimoniis minime dubiis, sed idem sonantibus, sic contradicentes coercebat, ut contra hiscere non auderent, sed propriis illi vocibus colligarentur: propriam autem vocem in aliud tempus differebat, nullum inde futurum incommodum existimans, si parumper vocibus immutatis, dictionibus aliis idem edoceretur. Quod non in verbis potius, quam in rebus nostra salus consistat.* Pari ratione nos quoque uti alumni, et administri magistri dominique Basilii vestigiis insistentes, ex uno Deo proponentes, quod faciliter apud adversarios locum inveniebat, quod ex una causa asserebat, in aliud tempus deferebamus, illud prorsus probe tenentes, cum opportunum tempus institisset, a dictionum vi æquali eodemque significatu exhibendam nobis libertatem, et confidentiam exquisiti dogmatis asserendi.

5. Et tandem, uti exspectabatur, evenit. Namque non longo interjecto intervallo, tempus vere nobis serenitatis ac libertatis nullum incidit, quod theologiæ cognominis libertatis et confidentiæ tempus existimabat, incidit nihilominus, quod et ex tempestate in ipso exorta, et in ipso potentatus

λογίας ὑποστάσεων ἀντεχόμενος, τὴν δὲ καταλλαγὴν τῶν μίαν λεγόντων ὑπόστασιν διὰ τὸ ἀπὸ τῶν σημασιῶν τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ συνδρομῇ τοῦ αὐτοῦ φρονήματος σύμφωνον ἀνεπιλήπτως ποιούμενος.

δ'. Πρώτην μὲν οὖν ταύτην οἰκονομίαν οἱ τῆς πρωτοτύπου ἡμῶν βίβλου ἔχουσι λόγοι· δευτέραν δὲ τῆς πρώτης ἀποδέουσαν οὐδαμῶς, ὅτι γε τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀμφοῖν ὕπαρξιν τοῦ ζωαρχικοῦ Πνεύματος, ἐξ ὧν οἱ ἀντιδικοῦντες αὐτοὶ γραφικῶν ὠμολόγουν ἀποδεικνύντες ἡμεῖς, κἀντεῦθεν τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας συνάγειν ἔχοντες ἀνεπίληπτον, ἐξ ἑνὸς αἰτίου τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λεγούσης εἶναι τὸ ἅγιον, οὐχὶ τρανῶς τὴν τοιαύτην ἐλογογραφοῦμεν φωνήν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς τῶν ἡμετέρων γραφῶν μέρεσι τὰς εἰρημένας καταστρωννύντες γραφικὰς ῥήσεις συμπέρασμα πανταχοῦ τοῦ ὡς ἐξ ἑνὸς ἐποιούμεθα Θεοῦ, ἅτε δὴ πάντας τὴν τοιαύτην ὁρῶντες ἱλαρῶς προσιεμένους φωνήν. Τί τοῦτο ποιοῦντες; Τὴν οἰκονομίαν μετιόντες, ἣν ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ προσμαρτυρεῖ ἐν οἷς περὶ αὐτοῦ φησιν· Ὡς *οἰκονομεῖν τοὺς λόγους ἐν κρίσει τῶν δικαίων ἐνόμιζε, μικρὸν ὅσον τὸν τοῦ πολέμου διαφέρων καιρὸν, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν δυναστείαν, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αἰθρίας ἐπιλάβῃ καιρὸς, καὶ δῷ τῇ γλώσσῃ τὴν παῤῥησίαν.* Ἐπεὶ γὰρ διαφέρει μηδὲν ἐξ ἑνὸς Θεοῦ, ἢ ἐξ ἑνὸς αἰτίου, τόδε τι εἶναι εἰπεῖν, εἴτε πᾶν τὸ ἐκ Θεοῦ καὶ διὰ τοῦ Θεοῦ εἶναι λεγόμενον κατὰ μόνον τὸν τῆς αἰτίας, ἥκιστα κατὰ λόγον ἕτερον λέγεται· καὶ τῷ λόγῳ ἤδη προστίθημι τὸ τῆς θεολογικῆς ἐπίλοιπον ῥήσεως, ὥσπερ ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος ὁ πολύς· *Τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν ζητούντων λαβέσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος φωνῆς, ὡς εἰ Θεὸς, ὅπερ δὴ ἀληθὲς ἀσεβὲς ἐκείνοις ὑπελαμβάνετο, καὶ τῷ κακῷ προστάτῃ τῆς ἀσεβείας, αὐτὸς ἐν ἄλλαις μὲν φωναῖς γραφικαῖς, καὶ μαρτυρίαις ἀναμφιλέκτοις ταυτὸν δυναμέναις οὕτως ἤγχε τοὺς ἀντιλέγοντας, ὡς μηδ' ἀντιβαίνειν ἔχειν, ἀλλ' οἰκείαις συνδεῖσθαι φωναῖς· τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν τέως ὑπερετίθετο, μηδεμίαν εἶναι ζημίαν ἡγούμενος, εἴτε μικρὸν τῶν λέξεων ὑπαλλαττομένων, φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδάσκεται· ὅτι μηδ' ἐν ῥήμασι μᾶλλον ἢ πράγμασιν ἡ σωτηρία ἡμῖν·* οὕτω καὶ ἡμεῖς, οἱ ὡς μαθηταὶ καὶ δοῦλοι τῷ διδασκάλῳ καὶ δεσπότῃ Βασιλείῳ ἑπόμενοι, τὸ ἐξ ἑνὸς Θεοῦ πρωτείνοντες, διὰ τὸ εὐπαράδεκτον, τὸ ἐξ ἑνὸς αἰτίου ἀνεβαλλόμεθα πρὸς καιρὸν, ἐκεῖνο πάντως καλῶς λογιζόμενοι, ὡς, ἐπὰν ὁ προσήκων ἡμῖν ἐνσταίη καιρὸς τὸ τῶν λέξεων ἰσοδύναμον παρέσχοι ἂν ἡμῖν τὴν ἐπὶ τῷ ἀκριβεῖ τοῦ δόγματος παῤῥησίαν.

ε'. Ὅπερ οὖν, ὡς προσεδοκᾶτο, καὶ γέγονεν. Οὐ πολὺ γὰρ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ καιρὸς μὲν ἀληθῶς αἰθρίας καὶ ἐλευθερίας ἡμῖν ἐπέστη οὐδείς, ὃν ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος καιρὸν εἶναι παῤῥησίας ἠξίου, ἐπέστη δὲ ὅμως ὁ μάλιστα ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ χειμῶνος, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ δυναστείας αὐτὴν ἀπαιτῶν.

Ὅτε μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐλογογραφεῖτό μοι πρώτως εἰρήνης, ἐλπίς τις ἐπὶ τοῖς ἀντιλέγουσι περιθάλπουσά με μεταβολῆς. Ὁ γὰρ ἀγαθῷ συνειδὸς οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον ἔχων εἰς τὸ πάσης ἐθελοδούλου ἰδιορρυθμίας τὴν ἀλήθειαν ἀνταλλάττεσθαι, τί ἂν ἄλλο περὶ τῶν ἄλλων διανοηθείη ποτέ; ὥσπερ τις ἀγαθὴ ἀνέπειθε σύμβουλος τῶν, ὡς εἴρηται, πατρικῶν μεμνῆσθαι οἰκονομιῶν, καὶ παντὶ σθένει τὰς πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας ὁμιλίας ἐξομαλίζοντα, δι' ἐκείνων ταύτας τῶν λόγων ποιεῖσθαι, οἷς ἱλαρώτερον οὗτοι τὰς ἀκοὰς προσέχουσι μάλιστα. Μέντοι γε καὶ τοὺς ῥηθέντας οἰκονομικοὺς μετῄειν λόγους ἐγώ.

A deposceret. Cum enim primum de ecclesiastica unione, et pace commentabamur, spes erat nos circumfovens eos, qui contraria asserebant, esse immutandos. Qui enim proba conscientia id unum sibi proposuit, propriæ et voluntariæ opinioni reliquis posthabitis veritatem præponere, quid unquam de aliis excogitasset? Is veluti bonus consiliarius suasisset, prædictarum Patrum œconomiarum mentionem inducere, et omni studio adversus contradicentes, eum qui cum aliis in collocutionem venit, sermones emollientem, per ea ita orationem dirigere, quibus illi potissimum, et magis hilariter aures præbuissent. Ideoque et supra laudatas œconomiarum rationes ipse usurpabam.

ς'. Ὅτε δὲ τῶν πραγμάτων ἀλλοιωθέντων, τὰ ἐκκλησιαστικὰ τὴν, ὡς ἅπασιν ἔγνωσται, φαυλοτάτην σύγχυσιν συνεχύθη, καὶ οἱ τοῦ ψεύδους ἡγεμόνες καὶ ἀρχηγοὶ μετὰ τὴν ἐν μέσοις ἀνακτόρους ἀντιπρόσωπον ἡμῶν πρὸς αὐτοὺς ἅμιλλαν, τόσον τοῦ ἀληθοῦς κατηναιδεύσαντο δόγματος, ὥστε καὶ γραφαῖς τὰ πρόδηλα τῆς αὐτῶν αἱρέσεως παραδοῦναι, καὶ τόμους ἐκθέσθαι, ἢ στήλας ἀναστῆσαι τῆς σὐτῶν ἀσεβείας, εἴποι τις ἂν κυριώτερον καιρὸν εἶναι τοῦτον τῆς ἐπὶ τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ δόγματος παῤῥησίας ἡμεῖς λογισάμενοι, ἐν ἰδίῳ τε τόμῳ τὰ ῥηθέντα δόγματα διελάβομεν, καὶ ὁ τόμος τὸν τρίτον τῶν τοῦ Κυπρίου αἱρέσεων ἀναπληροῖ ἔλεγχον, καὶ τὴν βίβλον ἀντιγραφῇ παραδοῦναι τῶν δεόντων διέγνωμεν, ὡς ἂν ὁ τόμος οὗτος, τῆς ἀντιγράφου γεγονὼς μέρος, τὸ ἱκανὸν πρὸς ἐπισημείωσιν ἕξει, ὧν ἡμεῖς μεταποιήσεων ἐπὶ πολλοῖς τῶν προτέρων λόγων ἡμῶν ἐποιησάμεθα μέρεσιν. Ἔστι μὲν οὖν τῶν οἰκονομικωτέρως εἰρημένων λέξεων τὰς ἀκριβεστέρας ἀνταλλαττόμενοι, ἔστι δὲ οὗ καὶ περικοπὰς ὅλας αὐτῶν διαγράφοντες.

B 6. Cum vero rebus immutatis negotia ecclesiastica, pessimæ confusioni, ut omnes norunt, obnoxia facta sunt, et mendacii duces et auctores, post certamen a nobis adversa facie in media aula cum illis initum, tantumdem in verum dogma inverecunde debacchati sunt, ut scriptione etiam hæresim palam facere, et tomos scribere, vel, ut quis aptius diceret, columnas, et cippos propriæ impietatis erigere, auderent, hoc esse tempus exquisiti dogmatis asserendi, et loquendi libertatis rati, peculiari tomo dicta dogmata complexi sumus, et tomus tertium Cyprii hæreseon argumentum absolvit, et volumen exscriptoribus tradere necessarium esse duximus, ut tomus iste libri exscripti pars facta, satis abundeque insinuaret, qua de causa nos, quæ in plerisque partibus primarum nostrarum lucubrationum alias diximus, immutavimus. Namque in nonnullis dictiones, quas œconomiæ attendentes, apposuimus, in aliis exactiore studio moti immutavimus, et in nonnullis pericopas quoque integras expunximus.

C

ζ'. Σὺ γοῦν, τὴν βίβλον ταύτην δεξάμενος, ἐπεὶ τὰ προηγησάμενα τῆς πρωτοτύπου ἀντίγραφα ἐς τόσον μέτρου προελθεῖν οἶδας, ὡς ἐν πολλαῖς τῶν ἡμετέρων γενέσθαι αὐτὰ πόλεων, ἴσθι μὲν τῇ νέᾳ ταύτῃ ἐπιψηφιζομένους ἡμᾶς τὰ πρωτεῖα, μὴ μέντοι γε καὶ ἀργίαν ἁπασῶν καταψηφιζομένους ἐκείνων. Εἰ γὰρ καὶ τῶν ἀκριβεστέρων περιληπτικὴ ἐστιν αὕτη, ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῇ ἐπισημείωσις τῶν ἐν ἐκείναις οἰκονομικώτερον εἰρημένων κἀκείνας ἐπικυροῖ. Ἐπεὶ καὶ πολλὰ τῶν ἐκταδικώτερον ἐν ἐκείναις διειλημμένων πρὸς τὸ συνεσταλμένον ἐν ταύτῃ ἔστιν εὑρεῖν· καὶ οὐ δεῖ πάντως τὴν συστολὴν ταύτην εἰς ἀργίαν λογίζεσθαί τινα τῶν ἁπάντων, ἀλλὰ τὸν λόγον εἰδότα τῆς συστολῆς τῆς ἡμετέρας καρπὸν διανοίας ἡγεῖσθαι, ἐπ' οὐδεμιᾷ ἐναντιοφωνίᾳ, καὶ τὰς ἐν αἷς ἡμεῖς τὸ πλατυκώτερον τοῦ λόγου δεδώκαμεν. Ὁ δὲ τῆς συστολῆς λόγος, ὅτι μετὰ τὸ τὰς κατὰ Φωτίου, καὶ τοῦ Μεθώνης, Φουρνῆ τε, καὶ τοῦ Βουλγαρίας, ἔτι δὲ καὶ τῆς τοῦ Καματηροῦ βίβλου ἰδίως, καὶ αὖ παρὰ μέρος μετὰ τὸ τὰς κατὰ τοῦ Μοσχάμπαρ λογογραφῆσαι ἡμᾶς ἀντιῤῥήσεις, ἄλλων πάλιν ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς πολεμίων τῆς ἀληθείας ἀναφανέντων, ὁ Κύπριος οὗτος, καὶ οἱ περὶ τὸν Κύπριον,

D 7. Tu igitur librum hunc accipiens, cum quæ præcesserunt primi originalis exemplaria in eum numerum excreverunt, uti bene calles, ut ad multas urbes nostras delata, omnibus præ manibus sint, scito, nos recenti huic novoque volumini potiores partes deferre; neque propterea illa omnia suspendere. Licet enim hoc accuratiora contineat, quæ tamen in eo est, de iis, quæ in illis magis œconomiæ attendentes scripsimus, animadversio, etiam hæc ipsa constabilit. Cum multa in illis fusius pertractata, compendiosius in isto digerantur: neque propterea isto compendio illa suspendi quispiam existimet; sed compendii ratione comperte teneat, nostri intellectus hunc fetum, nullam in se contrarietatem continere, etiam in illis, quæ in primis fusius concinnavimus. Et compendii causam teneto. Postquam adversus Photium, Methonensem, et Bulgariæ archiepiscopum, necnon Camateri librum seorsim, rursusque etiam separatim Moschamparis, contradictiones nostras scripsissemus, aliis atque aliis denuo veritatis adversariis deprehensis, Cyprio nempe, et qui Cyprium sequebantur, contra eos certamen a nobis merito

extorsit, longis ac prolixis refutationibus eosdem convellere.

8. Et cum in uno, qui nunc tibi in manibus traditur, libro, tum quæ præcesserunt omnia, tum quæ post modum subsecuta sunt, comprehendere statuissemus, multa in ipso, necessitate coacti, ex illis expunximus, quorum amputatione nullum impedimentum inferri veritati cognoscebamus : licet enim in Photium, Methonensem, Phurnem, necnon Bulgariæ archiepiscopum contradictiones in compendium redegimus, nihil quod demonstrationis vim obtineret, negleximus, quæ inde subsequitur veritatis mutilatio? Quod si primum, cum adversus Camaterum contradictionem instituimus, tum ad verbum disputationem exaravimus, quam ille personam imperatoris induens, quasi illa inter ipsum imperatorem, et qui tum Constantinopoli aderant, pro tractanda pace ecclesiastica cardinales instituta esset, confinxit, latius atque uberius scripto demandavimus, si hanc, in novis libri exemplaribus, universam ablegantes, tantummodo testimoniorum productorum, et de iisdem animadversionum illius rationem habuimus : pariterque, si tum singulas adductarum auctoritatum pericopas, ut ille exposuit, apponentes, quam ille in singulis dictis animadversionem adnectebat, nostram refutationem subdebamus, postmodum ex iis pericopis amputavimus partes illas, quæ scilicet, quod ad propositum nostrum faceret, nihil continebant, quis propterea libros de contrarietate insimulabit? Non alio modo et in antirrheticis adversus Moschamparem nos gessimus, nostram enim contradictionem integram nulla sui parte immutatam in utroque volumine, quemadmodum in Camatero, conservavimus, partes capitum illius, quæ tantummodo vana loquacitate sine ullo usu et temere stridebant, et nullum in se sanum, et cui contradici opus esset continebant, abscidimus. Habes jam claram patentemque universam exscriptionis rationem, quam nos hac nostra scriptione ad te transmittimus, et satis aptam, ad constabiliendum, nostra commentaria nulla in re sibi contraria esse, observationem a nobis persolutam.

ὁ κατ' αὐτῶν ἀγὼν ἡμᾶς δικαίως ἀπῄτησε διὰ πολυστίχων καὶ αὐτοὺς ἀνατρέψαι τῶν ἀντιῤῥήσεων.

η'. Καὶ ἐπεὶ ἐν μιᾷ τῇ ἄρτι σοι ἐγχειριζομένῃ νέᾳ βίβλῳ πάντα ὁμοῦ τά τε πρότερα τά θ' ὕστερα διαλαβεῖν δεῖν ἔγνωμεν, τὰ πολλὰ ἐν αὐτῇ παρείδομεν ἐξ ἀνάγκης, ὧν τῇ ἐπιτομῇ οὐδένα ἐνεῖναι συνεωρῶμεν ἐμποδισμὸν εἰς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν. Εἰ γὰρ τὰς κατὰ Φωτίου, καὶ τοῦ Μεθώνης, Φουρνῆ τε, καὶ τοῦ Βουλγαρίας βραχυλογήσαντες ἀντιῤῥήσεις, οὐδὲν τῶν ὅσα τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἀποδείξεως εἶχον παρείδομεν, τίς ἡ ἐντεῦθεν τῆς ἀληθείας κολόβωσις; Εἰ δὲ καὶ τῆς τοῦ Καματηροῦ βίβλου τὴν ἀντίῤῥησιν μετιόντες τὰ πρῶτα, τότε μὲν καταστρωννύντες αὐτολεξεὶ τὴν διάλεξιν, ἣν ἐκεῖνος τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὑποδυσάμενος πρόσωπον, ὡς μέσον δῆθεν προβᾶσαν αὐτοῦ τε ἐκείνου τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ τῶν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐπιδημούντων τότε τῇ Κωνσταντίνου Καδδηναλίων ἐπλάσατο, πλατυκώτερον αὐτὴν ἐλογογραφήσαμεν. Εἰ δέ γε τὰ νέα τῆς βίβλου ἀντίγραφα πᾶσαν ταύτην παραιτησάμενοι μόνων τῶν γραφικῶν ἡμεῖς ῥήσεων, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς ῥήσεσι πεφροντίκαμεν ἐπιστασιῶν· ὡσαύτως δὴ καὶ εἴ γε τότε μὲν ἑκάστην περικοπὴν γραφικῆς ῥήσεως, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐξέθετο, ἐκτιθέμενοι, καὶ ἣν ἐφ' ἑκάστην τῶν ῥήσεων οἰκείαν αὐτὸς προσῆπτεν ἐπιστασίαν τὸν ἡμέτερον ἐπῆγομεν ἔλεγχον, ἐσύστερον δὲ τῶν περικοπῶν τινας ἐπετέμομεν, ἐν οἷς δηλονότι μέρεσι περιεῖχόν τι αἱ τοιαῦται, μετὸν τῆς προκειμένης; ἡμῖν σπουδῆς οὐδαμοῦ, τίς ἂν τῶν βίβλων καταγνοίη ἐναντιότητα; Τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς κατὰ τοῦ Μοσχάμπαρ Ἀντιῤῥητικοῖς ἐδαδίσαμεν, πᾶσαν μὲν ἡμετέραν ἀντίῤῥησιν ἀπαραποίητον ἐν ἑκατέρᾳ τῶν βίβλων τετηρηκότες, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Καματηροῦ, ὁπόσα δὲ μέρη τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων μόνην τὴν ἐν ματαίῳ εἶχον πολυλογίαν, ἐφ' οἷς οὐδὲν εἶναι καίριον διεγινώσκομεν εἰς ἀντίῤῥησιν, ἐπιτεμόντες. Ἔχεις ἐντελῶς ἤδη ἀπαγγελθέντα σοι τὸν τῆς ἀντιγραφῆς ἅπαντα λόγον, ὃν ἡμεῖς ἰδίας τῇδε τῆς πρὸς σὲ γραφῆς ἠξιώσαμεν, ἱκανὴν τοῦ μηδὲν τὰς ἡμετέρας βίβλους ἐναντιοφωνεῖν, πραγματευσάμενοι τὴν ἐπισημείωσιν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΔΙΑΘΗΚΗ.

—

EJUSDEM TESTAMENTUM.

(Græcia orthod. tom. I.)

Multi in exsilio et carcere ex hominum vita migrantes, cum forte nihil præterea habeant de quo

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς τὸν ἴδιον καταλύοντες βίον, εἰ καὶ μηδὲν ἴσως ἕτε-

ρον ἔχουσιν, ἐφ' ᾧ ἂν καὶ διαθῶνται, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ γοῦν διαθήκης τὴν τοῦ ἐγκλήματος ἐξάρνησιν διατίθεται, ἐφ' ᾧ ἄν τις αὐτῷ καὶ τύχοι τὴν ἐξορίαν καὶ φυλακὴν καταδικασθείς· ἐντεῦθεν, οἶμαι, οὐδὲν πραγματευόμενοι ἕτερον ἢ τὸ τῆς κακουργίας, δι' ἣν οἱ πολλοὶ τὰς τοιαύτας καταδίκας ὑφίστανται, ἀποτριβόμενοι ὄνειδος. Ἐμοὶ δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ ἁμαρτωλῷ, τοῦ τε θρόνου, ὃν τοῖς ἀῤῥήτοις Θεοῦ κρίμασιν ἔλαχον, διωχθέντι, τάς τε μέχρι θανάτου ἐξορίας καταδικασθέντι, καὶ φυλακὰς οὐ μόνον μέλει οὐδὲν ἐν χρείᾳ γεγονότι πτωχῆς καὶ πενιχρᾶς διαθήκης τὸ τούτων μοι παραίτιον ἔγκλημα ἐξαρνήσασθαι, ἀλλὰ καὶ τόσον διὰ σπουδῆς ἡ ὁμολογία, ὅτι καὶ τὴν ἐπιτελεύτιον φθάνων ἀνάγκην, καὶ διατίθεμαι, καὶ ὁμολογῶ. Ὡς γὰρ τοῖς ἄλλοις εἰς ἀποσκευὴν ὀνείδους τοῦ ἐπὶ κακουργίᾳ τοῦ ἐγκλήματος ἡ ἀπάρνησις, οὕτως ἐμοὶ πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἡ ἀπολογία. Ἐπεὶ γὰρ τὸ τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὕπαρξιν φρονεῖν, καὶ πρεσβεύειν με, ἔγκλημα ἐλογίσθη μοι τῆς τοῦ πατριαρχικοῦ ἐκπτώσεως θρόνου, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ ἕως θανάτου ἐξοριῶν, καὶ φυλακῶν ἄξιον, οὐ φεύγω τὸ ἔγκλημα, οὐκ ἀπαρνοῦμαι ὡς μῶμον, ὡς ὄνειδος οὐκ ἀποσκευάζομαι, κἂν τινι ἐπάξιον ὕβρεως, ἐγὼ τοιοῦτον ὕβρεως στέφανον ἀναδεῖσθαι οὐκ ἀπαναίνομαι. Πῶς γὰρ ἂν καὶ ἀρνησαίμην ὀνειδισμὸν ἐπὶ δόγματι, ὅπερ καὶ εἰς ὀνειδισμὸν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀντιλέγοντες ἡμῖν περιτρέπουσιν; Εἰ γάρ τινα ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ, φησὶν ἡ Γραφή, τοῦτον οὐκ ἄλλον ἐγώ φημι τὸν τοιοῦτον εἶναι ὀνειδισμόν. Οἱ γὰρ ὑπὸ τῆς στενοχωρίας τοῦ τῶν Γραφῶν ἐλέγχου ἀναγκαζόμενοι τὴν δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν πατρικὸν εἶναι δόγμα ὁμολογεῖν, καὶ μηδὲ εἰς τὴν τῆς ἐκπορεύσεως ὁμωνυμίαν ὀρθοποδοῦντες, ὡς ἀπὸ τῆς αὐτῆς τῶν Γραφῶν στενοχωρίας ἀγχόμενοι, τῶν ὑποστατικὴν τοῦ Πατρὸς ἰδιότητα τὴν ἐκπόρευσιν διατρανουσῶν· ὅμως μέντοι, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἀναισχυντοῦντες λέγειν τὸ Πνεῦμα ἔχειν τὴν ἄπαρξιν παντὶ σθένει ἀνάγκης ἀποδεικτικῆς ἀπελέγχονται κατ' αὐτὴν τὴν ἐκπόρευσιν, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τὴν ὕπαρξιν, ἣν, ὡς αὐτοί φασιν, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἔχειν τὸ ἅγιον ὀργανικῶς διῆκον αὐτὸ φρονεῖν διὰ Υἱοῦ, ὡς ἐπόμενον τούτῳ συναναφαίνεσθαι τῷ φρονήματι, καὶ τὸ μέχρι λόγων ψιλῶν ἴδιον Υἱοῦ, ἀληθῶς δὲ ἀλλότριον αὐτοῦ πρεσβεύειν αὐτό. Ἐπεὶ λόγος ἔσται ὁ πείσων οὐδεὶς ἴδιον εἶναι Υἱοῦ τὸ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἤτοι δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον τὴν ἑαυτοῦ. Ὅτι γοῦν τὰ δύο ταῦτα ἐκτοπα ὡς ἀληθῶς ἀσεβήματα, ὀργανική τε ὑπηρεσία τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρὶ ἐπὶ τῇ ἐκπορεύσει τοῦ Πνεύματος, ἀλλοτριότης τε τοῦ Πνεύματος ἐξ Υἱοῦ ἀναγκαστικῶς ἀποδείκνυνται, ἐξ ὧν φασιν οἱ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, λέγοντες καὶ τὴν δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τῶν Γραφῶν ἐλέγχου στενοχωρίαν σὺν τῷ ἰδιάζοντι τῆς ἐκπορεύσεως ἀπαρνεῖσθαι μὴ ἔχοντες, εἰς ὀνειδισμὸν ἐγώ φημι τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν περιτρέπειν αὐτούς. Τί γὰρ ἂν

A testentur, nihilominus sub testamenti forma facinus abnegant, ob quod in exsilium, aut carcerem deducti sunt, eo solummodo scopo, ut maleficii probrum, cujus causa multi similes pœnas luunt, ex sese abjiciant. Mihi autem humili et peccatori, deque sede, quam ineffabili Dei judicio obtinueram, pulso, et exsiliis, et carceribus ad extremum usque spiritum condemnato, tantum abest, ut curæ sit, cum miserum egensque testamentum conficere debeam, ut malorum mihi causam, ob quod in judicium vocor, crimen abnegem, ut etiam studio id affirmem, et extrema mortis necessitate pressus, tester atque confitear. Quemadmodum enim aliis ad amolitionem dedecoris, facinoris abnegatio plurimum facit; sic mihi ad eumdem scopum responsio vertitur. Quando enim a Patre per Filium processionem Spiritus sancti, a Patre per Filium exsistentiam sentire, et asserere delictum mihi, pro quo e patriarchico solio depellerer, appictum est, dignumque exsilio et carcere, quibus tandem e vita truderer: facinus non detrecto, non inficior ut opprobrium, et dedecus non amolior, et si in quoquam infamia dignum reputatur, illius infamiæ corona cingi minime recuso. Qua enim ipse ratione dedecus pro dogmate recusarem, quod in dedecus ipsius Christi nobis adversantes convertunt. Etenim si aliquod dedecus Christi Scriptura enuntiat, hoc ipse nullum aliud esse affirmo. Illi quippe qui a Scripturarum examine veluti in angustias redacti, coguntur, per Filium processionem Patrum esse sententiam affirmare: nec recte in processionis homonymia ambulantes, tanquam ab iisdem Scripturis arctati hypostaticam Patris proprietatem processionem edicentibus, ex solo Patre inverecunde nimis, exsistentiam Spiritum habere asserentes omni necessariæ demonstrationis vi redarguuntur contra ipsam processionem. Idem enim est dicere exsistentiam, quam, ut ipsi aiunt, ex solo Patre habet Spiritus sanctus, instrumentaliter per Filium transiens, ita ut hanc sententiam consequi videatur, eosdem verbis tantum nudis proprium Filii Spiritum, re tamen vera, ab ipso alienum constituere, cum nulla fuerit ratio, quæ suadere valeat, proprium esse Filii, quod ex ipso non est, aut per ipsum propriam exsistentiam non habet. Hæc itaque duo absurda ac impia, ut verum fatear, dicta, instrumentale Patri ministerium Filii in processione Spiritus, et Spiritus ex Filio alienatio, necessarie demonstrantur ex iis, quæ dicunt, qui ex solo Patre Spiritum exsistentiam habere asserunt, et per Filium processionem, quando jam id sententiarum exacto examine fateri coguntur, cum proprietate processionis inficias ire non valentes, in opprobrium, ut ego dico, Christi ex Patre per Filium processionem convertunt. Quid enim in Christi opprobrium quispiam excogitaret iniquius, quam proprium ipsius Spiritum, qui vera ipsius est gloria, ut ipse Patris, ab eo alienare? Et quid in opprobrium Christi comminisci posset immanius,

quam ministeriale eumdem organum Patris fateri? Plane hæc Ariana sunt. Et hoc ego vitans, opprobrium non refugio, etsi non nemini dedecus videatur, ex Patre per Filium processionem, ex Patre per Filium exsistentiam tenere palamque profiteri. Hanc confessionem huic meo testamento præfigo: deinceps vero testor, non opes, non divitias, non possessiones, quibus omnibus una cum throno spoliatus sum, propriis alienisque distribuens. Sed hæc, quæ mihi nunc suppetunt, modica et dejecta iis, qui in carcere una mecum usque perstiterunt, quorum unus filii, alius administri loco est, ad arbitrium meum dispertior.

A εἰς ὀνειδισμὸν Χριστοῦ καὶ γένοιτο χεῖρον τοῦ τὸ ἴδιον αὐτοῦ Πνεῦμα, ὅπερ ἡ ἀληθὴς αὐτοῦ ἐστι δόξα, ὡς αὐτὸς τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἀλλοτριοῦν; Καὶ τί ἂν εἰς ὀνειδισμὸν Χριστοῦ καὶ γένοιτο χεῖρον τοῦ ὑπηρετικὸν αὐτὸν πρεσβεύειν ὄργανον τοῦ Πατρός; Ἀριανισμὸς πάντως ταῦτα λαμπρός. Καὶ τοῦτον φεύγων ἐγὼ τόν τε ὀνειδισμὸν οὐκ ἀναίνομαι, ἂν τινι αἰσχύνη δοκῇ τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ὕπαρξιν φρονεῖν καὶ πρεσβεύειν με, τήν τε ὁμολογίαν ταύτην τῆς παρούσης μου διαθήκης προανατάττω. Ἐφεξῆς δὲ διατίθεμαι οὐ πλοῦτον, οὐ χρήματα, οὐδὲ κτήματα. Πάντα γὰρ συναφῃρέθην τῷ θρόνῳ, οἰκείοις διανέμων καὶ ἀλλοτρίοις. Τὰ δὲ προσόντα μοι βραχέα καὶ πενιχρὰ τοῖς ἐν τῇ φυλακῇ συμπαραμείνασί μοι παισὶν, ὧν ὁ μὲν εἰς τάξιν υἱοῦ μοι λελόγισται, εἷς ὑπηρέτην δέ μοι ὁ ἕτερος κατὰ τὴν ἐνοῦσάν μοι διαμερίζω ἐπίκρισιν.

Joannes, humilis miseratione divina archiepiscopus Constantinopolitanus, sed ob verum Patrum dogma, ex Patre scilicet per Filium processionem Spiritus sancti, exsilio carcereque ad mortem usque multatus, hoc meum testamentum propria manu scripsi subscripsique.

B Ἰωάννης ταπεινὸς ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, διὰ δὲ τὸ ἀληθὲς τῶν Πατέρων δόγμα, τὴν ἐκ Πατρὸς δηλονότι δι' Υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν ἕως θανάτου ἐξορίαν καὶ φυλακὴν καταδικασθείς, οἰκειοχείρως τὴν παροῦσάν μου διαθήκην γράψας ὑπέγραψα.

ANNO DOMINI MCCLXXV

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΚΟΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΛΙΤΗΝΙΩΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΕΝΩΣΕΩΣ ΛΑΤΙΝΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΓΡΑΙΚΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΔΙΑ ΤΟΥ ΥΙΟΥ,

ΛΟΓΟΣ Α

SAPIENTISSIMI MAGNÆ ECCLESIÆ CHARTOPHYLACIS

CONSTANTINI MELITENIOTÆ

DE ECCLESIASTICA UNIONE LATINORUM ET GRÆCORUM, ET DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI PER FILIUM,

ORATIO I.

(Leo Allat. *Græc. orthod.* t. II.)

Audi, cœlum, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo[1]. Tempus siquidem est eadem cum beatissimo Moyse, licet non ex pari affectu, nec de rebus similibus, orationem exordiri. Quando qui-

C *Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου.* Καιρὸς γὰρ μοὶ τὰ αὐτὰ τῷ μακαριωτάτῳ Μωϋσῇ φθέγξασθαι, κἂν οὐκ ἐκ διαθέσεως ἴσης, οὐδὲ ἐφ' ὁμοίοις τοῖς πράγμασιν.

[1] Deut. xxxii, 1.

Ἐπείπερ ὁ μὲν ἐπὶ λαῷ παθαινόμενος ἀπειθοῦντι καὶ ἀντιλέγοντι τοῖς τοῦ Κυρίου προστάγμασιν, τὸν οὐρανὸν μαρτύρεται καὶ τὴν γῆν ἐγὼ δὲ γηθόμενος ἐφ' οἷς ἐποίησε νῦν μεγαλείοις εἰς ἡμᾶς ὁ κρείττων τε καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Καὶ ὁ μὲν ὡς ὀνειδίσων τὸν γογγυστὴν Ἰσραὴλ, ἐγὼ δ' ὡς τῷ δεσπόζοντι τῶν ὅλων ἀνθομολογησόμενος. Ἀλλὰ τίνα τὰ ῥήματα τῆς ἐν ἀγαλλιάσει πρὸς τὸν Ὕψιστον ἀνθομολογήσεως; Ἅπερ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ θεολήπτης ἀπαρχὴν τῆς πρὸς τοὺς παραπικραίνοντας ἐπιπλήξεως ἐποιήσατο. *Θεὸς, ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις. Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Δίκαιος καὶ ὅσιος ὁ Κύριος*, ὃς, ἵνα τὸ ἀπὸ τοῦδε τοῖς τοῦ προφήτου καὶ νομοθέτου προσαρμόσω τὰ ἐμαυτοῦ, σπλάγχνοις φιλανθρώποις ἐπικαμφθείς, οὐκ εἴασεν ἡμᾶς ὀπίσω τῶν οἰκείων θελημάτων πορεύεσθαι κατὰ τοὺς πολλοὺς τοὺς ἐν ταῖς παρῳχημέναις ἔμπροσθεν γενεαῖς, οἳ καὶ τὰ δοκοῦντα περὶ τοῦ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος ἑνὸς, τοῦ παναγίου καὶ ζωαρχικοῦ λέγω Πνεύματος, ἀπὸ κοιλίας ἠρεύγοντο, πλατεῖ καὶ ἀνέτῳ τῷ στόματι τὴν ἄφραστον αὐτοῦ θεολογοῦντες ἀφ' ἑαυτῶν ὕπαρξιν, καὶ λογομαχοῦντες, φεῦ! ἐπὶ καταστροφῇ τῶν Ἐκκλησιῶν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, τὸ ὀλεθριώτατον τῶν ἁπάντων καὶ ἐπικινδυνότατον, ἀλλ' ἐπισκοπῇ κρείττονι λόγου καὶ διανοίας ἐπισκεψάμενος, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις παρεκελεύσατο τοῖς πᾶσιν, *Ἐρευνᾶτε*, προτρεπόμενος, *τὰς Γραφὰς*, τοῦτο τὰ νῦν ἔργον θέσθαι σπουδαιότατον ἡμᾶς διανέστησε, τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων παρασκευάσας γραφὰς μετελθεῖν, αἷς δῆτα καὶ μετ' ἐπιμελείας ἐγκύψαντας ἀρίστως ἐπιβαλεῖν τῷ Πνεύματι καθοδήγησεν· ἐξ ὧν τὴν μέχρι τοῦδε κρυπτομένην ἀποκαλυφθέντες ἀλήθειαν κατελάβομεν, καὶ συνήφθημεν ἐν τῷ παρόντι τοῖς τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀληθῶς καὶ κατὰ Χριστὸν, οἷς δὴ πρὸ βραχέος τρόπος ἡμᾶς οἰκονομίας συνέδησεν, ἀπορραγέντας αὐτῶν διὰ κενῆς ἐκ μακροῦ, τοῦτο τοῦ Θεοῦ διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν πάντως παραχωρήσαντος ἐπ' ἀπωλείᾳ τοῦ γένους ἡμῶν.

A dem ille pro populo indolens refragante, et præceptis Dominicis contradicente, cœlum terramque in testimonium advocat; ego vero lætitia exsultans pro magnificis in nos ab eo, qui nobis melior et supra nos est, patratis : ille et te increpans Israelem obmurmurantem, ego uti rerum omnium Domino gratias acturus. Sed quænam verba fuerint erga excelsissimum illum, dum subsultamus gaudio, gratiarum actionis? Illa eadem, quæ afflatus ille Numine objurgationis adversus sui ipsius animum offendentes initium fecit : *Deus, vera opera illius, et omnes viæ ejus judicia : Deus fidelis et non est injustitia in eo, justus et rectus Dominus* [1], qui, ut inde mea ad prophetæ illius et legumlatoris verba adaptem, visceribus misericordiæ motus, B non deseruit nos, ut post voluntates proprias ambularemus, sicuti plerique qui ante nos superioribus generationibus præcesserunt, qui complacita sibi de uno supersubstantialis Trinitatis, sanctissimo inquam et vivifico Spiritu, ex ventre eructarunt, lato effrenoque ore inenarrabilem illius ex seipsis exsistentiam decernentes, et verbis contendentes, væ illis! in Ecclesiarum perniciosam destructionem, quod omnium est maxime noxium et periculosum; sed meliore rationis et intelligentiæ inspectione visitans, uti ipse Dominus in Evangeliis præcipit omnibus : *Scrutate Scripturas* [2], ante omnia et præcipue excitavit, effecitque ut nos sanctorum Patrum scripta percurreremus, illisque C non indiligenter inspectis, optimam eorum perceptionem Spiritu conduxit, et ad hæc usque tempora occultata veritate deprehensa, cum senioris Romæ asseclis vere et secundum Christum conjuncti in præsentia sumus, quibus nos paulo ante œconomiæ modus colligavit, ab eisdem temere per multum ante tempus disjunctos, hoc Deo propter innumera nostra scelera ad internecionem generis nostri permittente.

β'. Ἐντεῦθεν γὰρ πάντα συνέπεσεν ἡμῖν τὰ δεινὰ, καὶ τὰ τῆς εὐκληρίας τῆς παλαιᾶς ἀνατέτραπται, τὸ μὲν τῶν τῆς Ἄγαρ ἀπογόνων καταδραμόντων τὰς καθ' Ἕω πλείους πόλεις καὶ χώρας ἡμῶν, καὶ ταύτας ποιησαμένων ἑαυτῶν καταγώγια, ναὶ μὴν καὶ κατεχόντων ἐς δεῦρο τυραννικῶς, ὡς ἔνθα τὰ τοῦ Χριστοῦ πρότερον ἐνηργεῖτο θεῖα μυστήρια τὰ τοῦ μιαροῦ Μωάμεδ ἐκτελεῖσθαι νῦν ὄργια, καὶ τοὺς ἱεροὺς καὶ σεβασμίους ναοὺς τοῦ Θεοῦ πονηρῶν καὶ ψυχοβλαβῶν δαιμόνων εἶναι κατοικητήρια, τῷ τὴν μυσαρὰν καὶ βέβηλον τοῦ Μαχούμετ κλῆσιν ἐν τούτοις ἀνακηρύττεσθαι σφόδρα κακῶς, ἐν οἷς ποτε τὸ μέγα καὶ φρικτὸν ἀνευφημεῖτο πάνυ καλῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὄνομα· τὸ δὲ καὶ τῶν Ἰταλῶν δυσμόθεν ἐπελθόντων ἡμῖν, παρ' ὧν πρῶτα μὲν τὸ μεῖζον καὶ χειριστον, ὥνπερ ὑπέστημεν, τῆς Κωνσταντίνου, φεῦ! ἅλωσις. Ὃ τίς καθ' Ἱερεμίαν τὸν

2. Hinc enim noxæ omnes nos oppressere, et felicitas antiqua et prospera in infortunium versa est, partim quod ab Agare oriundi plerasque Orientis urbes, regionesque nostras vastaverint; D inque illis sedes et tabernacula collocaverint, et ad hanc ætatem tyrannide premant adeo, ut ubi antea Christi divina mysteria efficiebantur, nunc impuri Mahometi cæremoniæ peragantur, et sacrosanctæ et venerandæ Numinis ædes, in pravorum, et animis nocentium dæmonum habitationes evaserint, quod in illis exsecranda profanaque Mahometi appellatio proclametur, pessime profecto, in quibus aliquando magnum et terribile Salvatoris nostri nomen probissime concinebatur : partim quod Italis ex occiduis partibus in nos irrumpentibus, maximum illud ac omnium perniciosissimum pertulimus, Constantinopolitanæ, heu! urbis exci-

[1] Deut. xxxii, 4. [2] Joan. v, 39.

dium. Quis uti Jeremias in plangendis ac delacrymandis calamitatibus præcellens, solusque lamentationes infortuniis exæquare apprime eximius, nostras calamitates pro dignitate collacrymabit, et pro iis quæ nobis obvenere miserabiliter planget? Hinc subsecuta est per universam partem occiduam urbium et regionum, earumque omnium, direptio et eversio : nec alio modo, si quæ versus Orientem remanserant, impiorum Agarenorum crudelem dominatum subiere, exceptis paucis quibusdam, quæ Romani imperii antea pars minima exstitere, in magnam sortem tum nostris, qui ex plurimis paucissimi periculum vitarunt, reputatæ sunt, quibus res imperii in angustum contracta parvis concluditur terminis. Tot tantaque ardua et difficultatum plena, quorum vel sola memoria excruciat animum, ita permittente Numine perpessi sumus postquam a Romanis fratribus nos (quod utinam nunquam factum fuisset!) dissociavimus.

3. Sed nunc recens, cum prorsus nos revocari voluit, qui mortificat Deus, et rursus vivificat, in concordiam sic concessimus, ut una Christianorum Ecclesia in duas multo abhinc tempore, in Latinos nempe et Græcos, actoris malorum Satanæ improbitate divisa, rursum in unum pure conveneris, et sententiarum contrarietate omnino dispulsa, una iterum facta sit. Namque licet heri aut nudius tertius nos cum Romanis associavimus, et pacem nihil habituram insidiarum composuimus, nihilominus aliqui eos quasi in pietate integros nondum sibi in antiquam concordiam redegerunt, quod necdum de Spiritu sancto sacræ Patrum voces omnibus, quemadmodum nunc, innotuerant. Sed quis narrabit potentias Domini, auditas faciet laudationes ejus, quas in generationes et generationes operatus est, et nunc etiam operatur? Quis multijugam illius sapientiam enuntiabit, qua ille nostra ordinans, providentia sibi nota plane dirigit? Cum enim aliquando, uti illi complacitum fuit, misericordiarum Pater, et totius consolationis Deus, propter divitem illius in nos misericordiam, duos magnos et præclarissimos Ecclesiæ oculos a se invicem a multo tempore male disjunctos denuo bene convenire constituit, ut una in fidei firmamento ambularent, et in faciem universæ terræ resplenderent, et fulgoris immensitate reliquæ piorum gentes discernerent, non statim nec repente, licet momento temporis omnia possit, sed veluti in primæva rerum universarum creatione, sic et nunc paulatim sibi beneplacita complet.

4. Et primum quidem pacem inter nos ipsos, quam vel auribus percipere a multo tempore non potuimus, pacis princeps et pater indicit, in eam pluribus sæpenumero animos nostros accersens, et concordiam cum Romanis, in quibus Deum colimus, nonnullos minime capere conspiciens, tanquam præoccupatos cognitione, propter ea quæ majores nostri contentiosis et litigiosis disputationibus, non

πολὺν ἐν ὀδυρμοῖς τε καὶ δάκρυσι, τὸν καὶ μόνον ἐξισοῦν εἰδότα τοὺς θρήνους τοῖς πάθεσι, τὴν ἡμετέραν τηνικαῦτα κατ' ἀξίαν ἀποκλαύσεται συμφοράν, κἀπὶ τοῖς συμβᾶσιν ἐλεεινῶς ὀλοφυρόμενος; κόψεται; Μετὰ δὲ τοῦτο κατάσχεσις τῶν ἀνὰ πᾶσαν ἑσπέραν πόλεων καὶ χωρῶν, καὶ τούτων ἁπασῶν, τῶν μὲν κατασκαφή, τῶν δὲ πόρθησις· ὡσαύτως καὶ τῶν εἴ τι; ἐναπελείφθη πρὸς ἀνατολὰς τοῖς ἀθέοις Ἀγαρηνοῖς, πλὴν τινῶν εὐαριθμήτων, εἰ καὶ τῆς βασιλείου πρώην ἐπικρατείας μέρος οὖσαι βραχύτατον, εἰς κλῆρον μέγαν γεγόνασι τότε τοῖς καθ' ἡμᾶς λίαν ὀλίγοις ἐκ πολλῶν κομιδῇ διαφυγοῦσι τὸν κίνδυνον, οἷς καὶ περιέστη τὰ τῆς ἀρχῆς ἐς στενὸν οὐτωσί, μικροῖς ὁρίοις περιγραφόμενα. Τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα τὰ δυσχερῆ τε καὶ μεστὰ χαλεπότητος, ἃ καὶ νῦν εἰς μνήμην ἰόντα πλήττει μου τὴν ψυχήν, κατὰ θείαν παραχώρησιν ὑπηνέγκαμεν, διαζευχθέντες τῶν ἀπὸ Ῥώμης ἀδελφῶν, ὡς μὴ ὤφελεν.

γ'. Ἀλλὰ τούτοις ἀρτίως, ἡνίκα τέλεον ἡμᾶς ἐπαναχληθῆναι τεθέληκεν ὁ θανατῶν Θεὸς, καὶ πάλιν ζωογονῶν, εἰς ὁμοφροσύνην συνεληλύθαμεν, ὥστε τὴν μίαν τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαν εἰς δύο πάλαι διαιρεθεῖσαν εἴς τε τοὺς Λατίνους καὶ τοὺς Γραικοὺς ἐπηρείᾳ τοῦ ἀρχεκάκου Σατὰν, παλινδρομῆσαι πρὸς τὸ αὐτὸ καθαρῶς, καὶ μίαν αὖθις γενέσθαι, τὸ δίχονοεῖν ἀποβαλοῦσαν παντάπασιν. Εἰ γὰρ καὶ χθὲς καὶ πρότριτα πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ ἡμεῖς κατηλλάγημεν, καὶ φίλια φρονεῖν πρὸς αὐτοὺς συνεθέμεθα, πλὴν ἀλλ' οὔπω τινὲς προσήκαντο τούτους, καὶ ὡς ὑγιαίνοντας τὴν εὐσέβειαν, ὅτι μηδ' οὕτως αἱ περὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἱεραὶ φωναὶ τῶν Πατέρων ἀνακεκαλυμμέναι τοῖς πᾶσιν ἦσαν, καθάπερ καὶ νῦν. Ἀλλὰ τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ, ἃς κατὰ γενεὰς καὶ γενεὰς εἰσέτι καὶ νῦν ἐργάζεται; Τίς τὴν πολύτροπον αὐτοῦ σοφίαν ἐξείπῃ, μεθ' ἧς διεξάγων εὐθύνει σαφῶς τὰ ἡμέτερα λόγοις οἷς ἐπίσταται διοικήσεων; Ἐπείπερ γάρ ποτε καὶ ηὐδόκησεν ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως διὰ πλούσιον αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς ἔλεος τοὺς δύο μεγάλους τῆς Ἐκκλησίας καὶ περιφανεῖς ὀφθαλμοὺς ἀλλήλων ἐκ παλαιοῦ διαστάντας κακῶς, συνελθεῖν αὖθις καλῶς, ὥστε συνοδεύειν ἐν τῷ τῆς πίστεως στερεώματι, καὶ λάμπειν ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς, ὅπως ἂν τῷ δασεῖ τῆς αἰγλης εἰλικρινέστερον ὁρῷεν τὰ λοιπὰ τῶν εὐσεβούντων ἐθνῶν, οὐχ οὐθὺς οὐδὲ παραχρῆμα, καίπερ ἐν ἀκαρεῖ τὰ πάντα δυνάμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἀρχῇ τῆς τῶν ὄντων συστάσεως, οὕτω καὶ νῦν κατὰ μικρὸν τὰ τῆς βουλήσεως ἐκπληροῖ.

δ'. Καὶ πρῶτα μὲν εἰρήνην ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, ἣν ἀκοῦσαι συχνὸς ἐξ ὅτου χρόνος οὐκ ἔσχομεν, ὁ τῆς εἰρήνης ἄρχων λαλεῖ καὶ Πατὴρ παρακαλέσας εἰς ταύτην πολλὰ πολλάκις τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, καὶ τὴν ἐφ' οἷς τὸ Θεῖον πρεσβεύομεν μετὰ τῶν Ῥωμαίων ὁμόνοιαν μηδέπω χωροῦντας ἐνίοις εἰδώς, ἅτε προκατειλημμένοις τὴν γνῶσιν, ἐξ ὧν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐριστικῶς ἅμα καὶ φιλονείκως, οὐκ ἀποδεικτι-

κῶς οὐδὲ φιλαληθῶς κατὰ τούτων συνέγραψαν. Καὶ διὰ τοῦτο πᾶν τοὐναντίον περὶ αὐτῶν φρονοῦντας καὶ λέγοντας, σπείσασθαι τῷ τέως παρασκευάζει τούτοις ἡμᾶς ἐπὶ συμβάσεσι μηδέν τι τὸ παράπαν ἐπικοινωνοῦσαις τοῖς ἱεροῖς δόγμασιν. Ἵνα τί γένηται, καὶ τίνα τρυγήσῃ τὴν ἐπικαρπίαν ἐντεῦθεν, ὁ πάντα προνοίας μέτροις ἐπιστατῶν ; ἵνα καιροῦ καλοῦντος, τοιούτοις εἰς τὴν πρὸς αὐτοὺς ἡμᾶς λαβὼν ἡμερότητα, καὶ τὴν ἔνδον γαλήνην τῶν λογισμῶν οἷα τῆς κατὰ τούτων ἐνούσης ἡμῖν ἀρχαίας κακίας ἀποσκορακισθείσης τοτέλεον, ῥᾳδίως ὑπαγάγῃ τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ τὴν κατ' εὐσέβειαν οὕτως ἕνωσιν ἀπεργάσηται, τὰ περὶ τοῦ δόγματος, ὡς ἔχει, κατὰ λεπτὸν εἰς τὸν ἡμέτερον νοῦν ἐμβαλών, ἐξ ὧν οἱ τοῦ Πνεύματος ἐν διαφόροις γραφαῖς αὐτῶν θεολογοῦντες ἐφιλοσόφησαν.

ε'. Ταῦτ' ἄρα καὶ τοιαύτας ὁ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν οἰκονόμος πόῤῥωθεν, ὥσπερ ἀεὶ νόμος αὐτῷ, προκαταβάλλει τὰς ἀφορμὰς, τὸν θεοστεφῆ καὶ μέγιστον ἡμῶν αὐτοκράτορα τοῦ ἔργου τούτου θερμὸν ἀντιλήπτορα προστησάμενος, ὃς οἷον τὸν ζῆλον καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἐνεδείξατο, τίς ἱκανὸς τῷ λόγῳ περιλαβεῖν ; οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐν τούτοις ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ καρτερίαν οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἰσχὺς ἔσται διεξελθεῖν. Οὐ γὰρ ὁμοῦ τε προσετάγη θεόθεν ὑπηρετῆσαι τῷ λειτουργήματι, καὶ ὁμοῦ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐντειλάμενος ἠρκεσεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ὑπολάβοι τὴν ἄνωθεν αὐτῷ δοθεῖσαν ἐξουσίαν ἀποσκοπῶν, ἀλλὰ πάντας σχεδὸν ἀνθισταμένους εὑρὼν, καὶ ὅτι χρόνος μακρὸς ἀφ' οὗ τὰ τοῦ σχίσματος, ὡς νόμον τὸ παράλογον ἔθος τοῦτο κρατύνειν ἐθέλοντας, τῇ τούτων ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνει, καὶ μακροθύμως μετέρχεται τὰ τοῦ πράγματος. Καὶ νῦν μὲν πείθειν ὁ βασιλεὺς τοὺς ὑπηκόους ἐπιχειρεῖ, νῦν δ' ἀνέχεται τῶν ὑπὸ χεῖρα μεγαλοφρόνως ὁ δεσπότης ἀντιλεγόντων αὐτῷ, τοῦτο μὲν τῇ οἰκείᾳ κανταῦθα συνήθως χρηστότητι χρώμενος, τοῦτο δὲ καὶ διακρίσει διδοὺς ἑαυτὸν, οἷς ὅτι τὸ τῆς ἔχθρας μεσότοιχον πολυετές τε καὶ μακροχρόνιον, ἐξ ὧν καὶ πάντα τρόπον ἐπείγεται γενέσθαι τῆς εἰρήνης ὑμᾶς. Ἐν τούτῳ τοῦ σκοποῦ διημερεύων ἀεὶ, καὶ νύκτας ὅλας ἄγρυπνος διαχαρτερῶν, ἕως εἰ καὶ μὴ πάντας, ἐπεὶ μηδὲ πάντων ἡ γνῶσις, καὶ τοῦ λυσιτελοῦντος ἡ κατανόησις· τὸ γοῦν πλεῖστον καὶ κράτιστον μέρος τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματος συναγαγὼν εἰς ταυτὸ, καὶ μιᾶς γνώμης τε καὶ βουλῆς τούτου ἀπεργασάμενος τῇ τοῦ εἰρηνάρχου Χριστοῦ συνεργείᾳ καὶ χάριτι, τὴν μετὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας εἰρήνην θεοφιλῶς ἐκτετέλεκεν. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὸν ἡμέτερον αὐσονάρχην τὸν θεοστεφῆ τε καὶ θεομεγάλυντον, ὅπως θερμότατα λίαν ἀγωνισάμενος μεθ' ὅσης τε τῆς κατὰ ψυχὴν διαπύρου, καὶ συντομωτάτης ὁρμῆς, καὶ μεθ' οἵας τῆς ὑπομονῆς καὶ μεγαλοψυχίας τὴν εἰρήνην κατώρθωσεν, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν καιροῦ. Μόλις γὰρ ἂν καὶ ἰδίᾳ τις πραγματείᾳ τὰ περὶ τούτων παραστήσειε τρανῶς.

demonstrationibus, vel veritatis amore adversus Romanos concinnarunt, propterea que oppositum omne de iis sentientes, et obloquentes, prius hos nobiscum ad pactionem adigit iis conditionibus, quæ cum sacro dogmate nihil haberent commune. Quo tandem scopo, et quem inde fructum decerpturus, omnia providentiæ mensura gubernat? Ut tempore postmodum opportuno, ita affectos nos assumens, in mansuetam et internam cogitationum tranquillitatem, nostro adversus eos antiquo odio prorsus dissoluto, facili negotio deduceret, et sic pietatis unionem absolveret, rebus dogmatis, uti se habent, paulatim in nostram mentem immissis, occasione sumpta ex iis, quæ Spiritui dediti scriptionibus suis variis philosophati sunt.

5. Hæc itaque, nec absimiles nostrorum animorum dispensator, eminus, uti ipse suevit, causas projicit, per Deum coronato, maximoque nostro imperatore hujusce operis fervido protectore constituto, qui quantum zelum, et pro pace ardorem ostenderit, et curam posuerit, quis potis fuerit sermone exprimere? Imo ipsius supra humanas vires assidua studia verbis prosequi nemini omnium fas fuerit. Neque enim simul divinitus imperium accepit, ut ministerio asserviret, et simul subditis præcipiens, veluti si quis in datam sibi desuper auctoritatem respiciens, mandata exsecutus est: sed cum omnes fere sibi adversari comperisset, et, quod jam tempus longum præteriisset, ex quo dissidium exortum fuerat, absurdam hanc consuetudinem æque atque legem stabilire conarentur, ad eorum infirmitatem ac nutum totum se fingit et accommodat, et toleranter nimis negotium conficit. Et nunc quidem sibi obnoxios imperator blande illicere aggreditur: nunc eorum qui sub illius potestate erant, Dominus non absque animi magnitudine adversos conatus sustinet, partim propriam etiam in hoc pro more suo bonitatem usurpans, partim discretione multa metiens, quod simultatis atque inimicitiæ interstitium per multos annos et diuturnitate sua obduruerat. Quare modis omnibus et sedulo studio ad conciliandam nobis pacem convertitur, in hoc proposito continuo integros dies insumens, et noctes integras insomnes ducens, donec, etsi non omni, neque enim omnium cognitio, neque utilis comprehensio est, majore ac potiore ecclesiastici complementi parte in unum coacta, et Christi pacis auctoris ope et gratia eorum consiliis sententiisque ad suam voluntatem adductis, cum Romana Ecclesia pacem, uti Deo placuerat, absolvit. Sed quomodo imperator hic noster, qui a Deo coronatus est, et sua incrementa suscepit, vehementissima incitatione et ardore insatiato decertaverit, et quam fervido, et contentioso animi impetu, et qua tolerantia et magnanimitate pacem perfecerit, non est præsentis temporis scribere. Vix enim et singulari quispiam de hisce tractatione, omnia perspicue memoraverit.

6. Dei porro mirabilia qui illum ad hæc impulit, ad quæ supra orationem converteram, undenam mihi sermonum fontes erumpent et cognitionis venæ recludentur, ut, etsi non pro dignitate, hæc enim et mentem et cogitationem exsuperant, humana nihilominus lingua et intellectu congruenter commemorem, et non tantumdem ab eorum magnitudine cadam, quantum aliis, qui infra terram obambulant, et sensibus asserviunt, inferior sum? Non prorsus aliunde mihi obveniet, quam a Spiritu, vitam demortuis inspirante, dum, ut cum Isaia eloquar, impura labia circumferam et multis peccatorum sordibus obruar, benignitati tamen illius fidens, quod propter misericordiarum pelagus Numen peccatores non aversatur, si ad ipsum rursus conversi animo inclinemur, indeque os reserans, ut Deiparens David canit, odorem attraham, iterumque Christo, indeque enata gratia complear, qua uti carbone nutritus, et corde atque sensibus depurgatus, ascensiones in ipso disponam, et cum divino præcone Paulo narrabo sapientiam multos annos absconditam, quam auctoritate qua est, occulta revelans Deus per hæc media dignis alio atque alio tempore retegens, uti qui examinandis libris animum addixit, ex multis addiscere valet, extremis hisce diebus nobis omnibus per divinarum Scripturarum expositionem manifestavit, inde nobis comparans et perfectiorem et absolutiorem, quam antea unquam fuerat, communionem. Uti siquidem est Rex regum et Dominus dominantium Deus, sic per eum, qui nunc et merito imperium moderatur, et quem invenit æque atque Davidem, vere hominem juxta cor suum, discissa ab antiquo tempore Ecclesiæ Christi membra in unum probe conjungens, in vinculo charitatis pacem primum firmavit.

7. Oportebat igitur non multo post et universum circa nos suæ providentiæ mysterium manifestari, ostendique Romanam Ecclesiam in pietatis sanctitate nihil a nostra differre. Quid ergo ille operatur, et quomodo vere admirabilia et occulta sua consilia in lucem producit? Ex iis, qui antea rem oppugnabant, virum tum doctrina, tum dicendi vi in ecclesiastico cœtu facile principem (gradus enim et ordinis vel mentionem inducere nos haud paratos, prorsus supervacaneum duco), ut quondam magnum Paulum excitat, non pacem solummodo denuntiantem, et reliqua omnia bona, quæ post pacis præconia ex sacris Scripturis collegit, dum non uti alii multi in facto substitit, neque tantum in ea bene promovenda acquievit, sed curiosa mentis indagine sanctorum Patrum scripta exponens, ad ulteriora illius processit, et finem eorum quæ examinabantur apprehendens, complementum paci secundum Christum vere sincereque apposuit. Hunc adversæ partis antea, zelo ad honesta quæque prorsus bono, tum etiam propugnatorem agnitum, qui prævidet omnia ante quam fiant prædeς'. Τὰ δὲ τοῦ κινήσαντος αὐτὸν εἰς τοῦτο Θεοῦ, πρὸς ἃ καὶ ἄνωθεν ὥρμημαι, πόθεν μοι πηγαὶ ῥαγήσονται λόγων, καὶ φλέβες ἀναστομωθήσονται γνώσεως, ὡς ἂν, εἰ καὶ μὴ κατ' ἀξίαν, ὑπερβαίνει γὰρ ταῦτα πάντα νοῦν καὶ διάνοιαν, ὅμως ἀνθρωπίνῃ γλώττῃ καὶ φρενὶ καταλλήλως ἐκδιηγήσωμαι, καὶ μὴ παρὰ τοσοῦτον ἀπολειφθῶ τῆς τούτων μεγαλειότητος παρ' ὅσον ἑτέρου τῶν κάτω βαινόντων καὶ δουλευόντων αἰσθήσει φαίνεσθαι δεύτερος; Οὐκ ἄλλοθεν πάντως ἢ παρὰ τοῦ καὶ τοῖς νεκροῖς ζωὴν ἐμπνέοντος Πνεύματος, ὅπερ εἰ καὶ καθ' Ἡσαΐαν εἰπεῖν ἀκάθαρτα χείλη περιφέρω, καὶ πολὺν ἁμαρτιῶν ἐπισύρομαι βόρβορον, ἀλλ' οὖν τῷ φιλαγάθῳ τούτῳ θαῤῥήσας, ὅτι μηδ' ἀποστρέφεται τὸ Θεῖον τοὺς πλημμελοῦντας διὰ πέλαγος οἰκτιρμῶν, μόνον ἂν πρὸς αὐτὸ καὶ πάλιν ἐπιστρεφόμενοι νεύωμεν, κἀντεῦθεν ἀνοίξας τὸ στόμα, καθά πού φησιν ὁ θεοπάτωρ Δαυΐδ, ἑλκύσω τὴν εὐωδίαν, τὸ τῆς Γραφῆς εἰπεῖν, καὶ αὖθις Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν οὕτως ἐμπλησθήσομαι χάριτος, δι' ἧς ὡς δι' ἄνθρακος ᾠμισθέντος μοι, τήν τε καρδίαν καὶ τὰ αἰσθητήρια καθαρθείς, ἀναβάσεις ἐν αὐτῇ διαθήσομαι, καὶ λαλήσω, κατὰ τὸν θεοκήρυκα Παῦλον, σοφίαν τὴν ἔτεσι πλείστοις ἀποκεκρυμμένην, ἣν ὁ κατ' ἐξουσίαν ἀποκαλύπτων βαθέα Θεὸς διὰ μέσων τούτων τοῖς ἀξίοις παραγυμνώσας κατὰ καιροὺς, ὡς ἔνεστι τῷ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν βίβλων προστετηκότι μαθεῖν ἐκ πολλῶν, ἐπ' ἐσχάτων τούτων ἡμερῶν πᾶσιν ἡμῖν διὰ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἀναπτύξεως ἐφανέρωσε, πρὸς ἐντελεστέραν ἔνθεν ἡμᾶς κοινωνίαν, καὶ μείζονα τῆς πρώτης μεταχαλούμενος. Ὡς γὰρ ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων Θεὸς, οὕτω διὰ τοῦ νῦν βασιλεύοντος ἐπὶ γῆς ἀξιοπρεπῶς, ὃν εὗρεν ὡς τὸν Δαυΐδ ἀληθῶς ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, τὰ διερῥωγότα τὸ παλαιὸν μέλη τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ συνάψας καλῶς ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης τὴν εἰρήνην καταρχὰς ἐπρυτάνευσεν.

ζ'. Ἔδει δὲ ἄρα μετ' οὐ πολὺ καὶ τὸ πᾶν τῆς περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ προμηθείας ἀποκαλύψαι μυστήριον, καὶ δεῖξαι τὴν τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν τῆς ἡμετέρας κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον μηδὲν διαφέρουσαν, τί ποιεῖ, καὶ πῶς εἰς φῶς ἐξάγει τὰ τῆς θαυμασίας τῷ ὄντι καὶ κρυφίου ταύτης βουλῆς; Ἐξ αὐτῶν τῶν πρώην ἀνθεστηκότων ἄνδρα τὸν τὰ πρῶτα φέροντα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμηγύρεως ἐπί τε σοφίᾳ καὶ λόγοις αὐτοῖς, τὸν γὰρ τοῦ βαθμοῦ καὶ τῆς τάξεως καὶ μνησθῆναι κομιδῇ περιττὸν, ἐξαίφνης ὡς ποτε τὸν μέγαν Παῦλον ἀνίστησιν, οὐκ εἰρήνην εὐαγγελιζόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο πᾶν ἀγαθὸν, ὅπερ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν μετὰ τὸ ταύτην ἐπαινέσαι συνέλεξεν, ἐπεὶ μηδ' ἐναπέμεινεν ὡς οἱ πολλοὶ τῷ γεγονότι, μηδὲ στῆναι μέχρι τῆς οἰκονομίας τῆς καὶ αὐτῆς καλῶς προβάσης ἠγάπησεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ νοὸς πολυπραγμοσύνῃ τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐξηγήσας γραφὰς, ἐπὶ τὸ πλέον ταύτης διέβη, καὶ τὸ τῶν ζητουμένων τέλος καταλαβὼν τὸ πλήρωμα τῆς κατὰ Χριστὸν εἰρήνης, ὡς ἀληθῶς διεπράξατο. Τοῦτον καὶ τῆς ἐναντίας μοίρας πρὸ τοῦδε τῷ περὶ τὰ καλὰ πάντως ζήλῳ καὶ τότε

γνωριζόμενον πρόμαχον, ὁ προειδὼς πάντα πρὶν γενέτεως αὐτῶν προώρισεν ἀρχιερατικῶς ἐν τῷ παρόντι προστῆναι τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ δοῦναι πίστιν περὶ τῶν προκειμένων ὑμῖν ἐξ ὕψους ἀποκαλυφθέντα τήν τε διάνοιαν καὶ τὸ βάθος τῶν θείων Γραφῶν, ἀρχηγοῦ κἀνταῦθα τοῦ κραταρχοῦντος ἡμῶν χρηματίσαντος, ὃς πρῶτος καὶ μόνος ἔβαπτε μὲν ἀρχῆθεν τῆς ἀληθείας αὐτὸς, ὡς ἐκ τῶν ὕστερον τούτων ἐγνώκαμεν, οἰκοθεν, μᾶλλον δὲ θεόθεν μαρμαρυγάς τινας φωτισμοῦ περὶ ταύτης δεχόμενος, οὐκ εἶχε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῖς ἐκλάμψαι τρανῶς, ἅτε μηδ' εὐπορῶν ὅλως τοῦ συγκροτοῦντος ἐπὶ τούτῳ, καὶ συναρήγοντος· ἀμέλει τοι καὶ γραφικὰς ἀπορίας ἐν τῷ μέσῳ προτείνων, καὶ τὰς αὐτῶν λύσεις πάντοθεν εἰσπραττόμενος, ὅτι μὴ τὸν ἰσχύοντα συμβιβάζειν τὸν νοῦν τοῦ γράμματος εὗρισκε, τοῦ μὲν κατὰ σκοπὸν πρὸς μικρὸν ἀνεκόπτετο, τῆς δὲ τῶν Γραφῶν ἐρεύνης οὐκ ἀφίστατο τέλεον, τοῦ Θεοῦ πάντως αὐτὸν εἰς τοῦτο παραβιβάζοντος, ἵνα τὸ φέγγος τῆς ἀληθείας ἐκ τοῦ συνεχῶς ταύταις ἐνασχολεῖσθαι καὶ τοῖς τῶν ἀντιλεγόντων ἐναστράψειεν ὄμμασιν, ὅπερ δῆτα καὶ οὐκ εἰς μακρὰν γέγονεν. Ὁ γάρ τοι τὸν πρώην ἐκεῖνο ζῆλον πολὺς μετὰ βραχὺ θεόθεν καὶ αὐτὸς ἐμπνευσθεὶς τὴν θείαν ἐπιμελῶς προτεθύμηται Γραφὴν διελθεῖν, ἣν καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐπισκεψάμενος ἐπίστησε τὸν νοῦν πολλαχοῦ, καὶ τοῖς λογισμοῖς ἐμβαθύνας, τῆς τε τοῦ δόγματος ἀκριβείας ἐφίκετο, καὶ τοῖς πᾶσιν εἰς τοὐμφανὲς τὴν τῶν ἀδήλων γνῶσιν κατέστησεν, τὸν ζῆλον δεόντως πρὸς τοὐναντίον μεταβαλὼν, καὶ θερμότερον ἐνταῦθα τοῦτον ἤπερ ἐκεῖσε κτησάμενος, ὅσον καὶ μεγίστην ἐκ τῶν γραφικῶν μαρτυριῶν τὴν πληροφορίαν ἐπλούτησε. Καὶ νῦν τῶν λογικῶν Χριστοῦ προβάτων ποιμὴν γεγονὼς, διδάσκαλος τῆς ἀληθείας ἡμῖν ἀναδείκνυται. Δι' οὗ καὶ πρὸς ζήτησιν τῶν ἱερῶν λογίων πάντας τοὺς ὀλιγώρως αὐτῶν τὸ πρότερον ἔχοντας διεγείρας, ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων Θεὸς πλὴν ὀλίγων τινῶν, ἐπειδὴ καὶ τῆς κακίας μεῖναι κατάλειμμα, καὶ ἐν τῷ παρόντι τὸ πᾶν τῆς ἰσχύος αὐτῇ πᾶσαν θεόπνευστον Γραφὴν, τὴν ἐς δεῦρο μηδὲ γινωσκομένην πολλοῖς, εἰ μὴ τὰ πλείω ταύτης εἰδέναι φαίη τις ἐξ ὀνόματος, εἰς τὸ μέσον παρήγαγε, καὶ παρρησίας ταύτην ἀπολαύειν ἠξίωσεν. Ἐξ ἧς ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία, βαβαὶ τῶν ἀφάτων τοῦ Θεοῦ δωρεῶν! διεγνώσθη πρεσβεύειν ὀρθῶς, καὶ κατὰ τὸν νοῦν τῶν ἁγίων Πατέρων φρονεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ πᾶσα σκανδάλου πρόφασις ἡμῖν περιῄρηται, καθάπερ ἱστὸς ἀράχνης διαλυθεῖσα, καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντήσασα. Τὰ δὲ τῆς εἰρήνης περιπολεῖ προφανῶς, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόντα διαστάσεως πρόξενον· ἐπείπερ οὓς ἐναντιογνωμονεῖν ὑμῖν κατὰ τὸ σέβας πρὶν ὑποπτεύοντες ὡς ἐχθροὺς ἀσπόνδους ἀπεσειόμεθα, τούτους ἀρτίως ὁμοδόξους εἶναι κατανενοηκότες, ναὶ γὰρ ὁμοδόξους ἡμῖν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων καλῶ, καὶ καλῶν οὐδέποτε παύσομαι, εἰ καί τινες ἢ κακίᾳ στοιχοῦντες, ἢ καὶ ἀγνοίᾳ καθυπαγόμενοι διαῤῥήγνυνται, στέργομεν ὡς ἀδελφοὺς, καὶ καθάπερ οἰκεῖα μέλη πρῶτά τε καὶ τιμιώτερα

terminavit, in præsentia uti præsulem addecet, Ecclesiæ suæ antistare, et de propositis nobis, ex alto et sententias et divinarum Scripturarum profunda edoctum fidem facere, in his quoque nostro imperatore principem locum occupante, qui primus solusque a principio non extra veritatis limites incedebat, uti ex iis quæ secuta sunt, didicimus, de propriis, imo ex Numine radios quosdam illuminationis pro hac ipsa accipiens, licet aliis præclare lumen addere non posset, tanquam qui in hoc negotio, qui sibi opem auxiliaque deferret, nullum habebat : sedulo tamen ex scriptis petitas difficultates proponens in medio, earumque solutiones undequaque conquirens, cum qui sententiam scripto adaptaret non reperiretur, a proposito sibi scopo minimum deflectebat, sed a Scripturarum investigatione non recedebat, Deo prorsus ipsum in id promovente, ut veritatis lumen ex continua earum inquisitione contradicentium oculos illuminaret, quod tandem nec multo post exitum habuit. Qui namque primo illo zelo invalescebat, paulo post ipse quoque Numine afflatus, divinam diligenter Scripturam percurrere sibi in animo posuit, quam et hac ratione meditans, multis in locis animum fixit, et considerationibus profunda expiscans, accuratam dogmatis notitiam habuit, et omnibus in apertum haud ita rerum patentium cognitionem communicavit, zelum in contraria convertens, et eo fervidiorem hic quam ibi consecutus, quo et longe maxima ex scriptis testimoniis certitudine ditaretur. Et nunc ratione præditarum Christi ovium pastor effertus, veritatis magister nobis innotescit, per quem et ad sacrorum Eloquiorum investigationem omnes, qui illis examinandis se negligenter tradebant, excitans, qui facit omnia et transmutat Deus, paucis quibusdam exceptis, quando et improbitatis reliquias permanere oporteat, et præsenti hoc tempore vim illius omnem adaperiens, universam divinitus inspiratam Scripturam ad hæc usque tempora multis non agnitam, ni illius pleraque quispiam scire nomine tenus præsumpserit, in medium adduxit, fecitque, ut illa confidenter et libere inter homines versaretur. Qua Romana Ecclesia, papæ inenarrabilium Dei donorum ! recte sentire, et ad mentem sanctorum Patrum decernere dijudicata est : indeque totius scandali occasio, uti araneæ tela dissoluta et ad nihilum deducta, sublata est, et pax aperte familiarissimeque congreditur, nullam exhibens causam, quæ dissidium afferat, cum quos alia atque nos circa cultum tenere antea suspicati, quasi hostes irreconciliabiles a nobis repellebamus, eos nunc ejusdem cum nobis esse sententiæ agnoscentes, sic enim Romanæ Ecclesiæ assecias nuncupo, et semper in posterum nuncupandi nullum finem faciam, licet nonnulli aut improbitati addicti, aut ignorantia distracti, dirumpantur, uti fratres diligimus, et veluti propria membra prima, et aliis honoratiora amplectimur, parum curantes de iis, qui ex propriis de dogmate

decernere audent, tanquam qui vere vana atque inania conantur, et non insistunt sanctorum Patrum vestigiis, qui sanctissimo Spiritu tum ob carnis puritatem, tum ob mentis sinceritatem afflati, optima quæque et pro dignitate tradiderunt.

8. Hæc, Deus universi conditor, tua erga nos, qui in sæculorum fine plane pervenimus, miracula (sic non cessasti de iis, quos propriis tuis manibus effinxisti, modis omnibus benemereri, tuamque curam nobis ostendere), quæ nunquam deprehenderunt nostri majores, sive erga divinas Scripturas ignavia, sive etiam erga Latinos simultate. Multa etenim sunt, quæ inter nos et illos dissidia concitarunt, et nobilior animi pars, si insitas inimicitias habet, conturbata in veritate ipsa cæcutit. Hæc tu nos in præsentia probe, et utiuti sunt, addiscere tuo beneplacito effecisti, et argumenta rerum aliter exorsus, quæ tua est varia ac multiplex sapientia, et tuæ cognitionis profunditas, alium finem et exitum habere sed multo meliorem præparasti, et longe disjunctissimos ac dispersos vere in unum collectos, in unum ovile deduxisti. Et rursus ecce unus grex nos omnes ex variis diversisque nationibus conflatus, cujus pastor Christus est, unigenitum tuum Verbum, qui nostram formam uti nos ipsi propter viscera misericordiæ tuæ suscepit, pro quibus quæ tandem tibi gratiarum actiones reponentur ? quam etiam tibi debitam a nobis benevolentiam reddemus, qui bonis omnibus refertus es, et omnem gratiam exsuperas, et rerum humanarum, omnibus abundantissime affluens, plane non indiges ? Non utique possumus ob ea, et quæ nunc peregisti, gratiam infra etiam dignitatem reponere, eoque potissimum, quod ad dicendum minime idonei sumus, cum etiam si cœlestem aut supercœlestem vocem consequeremur, neque tum solvendo erimus. Sic, omnipotens et sublimissime Domine, tuorum in nos beneficiorum magnitudo sermone omni potior est. Sed hæc de hisce satis superque. Neque enim ad hæc comprobanda luculentiore oratione mihi opus est.

9. Postquam vero addecentem Deo gloriam, uti fieri potuit, de rebus gestis exhibuimus, et ingentium in nos beneficiorum mentione inducta, et illius ad hæc usque tempora mirabilibus humano generi denuntiatis, par esse videtur nunc demum et orationem in eos convertere, qui non eadem quæ nos tenent, et zelum habent sed non ex cognitione, ut divinus Apostolus ait, quorum quidam sanctorum Patrum voces audientes, non tamen percipientes insitam in illis sententiam, sed temere eas intelligentes, pacem adeo probe Ecclesiarum divina ope factam calumniantur et criminantur, et loca per omnia pererrantes de nobis maleloquuntur, cum sint eorum de quibus determinant ignarissimi.

A τῶν ἄλλων ἐνστερνιζόμεθα, βραχέα τῶν οἰκοθεν κατατολμώντων δογματίζειν ἄρτι φροντίζοντες, ἅτε κενεμβατούντων ὡς ἀληθῶς, ἀλλὰ μὴ τοῖς θεοφόροις κατακολουθούντων Πατράσιν, οἱ τῷ παναγίῳ Πνεύματι διά τε καθαρότητα σαρκὸς καὶ νοὸς εἰλικρίνειαν ἐμπεσόμενοι, κάλλιστα καὶ πρὸς ἀξίαν ἐθεολόγησαν.

η'. Τοιαῦτα, θεὲ δημιουργὲ τοῦ παντὸς, καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς σου τεράστια τοὺς εἰς τὰ τέλη τῶν αἰώνων σαφῶς καταντήσαντας (οὕτως οὐ διέλιπες, οὓς χερσὶν ἰδίαις διέπλασας παντοίως εὐεργετῶν, καὶ τὴν οἰκείαν κηδεμονίαν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος), ἅπερ οὐ συνεῖδον οἱ πρὸ ἡμῶν ἢ ῥαστώνῃ τῇ πρὸς τὰς θείας Γραφὰς, ἢ καὶ τῇ πρὸς τοὺς Λατίνους ἐναντιότητι. Πολλὰ γὰρ τὰ μέσον ἡμῶν τε κἀκείνων B τὴν διαμάχην κατεργασάμενα, καὶ φιλεῖ συνθολοῦσθαι δι' ἔχθραν τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, μὴ συνορῶν τὴν ἀλήθειαν. Ταῦτα τὸ παρὸν ηὐδόκησας καταμαθεῖν ἡμᾶς εἰς ἀκρίβειαν, καὶ τὰ τῆς ὑποθέσεως ἄλλως ἀρξάμενος κατὰ τὴν σὴν ποικίλην ἐπιστήμην, καὶ τὸ βάθος τῆς σῆς σοφίας καὶ γνώσεως, εἰς ἕτερον καταλῆξαι πέρας βέλτιον πολλῷ παρεσκεύασας, καὶ συνῆξας εἰς ἓν ἀληθῶς τοὺς διεσπασμένους ἐπὶ μακρὸν, καὶ τοὺς ἐσκορπισμένους εἰς τὴν αὐτὴν μάνδραν συνήλασας. Καὶ πάλιν ἰδοὺ μία ποίμνη πάντες ἡμεῖς ἐκ διαφόρων συνισταμένη καὶ πολυειδῶν τῶν ἐθνῶν, ἧς ποιμὴν ὁ Χριστὸς ὁ μονογενής σου Λόγος, ὁ μορφωθεὶς διὰ σπλάγχνα ἐλέους σου τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ ἡμέτερον, ὑπὲρ ὧν ποῖός σοι λόγος εὐχαριστίας προσενεχθήσεται ; τίνα C δέ σοι καὶ τὴν ὀφειλομένην ἡμῖν εὐγνωμοσύνην προσοίσομεν τῷ ὑπερπλήρει παντὸς ἀγαθοῦ, τῷ πάσης ἐπέκεινα χάριτος, ὃς οὐδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων χρῄζεις κατ' οὐδένα τρόπον, ὑπάρχων ἐν πᾶσιν ἀνενδεής ; Οὐκ ἔστιν ὅπως διὰ ταῦτα καὶ τῶν νῦν σοι πεπραγμένων χάριν οὐκ ἔλαττον τὸ κατ' ἀξίαν ἀφοσιώσασθαι δυνηθείημεν, καὶ μᾶλλον ὅτι πολὺ καὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν ἁπλῶς ἱκανότητος ἀποδέομεν, ὅπου γε κἂν οὐράνιόν τινα, καὶ συνόλως ὑπερουράνιον ἀνελαβόμεθα τὴν φωνὴν, οὐδὲ τότε τὸ χρεὼν ἀπεπλήσαμεν. Οὕτω, πανσθενὲς ὕψιστε Κύριε, πάντα λόγον ὑπεραίρει τὸ τῶν πρὸς ἡμᾶς εὐεργετημάτων σου μέγεθος. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ἐνταῦθα κείσθω. Καὶ γὰρ οὐδὲ μακροτέρων δεῖσθαι δοκῶ μοι ῥημάτων D πρὸς τὴν τῶν λεγομένων παράστασιν.

θ'. Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀνήκουσαν ὡς οἷόν τε δόξαν ἐπὶ τοῖς γενομένοις ἀνεπίμψαμεν τῷ Θεῷ τῶν εἰς ἡμᾶς μεγαλεδωρεῶν αὐτοῦ μνημονεύσαντες, καὶ καταγγείλαντες τοῖς πᾶσι τὰ τούτου καὶ ἐς δεῦρο θαυμάσια, δίκαιον ἂν εἴη τὸ ἀπὸ τοῦδε τρέψαι τὸν λόγον καὶ πρὸς τοὺς τἀναντία φρονοῦντας ἡμῖν, καὶ ζῆλον μὲν ἔχοντας, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, ὅ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὧν οἱ μὲν τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων φωνὰς ἀκούοντες, οὐ μὴν συνιέντες, τὸν ἐγκείμενον αὐταῖς νοῦν, ἀλλὰ σφαλερῶς αὐτὰς ἐκλαμβάνοντες, τὴν οὕτω καλῶς καὶ σὺν Θεῷ προβᾶσαν εἰρήνην τῶν Ἐκκλησιῶν συκοφαντοῦσι καὶ διαβάλλουσι· πρὸς δὲ καὶ πάντη περιερχόμενοι κακῶς ἡμᾶς λέγουσιν, οὐκ εἰδότες περὶ τίνων διαβεβαιοῦν-

τας παντάπασιν· οἱ δὲ δι' ἄπειρίαν ὅλως Γραφῶν οὐδὲ προσιδεῖν ἡμᾶς στέγουσιν, μή τοί γε προσομιλῆσαι καὶ διαλεχθῆναι τὰ εἰκότα περὶ τῶν ζητουμένων ἡμῖν. Περὶ γὰρ τῶν ἄλλων, οἱ διὰ κακίαν καὶ μῖσος, εἰσὶ γὰρ, εἰσί τινες καὶ τοιοῦτοι, τοῦ Σατὰν ἐνδεικνυμένου κἀνταῦθα τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν, φεύγουσιν ἡμᾶς βδελυττόμενοι, τί χρὴ καὶ λέγειν, οὓς ἀνορθώσασθαι μόνον τοῦ τοὺς νεκροὺς ζωοποιοῦντος Θεοῦ, σαφῶς ἤδη τῷ φθόνῳ καταπεσόντας, καὶ κινδυνεύσαντας; Οἷς καὶ δάκρυα μᾶλλον συμπαθείας ἁρμόζουσιν ἢ λόγοι πρὸς τὸ κρεῖττον μεθέλκοντες· ὅτι μηδὲ πείσουσι, κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν, οὐδ' ἢν πείσωσιν. Οὕτω τῇ πρὸς τὸ καλὸν μετουσίᾳ τεθνήκασι, τῇ βασκανίᾳ τὴν γνώμην κατ' ὀλίγον τακέντες καὶ ταύτῃ σαφῶς εἰς τὸ παντελὲς ὑπορρέυσαντες. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐρρίφθων τοῦ λόγου τούτου μακρὰν, ὡς ἀνιάτως τῆς προαιρέσεως ἔχοντες· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλως διακειμένους, οἱ καὶ τὴν θεραπείαν ἔτι τυχὸν προσδοκήσιμοι, καὶ γὰρ εἰκὸς ὀφὲ καὶ μόλις ἅψασθαί τι τῆς αὐτῶν καρδίας ῥῆμα σωτήριον, τὸν λόγον ποιητέον ἡμῖν, ἐν ᾧ καὶ τὰς γραφικὰς χρήσεις, αἷς ἐντυχοῦσιν ὁδηγηθῆναι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἁπλανῶς ἐξεγένετο, κατατάξομεν, τὰ παρ' ἑαυτῶν συντιθέντες, καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ὡς δύναμις ἀναπτύσσοντες. Ἔστι δ' ὅπου καὶ τὰ τῶν ἐναντίων ἀνθυποφέροντες, καὶ ταῦτα κατὰ τὴν ἐν ἡμῖν χορηγίαν τοῦ Πνεύματος λύοντες, ὡς ἂν οἱ μὲν δι' ἄγνοιαν τούτων ἀποπηδῶντες ἡμῶν διδαχθῶσιν ἴσως κἂν μόνης τῆς τῶν θείων φωνῶν ἀκροάσεως, μὴ φοβεῖσθαι φόβον, οὗ μή ἐστι φόβος, κατὰ τὸν ψαλμογράφον Δαυΐδ, ἢ μᾶλλον τὴν ἐπαινετὴν δειλίαν ἔνδον ἐν καρδίᾳ συλλαβόντες, καὶ ὠδινήσαντες, πνεῦμα σωτηρίας ἐκτέκοιεν, ἐν τῷ προσδραμεῖν ἑτοίμως, καὶ τὰς ψυχὰς ὀπίσω κολληθῆναι τῶν ἡμετέρων. Οἱ δὲ ταύτας παρεξηγούμενοι ταῖς ὀρθαῖς ἡμῶν καὶ ἀδιαπτώτοις ἐννοίαις, ἂν ἄρα καὶ συγκαταθέσθαι δυνηθεῖεν αὐταῖς, τῆς προτέρας καταγνόντες ἑαυτῶν ὑπολήψεως τὸ ἀκριβὲς τοῦ δόγματος μεταμάθωσι, καὶ μὴ τολμῶσι λέγειν ὡς ἐγώ τινος ἐπυθόμην αὐτῶν, ἀβασανίστως ἡμᾶς τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων δεξαμένους φωνὰς, τὰ δόξαντα συνάγειν κακῶς, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονοῦντες γένοιντο μεθ' ἡμῶν, καὶ κοινῇ τὴν Τριάδα δοξάσωμεν, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν, περὶ ἧς ἤδη καὶ πρὶν τοῦ ζητήματος εἰσβαλεῖν, βραχέα διεξελθεῖν ἠγησάμενος δεῖν, οὕτω γὰρ ἂν ὁ λόγος εὐοδωθείη πρὸς τὸ προκείμενον, αὐτὴν ἐκείνην ἐπικαλοῦμαι τὴν τοὺς ἀσυνέτους καὶ ἀσόφους συνετίζουσαν καὶ σοφίζουσαν, ἐν ᾗ πάντες οἱ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι θησαυροὶ κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, λόγον μοι παρασχεῖν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος, ἵνα τοῦ προσήκοντος, ὡς οἷόν τε κατευστοχήσας δυνηθείην εἰπεῖν τι τῆς θείας μεγαλοπρεπείας ἐπάξιον.

ι'. Ἴλαθι δέ μοι τὸ φοβερὸν τοῖς πᾶσιν ὄνομα καὶ φρικτὸν, Θεὲ καὶ Κύριε τοῦ παντὸς, ἀγέννητε Πατὲρ, Υἱὲ μονογενὲς, καὶ Πνεῦμα συμφυές τε καὶ σύνθρονον, ἡτῶν ὄντων ὑπεράρχιος ἀρχὴ καὶ ὑπέρχρονος, τὸ τριλαμπὲς κράτος καὶ ἀμερὲς, ἡ ὁμο-

A Alii Scripturarum experientia destituti, nec oculis nos aspicere sustinent, tantum abest, ut consuetudine nostra delectentur, et de rebus dubiis agitata in commune congressi deferant. De aliis enim qui ob improbitatem et odium, sunt enim, sunt etiam nonnulli ita affecti, qui Satana hic quoque suam vim commonstrante, nos abhorrentes fugiunt, quos plane, jam invidentia oppressos, et infortunio demersos in sanam mentem reducere, solius Dei mortuos vivificantis fuerit, quid dicendum est? Hos lacrymæ potius commiserationis decent, quam ad meliora illicientes sermones, quod non persuadebunt, ut sapiens ille dixit, etiamsi persuadeant: sic in boni communione emortui sunt, livore paulatim mente tabefacti, eoque plane reducti in nihilum. Sed isti quidem ex hac oratione longe protrudantur, tanquam qui insanabili ingenio sunt; ad alios vero qui aliter affecti sunt de quorum sanitate non desperamus, tandem enim aliquando corda eorum a salubri verbo commovenda fore putamus, convertenda nostra oratio est, in qua et scripto tradita testimonia, in quæ dum nos incidimus, veritatem ipsam absque errore penitius introspeximus, digeremus, nostra componentes, eorumque sententiam, uti fieri potest, exponentes, nonnullis etiam in locis adversariorum contradictiones afferentes, easque uti nobis concedet Spiritus, dissolventes, ut qui propter ignorationem a nobis desiliunt, doceantur vel ex sola divinarum vocum auditione ex sese timorem, ubi timor non est, abjicere, uti Psalmorum scriptor David insinuat; sive potius laudabili timore suo corde trepidantes, et salutis spiritum concipientes, fetum efficere, dum prompte ad nos confugerint, ex animo menti nostræ conglutinati. Qui vero ea prave interpretantur, rectis nostris ac firmis cogitationibus, si tamen illis assensum præbere valuerint, priore sua opinione amandata, accurata dogmatis scientia instruantur, nec audeant dicere, ut ego ex nescio quo eorumdem audivi, nos absque ullo examine dicta Patrum excipientes, quæ nobis videntur, male colligere, sed unum et idem sentientes nobiscum depaciscantur, et simul una omnes Trinitatem glorificemus, deitatem unam et potestatem, de qua antequam quæstionem ipsam aggrediar, breviter aliquid disserendum esse existimans, sic enim oratio ad rem sibi propositam concinne dirigetur, eamdem ipsam invoco, quæ stultos atque insipientes prudentes sapientesque facit, in qua omnes cognitionis thesauri, sic magnus ait Apostolus, sunt, ad propinandum mihi in aperitione oris verba, ut ad id, quod consentaneum est, sic uti fieri potest, collimans, dignum divinæ magnitudinis aliquid dicere valeam.

10. Propitius vero sis mihi, tremendum horrendumque omnibus nomen, Deus et Domine universi, Pater ingenite, Fili genite, Spiritus ejusdem cum illis naturæ, et in eadem sede collocatus. Rerum supra omne principium et supra omne tempus prin-

cipium, potestas trino fulgore indivise coruscans, simul imperium tenens auctoritas et robur, si erga te excelsissimum, vitam sanctificantem atque illuminantem, audacter linguam terrigena solvo, prorsus inexpurgatus, et, ut moderatius loquar, qui nunc expurgor, neque enim contemptu, non ita insaniam, neque infinitæ tuæ atque inaccessibilis gloriæ ignoratione, ad rem aggredior, sed tuæ bonitatis pelago fidens, qua vel sola cum nihil exsisterem ipso rerum initio effinxisti, et quotidie delinquentem sustinens, conversionem exspectas. Est ergo sermo de Deo, o amici, valde difficilis, et comprehensionem omnem exsuperat, non tantum nostri, quorum intellectui affectuum caligine obtenebrato clara visio non conceditur, sed iis etiam qui in speculationibus profecere, quod puram animi cogitationem conservarunt. Quantum nihilominus ad nostram mentem pervenit ex iis, qui spiritui addicti declaraverunt, duplex et secundum diversum modum innotuit, alter unitati essentiæ sive naturæ proprius est, alter trinitati personarum, sive hypostaseon, quod idem est dicere. Unus enim essentia et natura cum Deus sit, in tribus hypostasibus, sive personis agnoscitur, Pater, Filius, et Spiritus sanctus sua proprietate hæc sunt et dicuntur, unumquodque secundum se considerata Deus perfectus : rursusque hæc tria Deus unus cognoscitur, dum neque secundum proprietates divisio aliam naturam ingeneret, neque secundum essentiam unio hypostaseon confusionem, uti Arius insaniæ cognominis, et a mente deductus Sabellius, sibi mutuo adversantes, hic divinitatis concisionem, ille personarum commistionem impie decreverunt. Vitæ siquidem princeps datrix, ac sanctissima Trias dividitur indivise, et divisim conjungitur, quod admirabile est. Nihilominus Pater principio et causa caret : neque enim ex aliquo est. Filius vero et Spiritus, licet si tempus spectes, etiam ipsa nullum sui principium habent : quomodo enim sub tempore temporum factor et creator? Secundum porro aliam rationem non absque principio, cum non sint absque causa : utraque siquidem ex Patre, sed non similiter, neque pari modo : cum necessarium sit in his quoque discrimen esse, ut et hæc inter seipsa discernantur; indeque Trinitas vere trinitas sit, quemadmodum essentia unitas est.

11. Quare Filius quidem generatur, Spiritus vero, ut a Deo tradita eloquia dicunt, procedit, diversæ appellationes de diversis exsistentiis. Sed hic dissidiorum inter nos causa apparet, ob quam nationes integræ multo ab hinc tempore, quæ ante alias Christo nomina dederunt, indeque sibi nomen indiderunt, Latini inquam et Græci, a seipsis disjunctæ separatæ sunt, unaque cum illis reliquæ omnes Christianorum nationes abductæ sunt, sic improbitate Satanica ingentes tempestates, et sævi fluctus Ecclesiam oppressere, misereque vehemens turbo afflixit, atque jactavit. Inde rerum nostrarum attritio et interitus consecuta sunt, quæ utique

A θασίλειος ἐξουσία καὶ δύναμις, εἰ πρὸς σὲ τὸν Ὕψιστον, τὴν ἁγιαστικὴν ζωὴν καὶ φωτιστικήν, τολμήσας λύω τὴν γλῶτταν ὁ γηγενής, μηδὲν μηδόλως προκαθαράμενος, ἢ τόγε μετριώτερον εἰπεῖν καθαιρόμενος. Οὐδὲ γὰρ ὀλιγωρίᾳ, μὴ οὕτω μανείην αὐτὸς, οὔτε μὴν ἀγνοίᾳ τῆς ἀπείρου καὶ ἀπροσίτου σου δόξης ταύτην ποιοῦμαι τὴν ἐπιχείρησιν, τῷ δὲ πελάγει θαῤῥῶν τῆς σῆς ἀγαθότητος, ὅτ' ἦν καὶ μόνην μηδὲν ὄντα με καταρχὰς ἐπλαστούργησας, καὶ καθημέραν πλημμελοῦντος ἀνέχῃ μου, τὴν ἐπιστροφὴν ἐκδεχόμενος. Ἔστι μὲν οὖν ὁ περὶ Θεοῦ λόγος, ὦ οὗτοι, καὶ πάνυ τοι δυσχερὴς καὶ δυσέφικτος οὐ μόνον ἡμῖν οἷς τὸ φρονοῦν ἐκ τῆς τῶν παθῶν ἀχλύος ἐπιπροσθούμενον οὐ συγχωρεῖται τηλαυγῶς καθορᾷν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν θεωρίᾳ διαβεβηκόσιν, ἐκ τοῦ καθαρὸν τηρῆσαι τὸ τῆς ψυχῆς λογιζόμενον. Ὅσον δ' οὖν ὅμως εἰς τὸν ἡμέτερον ἦκε νοῦν, ἐξ ὧν οἱ τοῦ πνεύματος διετράνωσαν, διττὸς ἀναπέφανται, καὶ κατὰ τρόπον διάφορον, ὁ μὲν τῷ μοναδικῷ τῆς οὐσίας πρέπων, εἴτ' οὖν τῆς φύσεως, ὁ δὲ τῷ τριαδικῷ τῶν προσώπων, ταὐτὸν δὲ φάναι, τῶν ὑποστάσεων. Εἷς γὰρ κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν ὢν ὁ Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι καὶ προσώποις γνωρίζεται, Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ἰδιαζόντως ἑστί τε ταῦτα καὶ λέγεται, Θεὸς τέλεος ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ θεωρούμενον, καὶ πάλιν εἰς τὰ τρία Θεὸς γινωσκόμενος, οὔτε τῆς κατὰ τὰς ἰδιότητας διαιρέσεως ἐργαζομένης ἀλλοτρίωσιν φύσεως, οὔτε τῆς κατ' οὐσίαν ἑνώσεως σύγχυσιν ὑποστάσεων, ὡς Ἄρειος ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, καὶ Σαβέλλιος ὁ ματαιόφρων ἐξ ἐναντίας ἀλλήλοις ὄντες, ὁ μὲν κατατομὴν Θεότητος, ὁ δὲ συναλοιφὴν προσώπων ἀσεβῶς ἐδογμάτισαν. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως ἡ ζωαρχικωτάτη καὶ παναγία Τριὰς, καὶ συνάπτεται διῃρημένως, ὃ καὶ παράδοξον. Πλὴν ὁ μὲν Πατὴρ ἀναρχός τε καὶ ἀναίτιος, οὐ γὰρ ἔκ τινος. Ὁ δὲ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, κἂν εἰ κατὰ χρόνον, καὶ ταῦτα συνάναρχα· πῶς γὰρ ὑπὸ χρόνον ὁ τῶν χρόνων ποιητὴς καὶ δημιουργός; κατὰ γοῦν ἕτερον λόγον οὐκ ἄναρχα, διόπερ οὐδὲ ἀναίτια. Καὶ ἄμφω γὰρ ἐκ Πατρὸς, οὐ μὴν ὡσαύτως, οὐδὲ κατὰ τρόπον τὸν ὅμοιον, ἐπείπερ ἀνάγκη κἀν τούτοις εἶναι διαφοράν, ἵνα καὶ ταῦτα πρὸς ἄλληλα διακρίνωνται. Κἀντεῦθεν ἡ Τριὰς ἀληθῶς ἡ τριὰς, ὥσπερ κατ' οὐσίαν ἐστὶ μονάς.

B

C

D

ια'. Οὐκοῦν ὁ μὲν Υἱὸς γεννᾶται, τὸ δὲ Πνεῦμα, καθὼς τὰ θεοπαράδοτα λόγια φασιν, ἐκπορεύεται, διάφοροι κλήσεις ἐπὶ διαφόροις ὑπάρξεσιν. Ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ τὰ τῆς διαφωνίας ἡμῖν ἀναφαίνεται, δι' ἣν πάλαι μὲν ἔθνη διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων ὁλόκληρα, τὰ πρώτως τῶν ἄλλων ἀπὸ Χριστοῦ τὴν προσηγορίαν πλουτήσαντα, Λατῖνοί τέ φημι καὶ Γραικοί. Καὶ τούτοις τ' ἄλλα πάντα τῶν Χριστιανῶν γενῶν συναπήχθησαν, μεγάλης ζάλης καὶ τρικυμίας τὴν Ἐκκλησίαν καταλαβούσης ἐξ ἐπηρείας Σατανικῆς, καὶ πολλοῦ κατασχόντος· ταύτην σάλου καὶ κλύδωνος, ἐξ ὧν φθορὰ καὶ συντριβὴ τοῖς ἡμετέροις συνήντησε πράγμασιν, ὡς προσῆναι ταῦτα

καὶ πρὸς παντελῆ τὸν ἀφανισμὸν καὶ τὴν ἐξολόθρευσιν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν ἄνωθεν, εἰ μὴ Κύριος ἐναργῶς ἡμῶν ἀντελάβετο, καὶ νῦν δὲ μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν, καὶ κατάληψιν, ἣν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχορήγησε, τῶν ἡμετέρων τινὲς τῆς προτέρας γνώμης καὶ αὖ ἀντεχόμενοι, βλασφημίαν τοῖς ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπεγκαλοῦσι, ὅτι κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα πρεσβεύουσιν, καὶ τὸν κατὰ Θεὸν ἡμῶν ἐνωθέντων τούτοις κακῶς ἀποσχίζονται, σκάνδαλον ὡς ἐπίπαν καὶ ταραχὴν οἰκουμενικὴν ἐμποιῆσαι σπουδάζοντες. Γυμνῆς γὰρ ἅπαξ τῆς ἄνω ῥηθείσης εὐαγγελικῆς λαβόμενοι τοῦ Σωτῆρος φωνῆς, ἀμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα λέγουσιν ἐκπορεύεσθαι, μήτε τῇ πρὸ ταύτης πάσῃ περικοπῇ τὸν νοῦν ἐφιστάνοντες, δι' ἧς τοῖς προσέχουσιν ὁπωσοῦν οὐκ ἐκτὸς ὑπάρχειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα καταλαμβάνεται, καὶ τὰς καθ' ἑκάστην ἀναγινωσκομένας ἐπ' Ἐκκλησίας τοῦ μεγάλου Παύλου, τοῦ τῆς εὐσεβείας προστάτου, ῥήσεις, αἳ τῆς αὐτῆς διανοίας εἰσὶν παρατρέχοντες, τὰς δὲ περὶ τούτου τῶν θεοφόρων Πατέρων Γραφὰς, ἐν αἷς ἀριδήλως εἶναι διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα κηρύττεται μηδαμῶς μελετήσαντες, ἀλλ' ἑαυτοῖς κενοφωνίαν εἰς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ἐπινοήσαντες.

ιβ'. Ἡμεῖς δέ φαμεν, ταῖς θεοφθόγγοις τῶν ἁγίων ἑρμηνείαις ἑπόμενοι, τούτων δὲ τὴν ἐν Εὐαγγελίοις οὐκ ὀλίγα τοῦ Κυρίου φωνὴν, καὶ τὰς ἀποστολικὰς ῥήσεις οὐχ ἧττον δι' αὐτῆς ἀναπτύσσουσιν, ἃς καὶ προϊόντος τοῦ λόγου σχεδὸν πάσας κατὰ καιρὸν ἑκάστην ἐκθήσομεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, διὸ καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει τὴν ὕπαρξιν. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ἀμέσως πρόεισιν ἐκ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Υἱοῦ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μέσον τούτων τὴν διαφορὰν ἐργαζόμενον, καθ' ἣν ὁ μὲν Υἱὸς ὑπάρχει, καὶ μόνος γεννητὸς ἐντεῦθεν προσαγορεύεται, τὸ δὲ τοῦθ' ὅπερ καλεῖται Πνεῦμα ἅγιόν ἐστί τε, καὶ μόνον ἐκπορευτὸν ὀνομάζεται. Καὶ μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ Γρηγόριος ὁ πάνυ τῆς τῶν Νυσσαέων Ἐκκλησίας ὁ πρόεδρος, ὃς, διὰ μιᾶς πόλεως ταύτης πάντα τὰ τοῦ κόσμου πέρατα τοῖς οἰκείοις περιλαβὼν δόγμασιν, ἐν τῇ πρὸς Ἀβλάβιον αὐτοῦ θεολογίᾳ τάδε ῥησί· *Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν· τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, καὶ τὸ ἐξ αἰτίου δὲ ὄντος πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν. Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου.* Καὶ ταῦτα μὲν Γρηγόριος ὁ Νύσσης μάρτυς τῶν εἰρημένων ἄνωθεν ἀξιόχρεως, ἐξ ὧν ἡμῖν πιστεύεται καὶ καλῶς τὸ Πνεῦμα διαφέρειν πρὸς τὸν Υἱὸν ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν παρὰ Πατρός. Ἐπεὶπερ εἰ μὴ τοῦτο, πάντως ἂν ἦν Υἱὸς καὶ αὐτὸς γεννητός. Ἢ τίς ὁ λόγος τοῦτον μὲν Υἱὸν εἶναι, τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ οὐχ Υἱόν; Δότω τις ἑτέραν μεταξὺ τὴν διαφορὰν, ἐξ ἧς καὶ τὰς κλήσεις διαφόρους, ὡς εἰκὸς, ἕξουσι, καὶ ἡμεῖς σιωπήσομεν.

A pervenissent ad integram perditionem atque internecionem, ut supra commemoravimus, ni Deus clare nobis suppetias tulisset. Et tunc etiam post repertam deprehensamque veritatem, quam Spiritus sanctus elargitus est, ex nostris nonnulli priorum sententiam propugnantes, Romanæ Ecclesiæ asseclis blasphemiæ crimen inurunt, quod ex Filio Spiritum asserunt, et a nobis, qui secundum Deum illis adhæsimus, male dissociantur, et scandalum et turbas universales ingenerare contendunt. Nuda siquidem, quam supra posuimus, evangelica Salvatoris voce apprehensa, immediate ex Patre Spiritum dicunt procedere, neque ad universam præcedentem pericopem animum advertentes, qua vel quomodocunque attendentibus non extra Filium B Spiritus exsistentiam esse deprehenditur; et quæ singulis diebus in Ecclesia magni Pauli pietatis assertoris dicta, eamdem sententiam insinuantia leguntur, levi manu percurrentes, nec non de hac eadem re scripta divinarum Patrum, in quibus quam apertissime per Filium, et ex Filio esse Spiritum prædicatur, nullo modo considerantes, novas sibi voces, ut hominibus placeant, effingunt.

12. Nos porro diviniloquas sanctorum interpretationes sequentes, necnon eorumdem, et Apostoli dicta non pauca evangelicam Domini vocem exponentia, quæ procedente oratione fere omnia suo tempore apponemus, dicimus, Spiritum sanctum ex Patre per Filium, ideoque ex Filio, quasi per C Filium accipere exsistentiam. Filius enim immediate ex Patre progreditur, Spiritus vero sanctus per Filium, et hoc medium horum est, quod differentiam operatur, secundum quam Filius exsistit, et solus genitus inde appellatur, hoc vero qui nuncupatur Spiritus sanctus est, et solus procedens dicitur. Dictum meum testimonio suo comprobat magnus Nyssenæ Ecclesiæ præsul Gregorius, qui ex una hac urbe omnes orbis terrarum fines suis dogmatibus complevit, in his quæ de Deo scribit, epistola ad Abiabium: *Immutabilem et per omnia similem naturam confitentes, discrimen causæ et effectus non inficiamur, in quo solum disjungi alterum ab altero deprehendimus; cum credamus hoc* D *quidem causam esse, illud ex causa, et illius quod ex causa est, aliud rursus discrimen comprehendimus: namque hoc quidem est immediate a primo, hoc vero per illud quod contigue est ex primo.* Et hæc quidem testis supradictorum fide dignus Nyssenus Gregorius, quibus a nobis creditur et probe, Spiritum differre a Filio, quod per ipsum exsistentiam habet a Patre. Quandoquidem si id non esset, prorsus et ipse esset Filius genitus. Aut quænam ratio fuerit, hunc quidem Filium esse, illum vero Spiritum et non Filium? Proferat quispiam aliam inter illos differentiam; ex qua et appellationes diversas, ut conveniens est, assequantur, et nos tacebimus. Sed nullus aliam proferre unquam poterit, quousque divinus hic Pater apud omnes asseritur

veritatis esse magister, qui in hoc solo discrimen Filii et Spiritus constituit, quod, *hoc quidem est immediate a Patre, hoc vero per illud, quod contigue est ex primo*, quod idem est dicere, per Filium. Hæc itaque cum ita se habeant, non erit qui contra se opponat, si modo sapientia commendatur, et sapit pleno pectore; alias longissime a recta via aberraverit

13. Spiritum vero sanctum per Filium exsistere ex Patre præter hoc Ecclesiæ lumen, qui in multis aliis suis scriptis aperte hæc eadem decrevit, ut procedens oratio manifestabit, ab omnibus fere sanctis Patribus, quorum commentaria uti lapides a Deo incisas Dei Ecclesia tenere determinavit, simili ratione pertractatum est : et dogma hoc erat commune et universale a priscis temporibus veluti in thesauro illi conservatum, licet nunc nescio qua causa multi illud non admittant, et hæc post tantam veritatis inquisitionem, illiusque inventum. Et primum magnus in rebus theologicis pertractandis Basilius, cui ab omnibus omnia conceduntur, in uno ex suis ad sanctum Amphilochium capitibus, hæc habet : *Quomodo igitur separabuntur, quæ separari nequeunt, Verbum Dei, et Spiritus ex Deo per Filium?* Quis magnum hunc pietatis præconem audiens, non statim dictis assenserit, illisque addictus consecratusque dogma pro viribus propugnaverit, fidei suæ ducem similem sequens, quem magnis illis Patribus non minus Numen honoribus adauctum illustravit, quod sæpenumero plurima pro pietate certamina iniit, idque clarissime demonstrant ejusdem adversus hæreticos contradictiones, linguas universas improbas atque impias reprimentes, in quibus quandoque de re nobis proposita disserit, ut ex alio quoque capite colligere possumus. Dubitantibus enim : *Quare non et Spiritus sanctus filius Filii?* magnus hic occurrit, ac si illi prorsus everterent, illum esse per Filium, et absurdum quod inde sequebatur destruens, respondet : *Non quod non sit ex Deo per Filium*, et causam addit : *Sed ne multitudo innumera Trinitas, et filios ex filiis, ut in hominibus fit, habere reputaretur.* Illud porro *per Filium* stabiliens Scripturæ sacræ auctoritatem subjungit : *Propterea ex Deo Spiritum esse aperte prædicavit Apostolus dicens, Spiritum qui ex Deo est, accepimus, et per Filium apparere planum fecit, cum Filii Spiritum illum nuncupavit, quemadmodum Dei, et mentem Christi vocat, uti et Dei Spiritum, quemadmodum hominis.* Quosnam insaniæ fines non excesserit, qui verba hæc audiens in melius sententiam non mutat? et potissimum cum magnus iste Pater Paulum, os Christi, suam confirmantem sententiam adducat, dum dictata ab eo de Spiritu videtur interpretari, quibus, ut antea dixi, et evangelicam vocem considerate illa pervestigantibus explanat, si nihil aliud illa quam dictata a

A Ἀλλ' οὐκ ἂν ἰσχύσειεν οὐδεμίαν ἄλλην οὐδεὶς ἐξειπεῖν· ἕως ἂν ὁ θεσπέσιος οὗτος Πατὴρ ὁμολογεῖται παρὰ πᾶσι τῆς ἀληθείας εἶναι διδάσκαλος, ὃς ἐν τούτῳ μόνῳ τὴν διαφορὰν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος περιέστησεν ἐν τῷ *τὸν μὲν προσεχῶς εἶναι παρὰ Πατρὸς, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς*, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, διὰ τοῦ Υἱοῦ. Τοῦτο μὲν οὖν οὕτως ἔχον, οὐκ ἔστιν ὅστις ἂν ἀντείποι τῶν εὐσυνέτων καὶ τὸ φρονεῖν σταθηρῶν, πλὴν εἰ μή που τῆς εὐθείας μακρὰν ἐκδεδράμηκεν.

B ιγ'. Ὅτι δὲ δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχει παρὰ Πατρὸς πρὸς τῷ φωστῆρι τούτῳ τῆς Ἐκκλησίας, ὃς ἐν πολλοῖς καὶ ἄλλοις τῶν αὐτοῦ λόγων τὰ περὶ τούτου σαφῶς ἐδογμάτισεν, ὡς παρακατιὼν ὁ λόγος δηλώσει, καὶ τοῖς πᾶσι σχεδὸν τῶν ἁγίων Πατέρων, ὧν τὰ συγγράμματα καθάπερ πλάκας θεογράφους ἡ Ἐκκλησία Θεοῦ κατέχειν διέγνωκεν, οὕτω τεθεολόγηται· καὶ δόγμα τοῦτο κοινὸν ἦν καὶ καθολικὸν ἀνέκαθεν ἀποτεθησαυρισμένον αὐτῇ, κἂν νῦν οὐκ οἶδα τί παθόντες οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐ παραδέχονται καὶ ταῦτα μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας τοσαύτην ἐξέτασιν, καὶ τοιαύτην ἀνεύρεσιν. Αὐτίκα γὰρ ὁ πολὺς τἀ θεῖα Βασίλειος, ᾧ καὶ τὰ παρὰ πάντων ἐν ἅπασι συγκεχωρηκὰς, ἔν τινι τῶν πρὸς τὸν ἱερὸν Ἀμφιλόχιον αὐτοῦ κεφαλαίων οὕτω φησί· *Πῶς ἂρ οὖν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα, Λόγος Θεοῦ καὶ Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ; Τίς* τοῦ μεγάλου τούτου τῆς εὐσεβείας κήρυκος κατακούσας, οὐκ ἂν εὐθὺς ἐφέψηται τοῖς ῥηθεῖσιν, ὧν καὶ C γενόμενος ὅλος, ἀντιποιήσαιτο τοῦ δόγματος ὅση δύναμις, τοιοῦτον ἔχειν τῆς πίστεως καθηγεμόνα βουλόμενος, ὃν οὐδενὸς ἧττον τῶν ὑπὲρ λίαν Πατέρων τὸ Θεῖον ἐδόξασεν, ἅτε πολλὰ πολλάκις ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισάμενον, καὶ τοῦτο παριστῶσι τρανῶς αἱ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀντιῤῥήσεις, αἱ πᾶσαν γλῶσσαν ἀποστομίζουσαι πονηρὰν καὶ παράνομον, ἐν αἷς ἔστιν οὗ καὶ περὶ τοῦ προκειμένου διέξεισιν, ὡς ἐν ἑτέρῳ τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων δυνατὸν κατιδεῖν. Πρὸς γὰρ τοὺς λέγοντας, *Διατί μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ;* φθάνει προαπάντων ὁ μέγας, ὡς δῆθεν ἀναιροῦντας τὸ εἶναι συνόλως αὐτὸ δι' Υἱοῦ, καὶ τὸ ἄτοπον ἀπαγορεύων φησί· *Οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ*, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγων, οὕτω προστίθησιν· *Ἀλλ' ἵνα* D *μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον ἡ Τριὰς, υἱοὺς ἐξ υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἔχειν ὑποπτευθεῖσα.* Τὸ δὲ *δι' Υἱοῦ* μετ' ὀλίγα συστῆσαι θέλων, ἀπὸ χρήσεως γραφικῆς ἐπιφέρει· *Διὰ δὴ τοῦτο τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι τρανῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος, λέγων ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, καὶ τὸ δι' Υἱοῦ περηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ καθάπερ καὶ Θεοῦ, καὶ νοῦν Χριστοῦ προσειπὼν καθάπερ καὶ Θεοῦ Πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου.* Πρίας ἂν ἀπολίποι μανίας ὑπερβολὴν ὁ τῶν παρόντων ῥημάτων ἀκροασάμενος, ἔπειτα μὴ τὴν γνώμην μεταθέμενος πρὸς τὸ βέλτιον; καὶ μᾶλλον ἐπείπερ ὁ μέγας Πατὴρ καὶ Παῦλον τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα παράγει τὴν ἑαυτοῦ συνιστῶντα διάνοιαν. ἐν οἷς

τὰς ὑπαγορευθείσας αὐτῷ περὶ τοῦ Πνεύματος ῥήσεις ἐξηγούμενος φαίνεται, δι' ὧν, ὡς προείρηταί μοι, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν ἀναπτύσσει τοῖς ἐπεσκεμμένως διεξιοῦσι ταύτας φωνὴν, εἴπερ οὐκ ἄλλο τὸ παρ' αὐτῆς σημαινόμενον, ἀλλ' ὅπερ αὐταί· τὸ γὰρ παρὰ τῷ Εὐαγγελίῳ *Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, Πνεῦμα* κατὰ Παῦλον *Υἱοῦ*, καὶ νοῦς *Χριστοῦ*. Χριστὸς δὲ ἡ ἀλήθεια. Καλῶς τοιγαροῦν προλαβόντες ἐλέγομεν εἰς αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἐν Εὐαγγελίοις περικοπὴν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς ἀποστολικὰς ῥήσεις προσπταίειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους ἡμῖν ἐκ τῆς Κυριακῆς τάχα φωνῆς ὡς παρέργως μετιόντας τὰ περὶ τούτων, καὶ μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιστασίας καὶ διασκέψεως. Ὅμως· εἰ καὶ μὴ πρώην, εἰς τὸ ἑξῆς γοῦν δοκῶ μηδένα τῶν πάντων, ὅσοι μὴ διὰ τέλους ἰδιορρύθμως πρὸς πάντα λόγον ἀντιβαίνειν ἐγνώκασι, τούτων τι παραδραμεῖν ἀνεξέταστον, μήτε μὴν εἰς γνῶσιν αὐτῶν ἀφικόμενον, μεῖναι τῆς οἰκείας ἐθελοδούλου γνώμης εἰσέτι κακῶς ἐξεχόμενον, τρέψαντα δὲ τὴν ἄλογον ἔνστασιν οἶμαι πάντα τοιοῦτον, εἰς θαῦμα μεταβαλεῖν τὴν προαίρεσιν, καὶ μεθ' ἡμῶν γενέσθαι τῶν τῆς ἀληθείας ὑπασπιστῶν, ἣν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ δυνάμει λόγου καθυποδείξας ἡμῖν, ὑπερμαχεῖν αὐτῆς τρόπον τινὰ προετρέψατο, τὴν κοινὴν πιστούμενος ἔννοιαν, ἧτις εἶχεν ἀεὶ δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνειν τὴν ὕπαρξιν, ὡς δῆλον κἀκ τῆς τῶν ἀπορούντων διανοίας ἐστίν. Ἐπεὶ τίς ὁ λόγος τὴν αἰτίαν τούτους ζητεῖν, *διτίπερ οὐχ Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ τοῦτο κεκτῆσθαι τὴν ὕπαρξιν ὁμολογουμένως ἐπρέσβευον, καὶ παρὰ πᾶσι τὸ τοιοῦτον δόγμα κρατεῖν ἀναμφιβόλως καὶ στερρῶς ἤδεσαν; τοῦτο δὲ πάντως κἂν τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀπολογίας ὁ τὴν οὐράνιον σοφίαν παριόντι πλουτήσας τῆς ἀρετῆς οὕτως ἔχειν παραστησάμενος ἐβεβαίωσεν, ἀληθείας καὶ δυνάμεως γέμοντα φθεγξάμενος ῥήματα. Τὰ μὲν δὴ τοῦ μεγάλου Βασιλείου συνθέσθαι τοῖς ὀρθοῖς τούτου δόγμασιν, ἅτε πολὺ πλουτοῦντα τὸ ἰσχυρόν.

ιδ'. Τίνα δὲ καὶ τὰ τῷ Νύσσης Γρηγορίῳ, τῷ μηδὲν ἧττον ἀδελφῷ τὴν τῆς πίστεως ὁμολογίαν ἢ τὴν σχέσιν τῆς φύσεως ἐν διαφόροις δογματισθέντα περὶ τούτου συγγράμμασιν, ἃ καὶ μικρὸν πρόσθεν παρατεθεῖναι προϊόντος τοῦ λόγου καθυπεσχόμεθα; Συνῳδὰ καὶ ταῦτα, καὶ τὸ πᾶν σύμφωνα, τό τε σθένος οὐκ ἀποδέοντα τῶν προειρημένων, καὶ τοιαύτην περιζωννύμενα τὴν ἀλήθειαν. Ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λόγῳ τῶν αὐτοῦ πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιῤῥητικῶν ταῦτα διαλαμβάνων, καὶ οὗτός φησι· *Πατὴρ μὲν ἄναρχος καὶ ἀγέννητος νοεῖται. Ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονογενὴς Υἱὸς τῷ Πατρὶ συνεπινοεῖται· δι' αὐτοῦ δὲ καὶ μετ' αὐτοῦ πρίν τι κενὸν τε καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένως καταλαμβάνεται, οὐχ ὑστερίζον τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν Υἱὸν, ὥστε ποτὲ τὸν Μονογενῆ δίχα τοῦ Πνεύματος νοηθῆναι, ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν*

A Paulo notat. Qui enim in Evangelio : *Spiritus veritatis* audit[a], Paulo *Filii Spiritus*, et *Christi mens* est. Christus vero veritas est. Bene itaque supra dicebamus, in illa ipsa Evangelii pericope, quin in apostolicis etiam dictis, errare sese nobis opponentes, dum Dominicam hanc vocem producunt, tanquam qui temere similia tractant, nec in eorum examine addecente consideratione atque investigatione utuntur. Nihilominus licet id non antea egerint, in posterum tamen tempus, nullum ex hisce, qui non ad finem usque proprio arbitrio ducti, quidquid affertur, oppugnare constituerunt, horum nihil absque inquisitione prætermissuros : neque cum in eorum cognitionem venerit, in propria, et quam sibi male præfixerunt, opinione permansuros : sed nulla ratione nixam contentionem immutaturos omnes existimo, et electionem admiratos unà nobiscum futuros veritatis propugnatoribus, quam divinus iste vir, vi facultateque dicendi demonstratam aliquo modo defendere adhortatur. communem sententiam confirmans, qua semper indubitatum erat, per Filium Spiritum sanctum exsistentiam accipere, uti manifestum fit ex eorum, qui addubitant, mente. Qua enim ratione causam illi perquirent : *Quare non filius Filii Spiritus sanctus*, nisi ii per ipsum exsistentiam possidere sine controversia censerent, et apud omnes simile dogma absque ulla dubitatione firmum ac stabile esse cognoscerent? Hoc prorsus ex responsione sua ad eosdem, cœlesti sapientia abunde pro suis maximis clarissimisque virtutibus ditatus demonstrans, veritatis virtutisque plena verba locutus confirmavit. Et hæc quidem magni Basilii sunt, ea firmitate prædita, eamque vim habentia, ut rectis illius dogmatibus assensum præstare animos cogant.

14. Quæ vero Nyssenus Gregorius non minus confessione fidei, quam naturæ habitudine frater in variis de hac re commentariis decernit, et paulo ante procedente oratione digerere promisimus? Congruunt et illa profecto, et quam consimilia sunt, quam possunt omnibus, nec minus antea productis validiora, nec dissimili veritate vallata. Primo namque suorum adversus Eunomium Antirrheticorum libro hæc continentur : *Pater quidem sine principio et ingenitus intelligitur; ex eo vero immediate et indivise unigenitus Filius cum Patre simul intelligitur : per hunc autem et cum ipso, antequam inanis et non subsistens in medio perceptio incidat, statim Spiritus sanctus junctim concipitur, non post Filium exsistentia subsistens, ut aliquando Unigenitus absque Spiritu concipiatur, sed ex rerum omnium Deo et ipse suæ essentiæ causam habens, unde et unigenitum lumen oritur, per verum autem lumen elucescens, neque di-*

[a] Joan. xvi, 17.

stantiæ, neque naturæ diversitate a Patre sive ab Unigenito dividitur. Et multis aliis annexis rursus ait: *Ex unigenito sole alium solem, Filium scilicet simul cum primi intellectione per generationem una cum ipso effulgentem, eidemque per omnia æqualem: et rursus aliud simile lumen Spiritum eodem modo, non temporis aliquo intervallo a genito lumine dissectum, sed per illud splendens, ac hypostaseos causam habens ex primo illo exemplari lumine.* Hisce nil usquam clarius aut manifestius fuerit, quibus omnes non admodum contentionibus ob stultitiam deditos persuaderi profecto necessarium est. Namque his se opponere et adeo patentia contentiose refellere conari, non absimile fuerit contendenti, cum prælucidum atque hilarem diem videt, noctem profundam ac nigerrimam esse. Sic cæcutire hic videbitur non minus animi oculis, quam ille vere corporis, quod neque pati, neque proferre, nec etiam auribus accipere, qui pleno pectore sapiunt, supplices orant. Extremæ siquidem amentiæ hoc indicium fuerit, cujus notam nescio quanam poterit ratione effugere, divinissimi hujusce Patris dictis contra ire præsumens, qui suprema, et quæ supra nos sapientia est, præcellit, et de similibus aperte pronuntiat, quorum nihil potest excogitari divinius. Et mea quidem sententia ad dictorum sublimitatem vel pertingere posse, magnum est et plane donum divinum. Quapropter mihi persuadere non cesso, consuleremque aliis, qui excipiendis adhortationibus pronas aures habent, ne vim verbis inferant, neque longius extendant. Bonum etenim est in hisce immanentes securitatem summo nixu accurare. Securitas vero est dogmata tuto posita sequi, quæ mente sua divinus hic vir cæterique a rerum materiatarum affectibus sublati sincere accurateque comprehenderunt, et scripto omnibus tradiderunt, ultra vero ea comminisci et ex se contradictiones confingere in perditionis præcipitium agit, in quod incidere horrendum, et potissimum iis, qui malitia non ignoratione labuntur: quod nemini unquam succedat. Ita sit, Deus et omnium Domine.

A ἔχον τοῦ εἶναι· ὅθεν καὶ τὸ μονογενὲς ἐστι φῶς, διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν, οὔτε διαστήματι οὔτε φύσεως ἑτερότητι τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Μονογενοῦς ἀποτέμνεται. Καὶ μετὰ πολλὰ πάνυ πάλιν φησίν· Ἐξ ἀγεννήτου ἡλίου ἄλλον ἥλιον τὸν Υἱὸν νοοῦμεν ὁμοῦ τῇ τοῦ πρώτου ἐκείνοις γεννητῶς αὐτῷ συνεκλάμποντα, καὶ κατὰ πάντα ὡσαύτως ἔχοντα· καὶ πάλιν· Ἕτερον τοιοῦτον φῶς, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐ χρονικῷ τινι διαστήματι τοῦ γεννητοῦ φωτὸς ἀποτεμνόμενον, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν ἐκλάμπον, τὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν ἔχον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου φωτός. Τούτων οὐδὲν οὐδαμῶς ἐκδηλότερον ἢ τρανότερον, οἷς καὶ πάντας, ὅσοι μὴ τῶν ἄγαν ἐριστικῶν δι' ἀπόνοιαν, ἐντεῦθεν ὀφθῆναι προσήκει καταπεπειθεῖς. Τὸ γὰρ ἀντιτείνειν καὶ πρὸς ταῦτα καὶ φιλονεικεῖν τοῖς τοσοῦτον B προφανέσιν ἀντικαθίστασθαι, παρόμοιον πάντως, εἴ τις ἂν τηλαυγῆ καὶ φαιδρὰν ἡμέραν ὁρῶν, νύκτα βαθεῖαν εἶναι ταύτην λέγοι καὶ μέλαιναν. Οὕτω τυφλώττειν ὁ τοιοῦτος δόξειεν ἂν τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς, ὡς ἐκεῖνος ἀληθῶς τοὺς τοῦ σώματος. Ὃ μὴ παθεῖν, μηδ' ἀκοῦσαι τῶν εὐκταιοτάτων τοῖς εὐφρονοῦσι καθέστηκεν. Τῆς γὰρ ἐσχάτης ἀλογίας τοῦτο τεκμήριον, ἣν οὐκ οἶδα πῶς ἂν δυνηθείη φυγεῖν ὁ τοῖς ῥηθεῖσι τῷ θειοτάτῳ τούτῳ Πατρὶ προθυμούμενος ἀντιφέρεσθαι, τοιούτῳ μὲν ὄντι τὴν ἀνωτάτω καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς σοφίαν, περὶ τοιούτων δὲ διαλεγομένῳ περιφανῶς, ὧν οὐδὲν τῶν πάντων ἐπέκεινα. Καὶ μὴν ἐμοὶ μέγα καὶ τὸ δύνασθαι μόνον τοῦ τῶν C λεγομένων ὕψους ἐφικνεῖσθαι, καὶ φανερῶς δῶρον Θεοῦ. Διὸ καὶ πείθων ἐμαυτὸν οὐ διαλείπω, συμβουλεύσαιμι δ' ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὰς ἀκοὰς ἕτοιμοι πρὸς ὑποδοχὴν παραινέσεως, μὴ βιάζειν ἐπιπλέον ὑπερεκτείνεσθαι. Καλὸν γὰρ τούτοις ἐμμένοντας τῆς ἀσφαλείας φροντίζειν ὁλοσχερῶς. Ἀσφάλεια δὲ τὸ τοῖς κειμένοις στοιχεῖν δόγμασιν, ἃ τ' ἐν ἑαυτοῦ νοῦν ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ, καὶ ὅσοι κατ' αὐτὸν ἕτεροι τῆς προσπαθείας τῶν ὑλικῶν καθάπαξ ἀπάραντες κατέλαβον ἀκριβῶς, καὶ διὰ γραφῆς τοῖς πᾶσι παραδεδώκασι. Τὸ δὲ προσεξευρίσκειν τούτοις ἄλλα τινὰ, καὶ πλάττειν ἀντιλογίας ἀφ' ἑαυτῶν, πρὸς ἀπολείας τοῦτο φέρει κρημνὸν, εἰς ὃν καὶ τὸ ἐμπεσεῖν φοβερὸν, καὶ μάλιστα τοῖς διὰ κακίαν, ἀλλὰ μὴ δι' ἄγνοιαν ὀλισθήσασιν. Ὃ καὶ μηδενί ποτε γένοιτο, Θεὲ καὶ Κύριε τοῦ παντός.

15. Satis sunt vel sola hæc magnorum horum D hominum, fraternam in his, quæ Spiritus sunt, concordiam conservantium æquis auditoribus ad Spiritus per Filium exsistentiam comprobandam; verumtamen oratio reliquorum quoque divinorum Patrum dicta in medium afferre concupiscit, qui sanctissimo Spiritu commoti suis singuli temporibus, ut gratia concessit, omnes de rebus divinis egerunt: pluribus siquidem testimoniis sententia confirmata majorem certitudinem assequetur. Accedant igitur Ægypti lumina, qui Alexandriæ orti, inde divina sua doctrina mundum universum illuminarunt, tum pictatis fundamentum, immortalitatis nempe cognominis, tum Cyrillus in astruendis dogmatibus maximus propriam et hi de hoc

ιε'. Ἀρκεῖ καὶ μόνα τὰ τῶν μεγάλων τούτων ἀνδρῶν τὴν ἀδελφικὴν κἂν τοῖς τοῦ Πνεύματος τηρούντων ὁμόνοιαν τοῖς εὐγνωμόνως ἀκροωμένοις τὴν ἐκ Πατρὸς παραστῆσαι δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν· ὁ δὲ λόγος βούλεται καὶ τὰ τῶν λοιπῶν θεοφόρων Πατέρων εἰς μέσον προσενεγκεῖν, οἱ τῷ παναγίῳ κινούμενοι Πνεύματι καιροῖς ἰδίοις, ὡς ἐχορήγησεν ἡ χάρις ἑκάστῳ, πάντες ἐθεολόγησαν. Ὅσῳ γὰρ πλείους αἱ μαρτυρίαι, τοσούτῳ καὶ τὸ βέβαιον αὐτῷ προσγενήσεται. Παρίτωσαν τοίνυν οἱ τῆς Αἰγύπτου φωστῆρες, οἱ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀνατείλαντες, κἀκεῖθεν τοῖς θείοις αὐτῶν διδάγμασι τὸν κόσμον ἅπαντα καταυγάσαντες, ἥ τε κρηπὶς τῆς εὐσεβείας ὁ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμος δηλαδὴ, καὶ Κύριλλος ὁ δογματικώτατος, τὴν οἰκείαν καὶ οὗτοι

περὶ τούτου διάνοιαν ἐξαγγέλλοντες, ὧν μὲν προγενέστερος ἐν οἷς ἔλεγχον τὸν περὶ Μελέτιον ἐκτίθεται καὶ Εὐσέβιον, Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ Πνεῦμα, λέγει, δοξάζεσθαι μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονός, ὡς λέγουσιν. Ὀρθοδόξου δὲ πάλιν καὶ Μακεδονίου διάλεξιν ἐκτιθέμενος, οὕτω φησίν· Ἐὰν οὖν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως καὶ θεότητος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκχυθὲν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀποδειχθήσεται. Κύριλλος δὲ μεθύστερον ἐν μὲν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος. Ὥσπερ γάρ ἐστιν Ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, διδάσκει, φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊόν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ· Προείρηκα γάρ, φησίν, εἰ καὶ μὴ δεδύνησθε πάντα μαθεῖν. Οὐκ ἂν οὖν ἁρα καθάπερ ἐγὼ προερεῖ τὰ ἐσόμενα, μὴ οὐχὶ πάντως ἐν ἐμοί τε ὑπάρχον, καὶ δι' ἐμοῦ προϊόν. Τὸ, Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, πάλιν ἐπεξηγούμενος, Ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιόν τέ ἐστι τῷ Υἱῷ, λέγει, καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐφ' ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν· διὰ τοῦτό φησιν ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· » καὶ προβαίνων μικρὸν αὖθίς φησι· Προϊὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς, ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων, ὧν ἔχει τελείως, λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. Τί δέ; καὶ τὴν Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστι ῥῆσιν σαφηνίζων μυσταγωγεῖ· Διὰ τοῦτο εἶπεν ὑμῖν ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα δηλονότι τὸ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ. Ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἱερᾶς ἑρμηνείας Κυρίλλου τοῦ σοφοῦ συνελέγησαν, ὃς, ἑαυτῷ πανταχοῦ σύμφωνος ὤν, ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν αὐτοῦ λόγων ταῦτα διαλαμβάνει ῥητῶς· Ἅγιον δὲ Πνεῦμα προσερεῖς τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς, καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τῶν στομάτων διαπνοῆς τὴν ἰδίαν ἡμῖν ὑποσημαίνων ὕπαρξιν. Ἐν δὲ τοῖς πρὸς Παλλάδιον, ἅπερ καὶ αὐτὰ κατὰ πεῦσίν εἰσι καὶ ἀπόκρισιν, αὖθις οὕτω διέξεισι· Τρεπτὸν δὲ οὔ τι που τὸ Πνεῦμά ἐστι· ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μὴ τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον Πνεῦμα.

A sententiam ferentes : horum antiquior in Refutatione contra hypocrisim Meletii et Eusebii tradit : *Aiqui impossibile erat in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, nisi ex Deo per Filium progrediendi modo, non autem fiendi ratione ex Deo sit, ut ipsi aiunt.* Orthodoxi item et Macedoniani Disputationem prosequens, scribit : *Itaque si ostensum fuerit ejusdem esse divinitatis Spiritum cum Filio et Patre, qui ex Patre per Filium effusus est, et adorandus et colendus esse demonstrabitur.* Recentior vero Cyrillus in expositione dicti evangelici Joannis : *Cum itaque Paracletus venerit* [a], docet : *Quemadmodum proprius est Spiritus Filii naturaliter in ipso exsistens, et per ipsum progrediens, ita est et Patris.* Idem in illud : *Neque enim loquetur a se ipso : Prædixi enim,* ait, *ei si non valetis omnia addiscere. Non itaque uti ego futura prædicet, nisi prorsus in me exsisteret, et per me progrederetur* [a*]. Necnon et illud, *Ille glorificabit* [b], explanans inquit : *Cum vero ejusdem essentiæ cum Filio sit, et progrediatur, uti addecet Deum, per ipsum, omnem suam in omnibus perfectissimam operationem et virtutem possidens, propterea dicit, « De meo accipiet* [c]*. »* Et paucis annexis, *Progrediens enim per ipsum naturaliter, ut proprius ipsius cum omnibus, quæ possidet, perfecte, dicitur habere quæ illius sunt.* Vis plura? Dictum illud, *Quæcunque habet Pater mea sunt,* explicans enuntiat : *Propterea dixi vobis, quod de meo accipit, et annuntiabit vobis* [d]*, Spiritus nempe, qui per ipsum, et in ipso est.* Hæc itaque ex sacra in Joannem evangelistam Expositione sapientis Cyrilli decerpta sunt, qui in omnibus sibimetipsi concors in secundo ad Hermiam libro hæc ipsissima verba continet : *Sanctum porro Spiritum dixeris qui ex Deo et Patre per Filium effunditur, et ut exemplo id explicem, respirationis suam nobis exsistentiam indicans.* In libris etiam ad Palladium, secundum interrogationem et responsionem concinnatis in hunc modum edisserit : *Mutabilis vero nullo modo Spiritus est : quodsi mutationi obnoxius est, ad ipsam divinam naturam vituperatio recurret, si est Dei et Patris, præterea et Filii essentialiter ex ambobus, ex Patre scilicet per Filium effusus Spiritus.*

ιϛ'. Τί πρὸς τὴν ἐξ ἀμφοῖν φωνὴν τοῦ θείου τούτου Πατρὸς εἴποιεν ἂν οἱ τὴν δι' Υἱοῦ μήτε συνόλως παραδεχόμενοι, καὶ προσέτι σφόδρα κακίζοντες; Ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀθρόον ἐπήγαγεν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, δι' ἣν ἑρμηνείαν οὐδὲ τὴν ἐκ κἀπὶ τοῦ Υἱοῦ πρόθεσιν ἀποβάλλεται, καλῶς ποιῶν, καὶ τῇ; ἑαυτοῦ μεγαλοφυΐας ἐπαξίως παντάπασιν· ἐπείπερ οἶδε μὴ λυμαινομένην μηδαμῶς τὴν εὐσέβειαν, ὅταν δηλαδὴ καθὼς; αὐτὸς ἐξηγήσατο

D 16. Quid ad divini hujusce Patris *ex ambobus* vocem respondebunt, qui illam *per Filium* nullo pacto admittunt, quinimo vehementer criminantur? Hic enim ex ambobus esse asserit Spiritum sanctum, simulque expositionem connectit, *nempe ex Patre per Filium*, qua nec præpositionem *ex* in Filio repudiat, optime sane, prorsusque pro dignitate suæ magnificentiæ locutus, cum satis calleat, nullo modo pietatem lædi, quando nempe eam præpositionem uti ille interpretatus est, quispiam

[a] Joan. xv. 26. [a*] Joan. xvi, 13. [b] ibid. 14. [c] Joan. xiv. 15. [d] ibid. 15.

ritu, quod ea illi insit per Filium, ut tota hac oratione demonstratum est. Propterea enim causæ, τῆς αἰτίας, dixit, addito articulo, non causæ, αἰτίας, simpliciter, cum illa esset nemini non cognita et manifesta. Et procedente oratione subnexuit: *Adeo ut causæ ratione exempta, in nullo sancta Trias in semetipsa discordaret*, ubique sibimetipsi concors. Neque enim obliti sumus nos ejusdem hujusce orationis principio in medium attulisse ad Ablabium verba, nempe, *Immutabilem et per omnia similem naturam confitentes, discrimen inter causam et effectum non inficiamur, in quo solum disjungi alterum ab altero deprehendimus.* Omnino causam et effectum sive causatum dicens, non tantum differentiam Patris respectu Filii, et Spiritus sancti, sed et Filii quoque respectu Spiritus manifestavit. Cum enim jam posita protulisset, paucis adjectis subinferi: *Namque hoc quidem est immediate a primo, hoc vero ex contiguo a primo.* An dici potest apertius, si quis divinis Scripturis rectam mentem intendere, et sanctorum Patrum sententiam intueri vult? Cum enim hic Patrem quidem vocet causam, ex causa vero Filium et Spiritum sanctum, sed Filium immediate, Spiritum vero per id quod immediate est, sive per Filium, bene ibi eum *præintelligi dixit Spiritus hypostasi secundum causæ rationem*, quod per Filium eam habet Spiritus ex Patre. Sic ipse Patris hujusce verba concipio ac plane intelligo, quibus forte sapiens eorumdem argutia et expugnatu difficilis evertitur funditus disjecta; adeo ut et major Spiritu Filius: non quod præter Patrem alia hic causa est, sed ex Patre causam et principium habet Spiritus per Filium. Ideoque Pater amborum Filii et Spiritus causa est, sed Filii quidem immediate, Spiritus vero per Filium. Hoc etiam maximus et in dogmatibus asserendis eximius Maximus in uno de charitate ad Elpidium capite aperte clamat, ita orationem disponens: *Quemadmodum causa verbi mens, sic et spiritus, sed medio verbo; et quemadmodum non possumus dicere verbum esse vocis, pari modo nec Filium Spiritus.* Et sapiens Joannes Damascenus de divinis nominibus capite, *Per Verbum*, ait, *Pater productor revelantis Spiritus.* Quod enim ibi *causa*, hoc idem omnino hic *productor* significat. Idem enim sonat utrumque, ideoque et unam similibus verbis sententiam uterque indicavit. Mihi vero nemo curiositatis notam vere inuret, si finem magni Maximi dicti resumens, examini subjiciam, quod in rem meam et maxime conducet. *Quemadmodum enim*, ait, *non possumus verbum dicere vocis, pari modo neque Filium Spiritus.* Hinc alia nobis argumentandi ansa datur, quæ nostram sententiam egregie confirmat. Etenim si, quemadmodum non possumus dicere verbum esse vocis, pari modo neque Filium Spiritus; possumus vero, vice versa, Spiritum nempe Filii dicere, quemadmodum et vocem Verbi. His calculum addunt Gregorius Nyssenus,

et sapiens Joannes Damascenus, ille quidem in *Pater noster* homilia dicens : *Spiritus, qui ex Deo est, et Christi Spiritus est, Filius vero ex Deo existens, non item et Spiritus, neque est, neque dicitur, neque contra vertitur relativa ista consequentia*, hic vero capite de Trinitate : *Spiritum Filii nominamus, Filium vero non dicimus esse Spiritus.* Si hæc vera sunt, longeque a mendacio dissita, uti revera sunt, manifestum est relationem quamdam in illis esse, qua Spiritus est et dicitur Filii, Spiritus vero non est Filius, neque dicitur. Quænam vero illa fuerit? Prorsus quæ plurimis in locis a me comprehensa, et sacris Scripturis, quas supra laudavimus, demonstrata est, Spiritum nempe sanctum exsistentiam habere ex Patre per Filium. Propterea quæ libris ad Hermiam qualitatem illum nuncupat Filii, uti et Patris divinissimus Cyrillus, nunc quidem asserens : *Spiritus sanctus quasi naturalis qualitas sanctæ sapientisque deitatis est, quæ in Patre et Filio consideratur.* Nunc rursus : *Si igitur signa et prodigia per Paulum Christus operatur in virtute Spiritus sancti, veluti operatio quædam naturalis et vivens, et, ut ita dicamus, qualitas deitatis Filii Spiritus sanctus est, et uti quædam evaporatio et qualitas est Paternæ essentiæ.* Sed quid nimium multa amplector, cum una breviqué Patrum auctoritate possim vocem atque orationem adversariorum comprimere, si modo apud eos discretionis spiritus est, et non diabolica contentio, de quo inquiritur? Auctoritas, ne diutius eam pertraham, in epistola ad Serapionem episcopum de Spiritu sancto divini Athanasii est, in qua asserit : *Etenim unctio hæc Filii afflatus est.* Quis ex sese opponentibus audiens Spiritum afflatum Filii, in propria sententia insistet, et non potius mutato animo opinioni nostræ divinis Scripturis fultæ atque constabilitæ totus addicetur, dummodo a sapientia remotus non est, nec contentiose res peragat, sed vinci quoque in nonnullis honorifice sustinet? Hinc enim unusquisque manifestius deprehendet, qua ratione a divinitus inspirata Scriptura Spiritus Filii Spiritus sanctus nuncupetur, et relationem inspiciet, quæ eum ita nuncupari decrevit, quam similiter continuo ita permanentem, cum divina et beata natura immutabilis sit, nemo vere a nobis immutari, aut perverti, licet multum defatigetur, innumeras in sese convolvens imaginationes, prorsus persuadebit. Cum neque Filius filius est Spiritus, neque dicatur, uti Ecclesiæ lumina Nyssenus Gregorius, et sapiens Joannes Damascenus, ut jam diximus, prohibuerint, possunt jam ex antea positis hic testimoniis scripto traditis pondera præsentis quæstionis dijudicare, dummodo æquiores contra nos oppositionem factam comprehenderint, quibus vel solis omnes, uti addecet, faciles aures præbentes, eorum sententiis commode attendent, nec plura pro veritatis confirmatione disquirent. Namque si hisce, uti par est, non attenderint, palam

A ματος· ἔστι δὲ τὸ ἀνάπαλιν, τὸ Πνεῦμα φάναι δηλαδὴ τοῦ Υἱοῦ, καθάπερ καὶ τοῦ λόγου τὴν φωνήν. Καὶ τούτοις προσμαρτυροῦσιν ὅ τε Γρηγόριος Νύσσης καὶ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ σοφὸς Ἰωάννης, ὁ μὲν ἐν τῇ εἰς τὸ *Πάτερ ἡμῶν* ὁμιλίᾳ λέγων, *Ὡς τὸ μέν Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Πνεῦμά ἐστιν· ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὢν οὐκέτι καὶ τοῦ Πνεύματος οὔτ' ἔστιν, οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀκολουθία αὕτη·* ὁ δὲ ἐν τῷ περὶ Τριάδος· *Ὅτι Πνεῦμα μὲν Υἱοῦ ὀνομάζομεν, τὸν δὲ Υἱὸν οὐ λέγομεν εἶναι τοῦ Πνεύματος.* Εἰ ταῦτα πέφυκεν ἀληθῆ, καὶ παντὸς ψεύδους μακρὰν, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ πέφυκεν, εὔδηλον ὅτι σχέσις τις ἐν τούτοις θεωρεῖται, καθ' ἣν ἔστι μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ λέγεται τοῦ Υἱοῦ, τοῦ δὲ Πνεύματος

B οὐκ ἔστιν ὁ Υἱὸς, οὐδὲ λέγεται. Τίς δ' αὕτη; Πάντως ἡ πολλαχοῦ μοι διαληφθεῖσα, καὶ διὰ τῶν θείων ἀποδειχθεῖσα Γραφῶν, ἃς καὶ προανεστάξαμεν· ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ὕπαρξιν ἔχει παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ. Δι' ὃ κἂν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν ποιότητα τοῦτο καλεῖ τοῦ Υἱοῦ, καθάπερ καὶ τοῦ Πατρὸς ὁ ἐνθεώτατος Κύριλλος, πῇ μὲν φάσκων οὕτως· *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οἱονεί τις φυσικὴ ποιότης τῆς ἁγίας τε καὶ σοφῆς θεότητός ἐστι, τῆς ὡς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ νοουμένης·* πῇ δὲ πάλιν· *Οὐκοῦν εἰ σημεῖα καὶ τέρατα διὰ Παύλου Χριστὸς ἐργάζεται ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου, ὡς ἐνέργειά τις φυσικὴ καὶ ζῶσα, καὶ ἵν' οὕτως εἴποιμεν, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, καὶ ὥσπερ τις ἀτμὸς ἡ ποιότης ἐστὶ*

C *τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός.* Ἀλλὰ τί δεῖ μοι τῆς ἐν τούτοις μακρηγορίας, ἐνὸν διὰ μιᾶς καὶ βραχείας πατρικῆς χρήσεως παῦσαι τοὺς ἀντιλέγοντας, εἰ πνεῦμα παρ' αὐτοῖς ὁπωσοῦν διακρίσεως, καὶ μὴ διαβολικὴ τὸ μαχόμενον ἑνστασις; Ἡ δὲ χρῆσις, ἵνα καὶ ταύτην ἐκθήσομαι τάχιον, ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα τὸν ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιστολῇ φησιν ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος· *Καὶ γὰρ τὸ χρίσμα τοῦτο πρωὴ ἐστι τοῦ Υἱοῦ.* Τίς τῶν ἀνθισταμένων, ἀκούσας τὸ Πνεῦμα πνοὴν τοῦ Υἱοῦ, τῆς οἰκείας εἰσέτι δόξης ἀντιποιήσαιτο, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μεταβαλὼν τῆς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν τὸ ἀσφαλὲς ἐχούσης ἡμετέρας γνώμης γενήσεται, συνέσεώς τινος εὐμοιρῶν, καὶ μὴ πάντα φιλο-

D νείκως λέγειν ἐθέλων, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἡττᾶσθαι καλῶς ἀνεχόμενος; Ἐντεῦθεν γὰρ ἂν καὶ κατιλάβοι μάλιστα πᾶς ἐναργέστερον, ὅπως παρὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς Υἱοῦ Πνεῦμα τὸ Πνεῦμα καλεῖται τι ἅγιον, καὶ τὴν σχέσιν κατίδοι τὴν οὕτω τοῦτο λέγεσθαι δικαιώσασαν, ἣν ὡσαύτως διὰ παντὸς μένουσαν, ὡς ἀναλλοιώτου τῆς θείας οὔσης καὶ μακαριστῆς φύσεως, οὐδεὶς ἀληθῶς ὃς μεταχινεῖσθαι καὶ μεταπίπτειν ἀναπείσαιτο παράπαν ἡμᾶς, οὐδ' ἂν πολλὰ κἀμοὶ μυρίους ἀνακινῶν λογισμούς. Ἐπεὶ μηδὲ Πνεύματός ἐστιν υἱὸς ὁ Υἱὸς, οὐδὲ λέγεται, καθὼς οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες, ὅ τε Γρηγόριος ὁ Νύσσης καὶ ὁ Δαμασκόθεν σοφὸς Ἰωάννης, ὡς προειρήκαμεν, ἀπηγόρευσαν· ἔχουσιν ἤδη κἀκ τῶν προτεθειμένων ἐνταῦθα μαρτυριῶν γραφικῶν τὸ πᾶν τοῦ

παρόντος κατανοῆσαι ζητήματος οἱ γε μετριώτεροι γεγονότες ἐκ τοῦ συνιέναι τὴν πρὸς ἡμᾶς ταύτην ἀντίστασιν, αἷς μόναις καὶ πάντας χρεὼν εὐήκοον οὖς παρασχόντας, ταῖς αὐτῶν ἐννοίαις δεόντως προσσχεῖν, καὶ μὴ πλέον τῶν τοιούτων εἰς τὴν τῆς ἀληθείας παράστασιν ἀπαιτεῖν. Εἰ γὰρ μὴ ταύταις προσέξουσιν, ὡς εἰκὸς, πρόδηλον ὡς οὐδὲ ταῖς ἄλλαις ταῖς κατ' αὐτὰς, εἴ τις ἐπιμελῶς τὰς πάσας συλλέξας σχεδὸν δι' ὧν τὸ κράτος ἡμῖν περιγίνεται, ταῖς νῦν εἰρημέναις συντάξειεν. Οὕτως ὅτι κἀν τῇ Τριάδι τάξις ἐστὶ, κἂν ὑπὲρ τάξιν πᾶσαν ἁπλῶς διὰ τὸ ταύτης ὑπερφύες τε καὶ ὑπερούσιον. Ἄλις ἔχω τῶν ἀποδείξεων, ἐξ ὧν καὶ τὸ δι' Υἱοῦ παρὰ Πατρὸς ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχ ἧττον ἢ ταῖς ἄλλαις διαληφθείσαις γραφικαῖς συναποδέδεικται χρήσεσιν.

A est, nec aliis concordibus, quibus nostræ causæ pondus additur, si quis eas diligenter collectas jam appositis una digesserit, animum advertent. Et hac ratione intelligent etiam in Trinitate ordinem esse, licet propter suum supernaturale atque supersubstantiale supra omnem ordinem illa sit. Sed satis demonstrationum est, quibus per Filium a Patre Spiritum sanctum exsistere non minus quam aliis supra positis scripto traditis testimoniis probatum est.

μ'. Ἀλλ' ὥρα τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ τὰ λειπόμενα, βραχέα δὲ ταῦτα, προσθέντας, καταπαῦσαι τὸν παρόντα λόγον ἡμᾶς, ἀρχὴν δὲ καταστῆσαι τῷ μέλλοντι. Πολλὰ μὲν οὖν τῶν θείων ῥητῶν τὰ μὲν τὸ δι' Υἱοῦ παρὰ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνεπισκιάστως καὶ τρανῶς ἀπαγγέλλοντα, τὰ δὲ καὶ συμβολικῶς αὐτὸ τοῦτο δηλοῦντα προανετάξαμεν, ὀλίγα δὲ καὶ νῦν πρὸς ἐντελεστέραν τῆς τοιαύτης ἐννοίας διάγνωσιν καταστρώσομεν. Ἡ γὰρ βάσις ἀσείστου τῷ Χριστωνύμῳ λαῷ φανεὶς κατ' εὐσέβειαν ὁ σοφὸς καὶ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων, πρῶτα μὲν περὶ θεογνωσίας τὸν λόγον ποιούμενος, *Ἡ τοίνυν ὁδὸς*, λέγει, *τῆς θεογνωσίας ἐστὶν ἀπὸ ἑνὸς Πνεύματος διὰ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ ἐπὶ τὸν ἕνα Πατέρα.* Πάντως οὐ ταῦτα διαλαμβάνων, ἐπειδήπερ ἡμεῖς τὴν ἁγίαν Τριάδα τοῦτον τὸν τρόπον ἐπέγνωμεν· διὰ γὰρ τοῦ Μονογενοῦς σαρκωθέντος τὸν Πατέρα καθὸ Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεγνώκειμεν· τὴν δὲ τῇ θεογνωσίᾳ πρέπουσαν πρὸς ἡμᾶς ἀκολουθίαν, ὡς ἡ ζωαρχικὴ Τριὰς ἔχει μάλιστα διερμηνεῦων καὶ συντιθείς. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ θεογνωσίας διέξεισιν, ἑξόμενα δὲ τούτων καὶ καθεξῆς αὖθις φησι· *Καὶ ἀνάπαλιν ἡ φυσικὴ ἀγαθότης, καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς, καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διήκει.* Οὕτω καὶ αἱ ὑποστάσεις ὁμολογοῦνται, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει. Συνῳδὰ τούτῳ διδάσκει καὶ Γρηγόριος ὁ μέγας καὶ θεολογικώτατος νοῦς, ὁ τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ τῷ τε τῆς διανοίας ὕψει καὶ τῷ τῶν ῥημάτων ὄγκῳ λαμπροτέραν ἀπεργασάμενος, ὃς ἐν τοῖς περὶ Παρθενίας οἰκείοις ἔπεσιν οὕτω καὶ οὗτος εὑρηται φθεγγόμενος ἐπὶ λέξεων· *Εἷς Θεὸς ἐκ γενέτου δι' Υἱὸς εἰς μέγα Πνεῦμα, ἰσταμένης θεότητος ἐπὶ τελέοισι τελείης.*

B C D

40. Sed jam tempus est, reliqua, non multa futura, nos addentes præsenti orationi finem ponere et principium futuræ constituere. Multa igitur ex divinis dictis, quorum quædam per Filium a Patre Spiritum sanctum clare aperteque pronuntiant, quædam symbolice id idem innuunt, præfiximus, pauca nunc vero ad absolutiorem hujusce sententiæ dignationem apponemus. Nam qui firmamentum inconcussum pietatis Christianæ populo fuit magnus sapiensque Basilius decimo octavo capite ad Amphilochium, cum de Dei cognitione sermonem prius habuisset, subdit : *Ad Deum cognoscendum via est ab uno Spiritu per unum Filium ad unum Patrem.* Non hæc tamen ea ratione dictavit, quasi divina Trinitas a nobis eo modo agnita sit : per Unigenitum siquidem incarnatum Patris uti Patris, et Spiritus cognitionem habuimus, sed ad Deum cognoscendum nobis satis peraccommodam seriem, uti sese Trinitas vitæ auctrix habeat, quam optime interpretans atque componens. Et hæc quidem de Dei cognitione pronuntiata ab iis minime diversa sunt, quæ infra dicit : *Et vice versa naturalis bonitas, et quæ secundum naturam est sanctificatio, et regia dignitas ex Patre per Unigenitum in Spiritum sanctum pervenit.* Hac ratione et hypostases asseruntur, et pium monarchiæ dogma non delebitur. His non dissimilia docet magnus quoque Gregorius, in rebus theologicis discernendis mens acerrima, qui Ecclesiam Dei et cogitationum sublimitate, et verborum amplitudine lucidiorem reddidit carmine proprio de Virginitate hæc, ut jacent, verba usurpans : *Unus Deus ex Genitore per Filium in magnum Spiritum, remanente Deitate in perfectis perfecta.*

μα'. Τούτων ἁπάντων ὥσπερεὶ κορωνὶς καὶ κεφάλαιον μεῖζον καὶ κραταιότερον, οὗ καὶ λόγος οὐδεὶς ἐφικέσθαι δυνήσεται πρὸς ἀντίῤῥησιν, τὸ διὰ τοῦ Μονογενοῦς ἑνοῦσθαι τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διὸ καὶ δεόντως ὅσα καὶ κῦρος παντός μοι τοῦ λόγου τετήρηται, καὶ σφραγὶς οἷά τις ἀνεπιβούλευτος. Εἰ γὰρ τὴν ἑνότητα τὴν πρὸς τὸν Πατέρα διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα πλουτεῖ, πῶς οὐκ ἂν ὑπάρχειν ἐξ ἀνάγκης καὶ δι' αὐτοῦ δικαίως πιστεύοιτο; Τοῦ δὲ πάντως ἀξιόχρεῳ μάρτυρες ὅ τε μέγας Ἀθανάσιος καὶ Βασίλειος. Ὁ μὲν γὰρ ἐν τῇ πρὸς Σερα-

41. Horum omnium veluti coronis et caput majus ac firmius, ad quod refellendum nulla potis fuerit oratio, per Unigenitum nempe Patri conjungi Spiritum sanctum. Quare commode, veluti caput et cardo meæ orationis universæ reservatum est, et ab insidiis tutum sigillum. Namque si unionem cum Patre per Filium Spiritus obtinet, quomodo non necessario et per ipsum jure optimo credetur? Hujus fide digni testes plane fuerint magnus Athanasius et Basilius, ille siquidem ad Serapionem epistola de Spirita sancto hæc habet :

Neque enim est extra Verbum Spiritus, sed in Verbo cum sit, in Deo per ipsum est. Et paucis adjectis : *Spiritus autem cum in Verbo sit, manifestum fuerit, in Deo esse per Verbum Spiritum.* Basilius vero in rebus divinis pertractandis eximius decimo octavo capite ad Amphilochium, *unum sanctum Spiritum* tradit, *per unum Filium uni Patri conjunctum.* Hoc idem et Damascenus sapiens Joannes capite de loco Dei iisdem verbis expressit : *Spiritus qui per Filium Patri conjungitur.* Et hæc quidem sunt a divinis Patribus de hoc pronuntiata, quæ dubitationes omnes atque dissensiones longe gentium pellunt : quinimo nemo illis contradicere audebit, et erit-ne, aut futurus est vir tantæ audaciæ atque temeritatis, qui Patrum adeo manifesta decreta conabitur evertere æque atque fastidiat dicta eorum sequi, et aliam theologiæ viam secare contendat, quasi vero hic in profunda Spiritus prospicere, et novis inde contemplationibus repleri præsumat? Et quis adeo superbus et arrogantissime se jactans, imo demens ac stultus, qui de se magnifica ista somniet, et in viros Spiritus impudenter insurgat? quorum vox in omnem exivit terram, et in fines orbis terrarum verba, ut a Deo mota Dei parentis, et prophetarum principis Davidis lyra cecinit. A quibus statis temporibus adversus pietatem exorientes hæretici, eamque de medio tollere Satanæ duro robore audacter contendentes, valide admodum debellati sunt, partim dogmatum majestate, veluti tonitrui strepitu perterriti concidentes, partim cum dedecore pedem referentes, quicunque nempe in propriæ hæreseos malitia ad finem usque, propter morum improbitatem, perstiterunt, et gravissimorum argumentorum nulla divinæ eorum sapientiæ, fructu percepto, quos propterea cœli quidem potestates ad stuporem usque suspicientes reveritæ sunt, dæmones vero summo timore perculsi pertimuerunt, cum universas suas artes, singulis diebus suis administris a se suggestas, facultate Verbi et Spiritus penitus ab iisdem dejectas prospicerent? Ego vero nullum ex omnibus adeo pravo improboque animo esse reor, et suæ propriæ salutis inimicum ac hostem, hoc siquidem est divinis Patribus contra ire palam conari, in quibus illi se cum Spiritu locutos esse edixerunt, cum et hac ratione maxime in Deum delinquit, siquidem Deus verax est, quemadmodum et verissime est Spiritus sanctus, quo illi continuo affati tuto atque secure dogmata decernebant. Propterea et communi hac utor adhortatione :

A πίωνα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιστολῇ τάδε φησίν· *Οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ Λόγῳ ὄν, ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστι.* Καὶ μετ' ὀλίγα: *Τοῦ δὲ Πνεύματος ὄντος ἐν τῷ Λόγῳ, δῆλον ἂν εἴη ὡς καὶ ἐν τῷ Θεῷ ἦν διὰ τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα.* Ὁ δὲ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος ἐν τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον κεφαλαίων, *Ἓν δὲ καὶ τὸ ἅγιον*, λέγει, *Πνεῦμα δι' ἑνὸς Υἱοῦ τῷ ἑνὶ Πατρὶ συναπτόμενον.* Τοῦτο καὶ ὁ Δαμασκόθεν σοφὸς Ἰωάννης ἐν τῷ περὶ τόπου Θεοῦ κεφαλαίῳ μυσταγωγεῖ, ῥήμασιν αὐτοῖς οὕτω διεξιών, *Πνεῦμα τὸ διὰ Υἱοῦ τῷ Πατρὶ συναπτόμενον.* Τοιαῦτα καὶ περὶ τούτου τοῖς θεοφόροις τοῖσδε Πατράσι διείληπται, πόρρω βάλλοντα καθαρῶς τὴν ἀμφιβολίαν καὶ τὴν διχόνοιαν· ἀμέλει τοι καὶ τὸ παρά-

B παν οὐδεὶς ἂν αὐτοῖς ἐπιχειρήσειεν ἀντειπεῖν. Ἆρα γὰρ γέγονεν, ἢ γενήσεταί τις ἐπὶ τοσοῦτον τόλμης καὶ θράσους ἥκων ἀνήρ, ὃς ἀνατρέπειν πειράσθαι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων οὕτω προδήλως λεγόμενα, καθάπερ οὐκ ἀγαπητὸν ἡγούμενος τοῖς πρὸς αὐτῶν εἰρημένοις ἐφέπεσθαι, τέμνειν σπεύδων ἑτέραν θεολογίας ὁδὸν, ἅτε παρακύπτειν αὐτὸν ἀπαυθαδιαζόμενος εἰς τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος, καὶ καινῶν θεωριῶν ἐκεῖθεν ἐμπίπλασθαι; Καὶ τίς οὕτως ἀλαζὼν καὶ καυχώμενος εἰς τὰ ἄμετρα, μᾶλλον μὲν οἶν ἄφρων καὶ μάταιος ὡς περὶ ἑαυτοῦ τὰ μεγάλα ταῦτα φαντάζεσθαι, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀνέδην κατεπαίρεσθαι τῶν τοῦ Πνεύματος; ὧν ὁ φθόγγος εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν γῆν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα, κατὰ τὴν πνευματοκίνητον τοῦ θεοπά-

C τορος καὶ προφητάνακτος λύραν Δαυΐδ. Οἷς οἱ κατὰ καιροὺς ἐπαναστάντες τῇ εὐσεβείᾳ καὶ ταύτην ἐξαλεῖψειν ἐκ μέσου τῷ τοῦ Σατὰν χαλεπῷ σθένει θρασέως ἰσχυριζόμενοι κατὰ κράτος ἡττήθησαν, οἱ μὲν τῇ μεγαλοφυΐᾳ τῶν δογμάτων αὐτῶν ὑποκλιθέντες ὡς ἠχῳ βροντῆς, καὶ τούτοις ὑπείξαντες, οἱ δὲ καὶ μετ' αἰσχύνης ὑποχωρήσαντες, ὅσοι δηλαδὴ τῇ κακίᾳ τῆς ἑαυτῶν αἱρέσεως διὰ τέλους ἐνέμειναν, μηδὲν ἀπονάμενοι διὰ φαυλότητα τρόπου τῇ τούτων ἐνθέῳ σοφίᾳ καὶ τοῖς γενναίοις ἐπιχειρήμασιν, οὓς καὶ διὰ ταῦτα τῶν οὐρανῶν μὲν αἱ δυνάμεις κατα-

D πλαγέντες ᾐδέσθησαν, δαίμονες δὲ φρίκῃ δεινῇ συσχεθέντες, κατέπτηξαν, πᾶν εἶδος μεθοδείας, ὅπερ τοῖς οἰκείοις ὑπηρέταις καθεκάστην ὑπέβαλον καταβληθὲν πρὸς αὐτῶν ἄρδην ἰδόντες δυνάμει Λόγου καὶ Πνεύματος. Ἐγὼ μὲν οὐδένα τῶν ἁπάντων οἶμαι τοιοῦτον ἄρτι φανήσεσθαι πονηρὸν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Τοῦτο γὰρ ἄντικρυς ὁ τοῖς θείοις Πατράσιν ἀντιλέγειν φιλονεικῶν, ἐν οἷς ἐκεῖνοι φάναι μετὰ τοῦ Πνεύματος ἔφασαν· ἐπὶ καὶ τὰ μεγάλα προσκρούειν οὕτω πέφυκεν εἰς Θεὸν,

εἴπερ Θεός ἐστιν ἀψευδὴς, ὥσπερ οὖν καί ἐστι παναληθῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ διὰ παντὸς ἐμπνεόμενοι λίαν ἀσφαλῶς ἐδογμάτιζον. Ταῦτ' ἄρα καὶ κοινὴν ποιοῦμαι τὴν πρόσκλησιν·

42. Eia agite omnes, sonora voce clamans, qui ad hæc usque tempora obstitistis et repugnastis ipsi unitati, quos paulo ante pietatis magistros adduximus, audientes, indeque addiscentes, Spiritum sanctum esse, et conjungi cum Deo et Patre per Unigenitum, per ipsum etiam exsistentiam habere

μβ'. Δεῦτε δὴ πάντες, βοῶν διαπρύσιον, οἱ μέχρι τοῦ νῦν ἡμῖν ἀνθιστάμενοι, καὶ τῶν μικρὸν ἄνωθεν διαληφθέντων τῆς εὐσεβείας διδασκάλων ἀκροασάμενοι, καὶ γνόντες ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Μονογενοῦς ἐστι τε καὶ συνάπτεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ἀναγκαίως ἐκ

τούτου πιστεύσατε, καὶ μηδὲν ἐνδοιάσαντες στῆτε, A παραχαλῶ, μεθ' ἡμῶν, καὶ τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν ῥήμασιν οἰκείοις ὁμολογήσατε, ταῖς θείαις καὶ κατὰ τοῦτο συμφωνοῦντες Γραφαῖς, ἵνα καὶ τὴν διάνοιαν ὁμοῦ καὶ τὴν γλῶσσαν, τὴν μὲν τῷ πιστεῦσαι τῇ ἀληθείᾳ, τὴν δὲ τῷ ταύτην ὁμολογῆσαι καθαγιάσητε, καὶ μὴ τἆλλα πάντα τῆς ὀρθῆς δόξης τυγχάνοντες, τὸ γοῦν ἐνταῦθα μέρος οὐχ ὑγιαίνητε, καὶ τοῦ παντὸς οὕτω δικαιότατα κρίνησθε παρὰ τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων ἐκπίπτοντες. Τί γὰρ ὁ λόγος τὸ μὲν εἶναι καὶ συνάπτεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ παραδέχεσθαι, τὸ δὲ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν δι' αὐτοῦ μὴ προσίεσθαι; Πάντως ἀνάγκη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ διὰ τοῦ Λόγου ταύτην πλουτεῖ, μὴ δι' αὐτοῦ συνεῖναι καὶ συνάπτεσθαι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ κινδυνεύει τοῦτον τὸν τρόπον περιττήν τινα τηνάλλως τελεῖν τὴν τοιαύτην θεολογίαν ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Προαπόλωλε δὲ καθ' ὑμᾶς καὶ πᾶσα ῥῆσις τῆς θείας Γραφῆς, ἥτις ὑπάρχειν ἐκ Πατρὸς διὰ τοῦ Λόγου κηρύττει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ παρόντι, τούτων ἑκάστην ἐκθέμενοι, καὶ τοὺς ταῦτα πάντα φαμένους ἁγίους λείπεται διαβάλλειν, ὡς οὐκ εἰπόντας καλῶς, οὐδὲ πρεσβεύοντας τὴν ἀλήθειαν. Τοῦτο δὲ φρενὸς μὲν σατανικῆς διανόημα, πονηρῶν καὶ χειλέων ἀπήχημα. Πόθεν γὰρ ἡμῖν, εἰ μὴ παρὰ τούτων ἐστὶ τὸ ὀρθοδοξεῖν, οὓς τῆς εὐσεβείας μὲν προμάχους στερρούς, τῆς αἱρετικῆς δὲ πλάνης καθαιρέτας ἐγνώκαμεν; Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνο, τὸ συνεῖναι δηλαδὴ καὶ συνάπτεσθαι τῷ Θεῷ καὶ C Πατρὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ περιττή τις τηνάλλως θεολογία τελεῖ, μᾶλλον μὲν οὖν ἀναγκαία τῷ ὄντι καὶ πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχουσα· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον οὐδὲ τὸ ὑπάρχειν τοῦτο δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ τῆς ἀληθείας λατρευτὴς ἀπαρνήσεται. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἡ θεία καὶ ἱερὰ διδάσκει με πᾶσα Γραφὴ, Θεός ἐστι τέλειος ἀψευδῶς ἐκ τελείου Θεοῦ τοῦ Πατρὸς διὰ τελείου Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς κατὰ τὰς προεκτεθείσας μαρτυρίας ἐκπορευόμενος. Οὕτως ἔχω περὶ τούτου, καὶ οὕτως ἐδραῖος ἐν τῇ παρούσῃ γνώμῃ καὶ ἀκλόνητος ἵσταμαι ταῖς σφαῖς χρήσεσι τῶν ἁγίων, ὥσπερ τισὶ κραταιοῖς στύλοις ἐπερειδόμενος πάντοθεν, καὶ μηδὲν ὑποπτήσσων τὰς τῶν ἀγρίων πνευμάτων ἀντεμβολὰς, ἃς ἡ τῶν ἀνθεστηκότων ἐπεγείρει καθεκάστην πλη- D θὺς ἀπαντῶσά μοι κατὰ πρόσωπον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἷς καὶ τὸν πρῶτον τοῦτον λόγον ἤδη συνεπεράναμεν, δι' ὃν καὶ χάρις Θεῷ τῷ πάντων τελειωτῇ τῶν καλῶν. Τὰ δὲ ἐπέκεινα τούτων ἕτερος οὗτος ἀγών, μηδὲν ἐλλείπων τοῦ παρόντος μηδ' ὀπωσοῦν. Τὸν δὲ καὶ πρὸς δεύτερον καταβάντες στάδιον ἀεθλεύσωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ παρὰ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προερχόμενον, ἐμπνεύσοι χάριν ἡμῖν εἰς τὴν τῶν λόγων εὐόδωσιν.

necessario credite, et, remota omni dubitatione, a nobis state, et pulchram hanc confessionem verbis vestris profitemini, divinis in hoc etiam Scripturis concordes, ut cogitationem simul et linguam, illam credendo veritati, hanc eam confitendo sanctificetis, et cum in reliquis aliis recte sentiatis, hac in parte ne, precor, ægre laboretis, et sic in omnibus ab hominibus prudentibus merito decidisse reputemini. Quæ enim ratio est, esse et conjungi Spiritum sanctum cum Deo et Patre per Filium admittere, per eum vero exsistentiam habere respuere? Omnino necesse est Spiritum sanctum si eam per Verbum non possidet, neque per ipsum simul esse et conjungi cum Deo et Patre, et similis theologia de Spiritu sancto supervacanea esse periclitabitur. B Et vestra quoque sententia jam multo antea deperdita sunt universa sacræ Scripturæ dicta, quæ ex Patre per Verbum exsistere Spiritum deprædicant, ut præsenti oratione ostendimus, singulis expositis, et reliquum est sanctos, qui similia pronuntiarunt, quasi non bene pronuntiassent, neque veritati primas partes dedissent in crimen vocare. Hoc vero sataninæ mentis inventum est, et improborum labiorum resonans strepitus. Unde enim nobis nisi ex his ipsis recta de fide sententia, quos pietatis validos defensores, et hæretici depulsores erroris agnoscimus? Sed ut illud, simul nempe esse et conjungi Deo et Patri per Filium Spiritum sanctum, non est supervacanea et frustra tradita theologia, sed multum planeque necessaria, et valde proficua, pari modo neque Spiritum exsistere per Filium a Patre pietatis cultor inficiabitur. Spiritus enim sanctus, ut divina et sacra universa Scriptura me docet, Deus est perfectus, vere ex perfecto Deo Patre per perfectum Deum unigenitum procedens, ut supra digesta testimonia intonant. Hæc mea de hoc sententia est, et sic in præsente sententia stabilis et inconcussus persisto, et sapientibus sanctorum dictis uti validis columnis omni ex parte innixus efferatorum flatuum impetus minime pertimesco, quos adversariorum turba quotidie obviam mihi facta concitat. Et hæc de Spiritu sancto, quod ille exsistentiam habeat ex Patre per Filium, in quibus et primæ nostræ orationi finem fecimus, ob quam et Deo gratias agimus bonorum omnium perfectori. Quæ vero sequuntur alteri certamini, quod hoc præsente in nullo inferius erit, locum præstabunt, quod ad secundum descendentes stadium decertabimus in Christo Jesu Domino nostro, per quem a Patre Spiritus sanctus progrediens inflabit nobis gratiam ad sermones feliciter dirigendos.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΛΙΤΗΝΙΩΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΥΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ Β'.

EJUSDEM CONSTANTINI

MELITENIOTÆ

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI ETIAM EX FILIO

Oratio II

1. *Interroga Patrem tuum, et annuntiabit tibi, seniores tuos, et dicent tibi*[13], pars hæc est beati Moysis cantici, quæ et mihi proœmii loco erit. Cum plane illa divina, et longe sapientissima admonitio sit, et ex eo ad hæc nostra tempora animis prudentibus inhærens plurimum auctoritatis habet, et sarta tectaque conservatur. Illi nos in anteriore hujus tractationis parte abunde probeque satisfecimus, cum ex Patre per Filium sanctissimi Spiritus exsistentiam examinantes, divinos Patres magistros et testes dictorum nostrorum adduximus, ex quibus omnibus veritatem, uti est, semel cognovimus, et nunc item satisfiet non minus, in præsenti nostra rursus de vivifici Spiritus ex Patre et Filio exsistentia concertatione. Cum hic quoque maxima divinarum Scripturarum ope, et frequente ab eisdem petito auxilio opus sit; non quod nos in rerum cognitione inter multos annumeremur, nec logica facultate ac vi ex propriis præcellamus, et quæstio similis magna sit, et magnis indigeat demonstrationibus; sed quod potior hominum pars, in sermonibus de pietate, non ita facile veritati præbent assensum, cum animis in adversa parte præoccupantur, nisi quod suadet ac movet, antiquitatis auctoritate et eorum, qui vita præcesserunt, actione, et speculatione præstantissimorum ac summorum corroboretur, ut sic inde sibi multis nominibus fidem locupletiorem conciliet, prudenter admodum et valde laudabiliter. Nam quos alios, inquiunt, sequi debemus, quam eos, quorum vita in lance a rigidissimis judicibus expensa, eorum sermones sublimes, et cogitationes multo sublimiores comprobatæ sunt, et quorum continua meditatio, ut rerum scientia poscit, mors fuit, ex qua uti facultas illis animæ oculos atque videndi aciem ab affectuum tenebris expurgatis concedebat,

α'. *Ἐπερώτησον τὸν Πατέρα σου, καὶ ἀπάγγελεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι*, μέρος τῆς τοῦ μακαρίου Μωσέως ᾠδῆς, καὶ τοῦτό μοι προοίμιον, ὅπερ καὶ παράγγελμα θεῖον ὂν καὶ διαφερόντως σοφὸν ἐξ ἐκείνου καὶ ἐς δεῦρο ταῖς εὐσυνέτοις ψυχαῖς τιμώμενον καὶ τηρούμενον, Πεπλήρωται μὲν κἀν τῇ προτέρᾳ τῆς παρούσης πραγματείᾳ κάλλιστα κομιδῇ καὶ ἡμῖν, ἡνίκα τὴν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐξετάζοντες ὕπαρξιν τοὺς θεοφόρους Πατέρα; διδασκάλους καὶ μάρτυρας τῶν λεγομένων προεστησάμεθα, παρ' ὧν δὴ πάντων καὶ τὴν ἀλήθειαν ὡς ἔχει καθάπαξ ἐγνώκαμεν. Πληρωθήσεται δὲ καὶ τὰ νῦν οὐδὲν ἧττον κατὰ τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα τῆς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ ζωαρχικοῦ Πνεύματος αὖθις ὑπάρξεως. Ἐπειδὴ πολλῆς δεῖ κἀνταῦθα τῷ λόγῳ τῆς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν βοηθείας, καὶ συχνῆς ὅτι μάλιστα χρεία τῆς ἐκεῖθεν συνάρσεως, οὐ διὰ τὸ πολλοστοὺς μὲν εἶναι καὶ μόνον τὴν γνῶσιν ἡμᾶς, καὶ μηδὲν λογικῆς ἰσχύος οἰκοθεν φέροντας, τὴν δὲ ζήτησιν μεγάλην τε καὶ μεγάλων δεομένην τῶν ἀποδείξεων, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους ἐν τοῖς περὶ θεοσεβείας λόγοις οὐ ῥᾴδιοι τῇ ἀληθείᾳ συντίθεσθαι, προκατειλημμένης εἰς τοὐναντίον τῆς τούτων ψυχῆς, εἰ μὴ τὸ προκαλοῦν ἀρχαῖον εἴη, καὶ τῶν διαβεβηκότων ἔν τε πράξει καὶ θεωρίᾳ πρὸς τὸ ἀκρότατον, ὡς ἐντεῦθεν πλουτεῖν πολλαχόθεν τὸ ἀξιόπιστον, εὖ γε τοῦτο ποιοῦντες, καὶ λίαν ἐπαινετῶς. Τίσι γὰρ ἑτέροις περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων λέγουσι χρεὼν καταλουθεῖν ἢ τοῖς προεξητασμένοις τὸν βίον, καὶ τὸν λόγον μὲν ὑψηλοῖς, ὑψηλοτέροις δὲ τὴν διάνοιαν, ὧν μελέτη διηνεκὴς κατ' ἐπιστήμην τῶν ὄντων ὁ θάνατος, ἐξ ἧς καὶ τὰ ὄπερ αἰσθησιν, ὡς ἐφικτὸν αὐτοῖς μετὰ σαρκὸς ἐφαντάσθησαν τοῖς τῶν παθῶν ἀχλύος κεκαθαρμένοις τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικόν; Τοὺς τοιούτους οἱ πρὸ βραχέος ῥηθέντες, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων οἱ

[13] Deut. xxxii, 7.

κρείττους καὶ νουνεχέστεροι παίθεσθαι φιλοῦσιν ἀσμένους ἐν τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς, οὓς καὶ δίκαιον γνώμης ὑπερθαυμάζειν, καὶ σφόδρα τούτους διὰ παντὸς ἀποδέχεσθαι. Πρὸς γάρ τοι τοὺς ἄλλους, ὅσοι τὴν περὶ λόγους παίδειαν πάντων μικροῦ πρὸ ἔχειν δοκοῦντες, πρὸς τῷ μηδενὸς ὅλως φροντίζειν, εἴ τίς που καὶ λέγειν ἐν τοῖς περὶ πίστεως ἔχει τι χρήσιμον, οὐδὲ ταῖς ἱεραῖς ἀξιοῦσι προσέχειν Γραφαῖς, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν δῆθεν κατειληφότες τὸ τοῦ κηρύγματος ἀκριβές, ἁρμόσει τὸ τοῦ Ἀποστόλου σαφῶς, ὅτι *Ἐματαιώθησαν ἐν ταῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν*, ἐφ' ᾧ καὶ τὸν νοῦν ὑπὸ κενοδοξίας τὸ παράπαν τυφλώττοντες τοὺς ἑαυτῶν λογισμοὺς τῆς τῶν θεηγόρων Πατέρων διδασκαλίας προκρίνουσιν. Ἔνιοτε δὲ καὶ περιτρέπειν πειρῶνται πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς τὴν ἀκλινῆ τῶν ἀνδρῶν τοῦ Πνεύματος ἔννοιαν, φιλονείκως περὶ ταύτης πρὸς οὓς ἂν τύχοι διαλεγόμενοι, καὶ οὐ φρίττουσιν ἐν οὐ παικτοῖς τὸ δὴ θρυλλούμενον παίζοντες, μάλιστα δὲ τὰ θεῖα διαβάλλειν σπουδάζοντες. Καὶ παρίημι λέγειν περὶ τῶν διὰ φθόνον καὶ μῖσος, οὐκ ὀλίγον γὰρ τοῖς πάθεσι τούτοις ἐαλωκότες ἡμῖν ἐπιφύονται, παρατρεχόντων, ἢ καὶ παραποιούντων ἐκοντὶ τὴν ἀλήθειαν, οἷς ἀπόχρη καὶ μόνον εἰς ἐξουδένωσιν τὸ κακοῖς καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ἄριστα διακρίνειν, καὶ τελεώτατα περὶ τούτων γινώσκουσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τούτους καὶ τὸ κατὰ νοῦν ἀναπολεῖν, ἕως ἂν ὑπὸ βασκανίας πρὸς ἡμᾶς ἐχθρῶς ἔχοντες ἀδιόρθωτοι μένωσιν, ἐπιβλαβές τε καὶ ἐπικίνδυνον, μή ποτε τοῦ τῆς κακίας ἰοῦ πρὸς αὐτοὺς ὑγιαίνοντες ἔτι καὶ αὐτοὶ μεταλάβοιμεν. Οὕτω τῆς θεοπνεύστου κατολιγωροῦσι Γραφῆς, ὡς ὁ λόγος ἄνωθεν φθάσας κἂν ἀμυδρῶς, τέως δ' οὖν παρεδήλωσε. Δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ προσβλέπειν αὐτοῖς ὡσαύτως διακειμένοις τὸ ἀπὸ τοῦδε, μὴ ὅτι γε μεταδιδόναι λόγου καλοῦ, ἅτε μὴ κατόπιν τῆς τῶν θεοσόφων Πατέρων μυσταγωγίας τὸ σύνολον βαίνουσι, ταῖς οἰκείαις δὲ γνώμαις στοιχοῦσιν ἐριστικῶς ἐξ εἰήσεως. Ἡμεῖς δὲ μηδὲν ἴδιον φρονεῖν ἢ λέγειν τολμῶντες περὶ Θεοῦ, θρασέων γὰρ ἡγούμεθα, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ἀλογίστων ἀνδρῶν τὸ διανοεῖσθαι καὶ λαλεῖν ἀφ' ἑαυτῶν τὰ τοῦ Πνεύματος χωρὶς Πνεύματος, τὰς ἱερὰς τῶν ἁγίων γραφὰς μετ' ἐπιμελείας καὶ συνεχῶς ἀναπτύσσομεν, καὶ ταύτας ὡς Θεοῦ φωνὰς διαῤῥήδην ἀκούοντες, ταῖς τῆς καρδίας πλαξὶν ἐγχαράττομεν, καὶ διὰ γλώττης πρὸς τοὺς ἔξωθεν ὡς ἐνὸν, εἰ δεήσει, προφέρομεν, ἐπερωτῶντες εἴον ἐκίστοτε διὰ τῶν τοιούτων γραφῶν τοὺς αὐτὰς συλλαβόντας καὶ τεκόντας ἐν Πνεύματι περὶ πάντων τῶν εἰς εὐσέβειαν ἀνηκόντων, ὡς Πατέρας τῇ πίστει κοινοὺς καὶ πρεσβυτέρους τῇ τῶν ἡμερῶν παλαιότητι κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Μωϋσέως θειοτάτην καὶ σοφωτάτην παραίνεσιν, καὶ ταῦτα μὲν μανθάνοντες ἀσφαλῶς, καὶ τοῖς ἄλλοις χρείας κατελαβούσης ὡς δύναμις παραπέμποντες. Ἔνθεν τοι καὶ τὸ παρὸν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἕξεται τὰ τῆς ἀποδείξεως ἡμῖν τοῦ προκειμένου ζητήματος, ὅτι καὶ τοῦτο

A quæ sensum exsuperant, cum carne imaginatione concepere. His, paulo ante commorati, imo eorum meliores prudentioresque, in rebus quæ supra nos sunt suaderi amant, quos et jure merito ob sententiam maxime laudamus, et perpetuo recipimus. Aliis vero, qui dicendi arte atque eruditione reliquos alios superare sibi videntur, cum alias mentem prorsus non applicent, si quis de fide profiteri aliquid proponere tentet, neque satis Scripturis animum advertere volunt, quasi ex sese exquisitam prædicationis rationem præoccupaverint, adaptabitur non incongrue illud Apostoli: *Evanuerunt in cogitationibus suis, cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt*[44]. Hinc et mentem ob vanam sui existimationem plane obcæcati proprias cogitationes divinoloquorum Patrum doctrinis præponunt. Sæpe etiam numero immotam virorum Spiritu sententiam pervertere conantur, ut sibi complaceat, contentiose de ea cum obviis quibusque sermonem conferentes, nec horrent, in illis a quibus longe est jocus, quod proverbio fertur, ludentes, et quod atrocius est, summo studio divina criminantur. Et prætereo de iis dicere, qui odio atque invidentia, his enim affectibus non minimum mancipati, in nos assurgunt, prætercurrunt, et veritatem sponte pervertunt, in quorum contemptum satis abundeque est, dum improbi et reputantur, et nuncupantur ab optimis rerum harum judicibus, et perfectissimis cognitoribus. Verumtamen hosce vel mente concipere, quousque invident obstricti, et nobiscum inimicitias gerentes incorrecti perseverant, non absque periculo et extremo discrimine est, ne veneno improbitatis nos quoque qui sani sumus, inficiemur. Sic divinitus inspiratam Scripturam despectui habent, ut supra oratio, licet tenuiter, aliquo tamen modo significavit. Propterea que eos inposterum sic dispositos non intueri, multo minus colloquio dignari, optimum fuerit, cum illi a divino numine edoctorum vestigiis, neque divinæ doctrinæ insistant, sed propriis opinionibus vana sui existimatione contentiose incedunt. Nos vero de Deo aliquid proprium neque tenere, neque eloqui audentes, temerariorum siquidem id ac plane rationis inopum hominum cogitare et decernere ex propriis de Spiritu absque Spiritu, sacra sanctorum volumina diligenter continuoque evolvimus, eaque uti Dei voces palam audientes, in cordis tabulis incidimus, et lingua ad alios, uti fieri potest, dum opus est, offerimus, quodammodo interrogantes per ea scripta illos, qui ea conceperunt, et pepererunt in Spiritu de omnibus ad pietatem spectantibus, uti Patres fide communes, et antiquitate dierum seniores, secundum beati Moysis divinissimam ac sapientissimam admonitionem, et sic ea tuto discimus, et aliis, cum necessitas est, uti possumus, demandamus. Hinc etiam nunc ex eisdem, ad præsentis quæstionis demonstrationem condu-

[44] Rom. 1, 21.

centia petentur, quod hoc negotium vires nostras exsuperat, nec possumus nostra dicendi facultate exponere docereque de Deo, et incorrupta primaque natura, cum illud indigeat virorum, qui supremam et potiorem sapientiam antiquitus puritate mentis consecuti sunt, qui et parentum locum obtinentes, nobis fidelibus, veluti continuo doctrina sua generantes omnes secundum Deum, interrogantibus in præsenti sicuti Mosaica admonitio præcipit, propriis iterum scriptis annuntiabunt, et rebus omnibus cum seniores nostri sint, dicent peraccommode edoceentque de quæstione nunc in examen proposita, quemadmodum et in ante digesta oratione peregerunt, in qua *per Filium exsistentiam habere Spiritum sanctum* nos instruxerunt. Sed in ea quidem per Filium tantum ex Patre Spiritus exsistentiam, quod non ultra nostra quæstio progrederetur, in hac vero etiam ex Patre et ex Filio Spiritum sanctum exsistere, quod nostrum in præsentia propositum est, edocebunt, multoque apertius quam illi, qui pueriles litterarum notas per otium interpretantur: cum non semel, nec bis terve sanctorum unusquisque et plane omnes de hoc dogmate pronuntiata sententia, silentium postmodum sibi indixerunt, sed ubicunque fere sermonum suorum, quibusdam etiam in locis crebro, exemplo præstantium pictorum, qui sæpius et calcatis coloribus tabulas inficiunt, cum quod imprimitur apertius expressiusque effigiare contendunt, qui rebus divinis exponendis præstiterunt illud, ex Patre et Filio Spiritum sanctum exsistere, sedulo in omnibus suis scriptis comprehendentes, in nonnullis suis homiliis, constanter et abundanter data opera philosophati sunt, ut nos etiam hic liberaliter et copiose de hoc argumento erudient.

2. Quare ad addecens principium orationem deducentes, inde quod nobis in mente volvitur aggrediemur. Omnino vero addecens principium fuerit, cum manus rei imponimus, Numen propitium reddere. Qui enim vere nos sumus, qui similia curiosius investigare animum intendimus, ad quæ intellectualium omnium potestatum ordo ob gloriæ inaccessum nequit attingere, ni quis eos qui in corpore cum incorporeis decertarunt advocarit, quibus hujusce gratia semetipsum, quantum illi capere poterant, Trias manifestavit? Horum porro qui talem, tenuem nempe et moderatam de Deo illuminationem acceperunt, eamque ultra mentes cœlestes, quod in carne immateriatæ vitæ institutum tenuerunt, indeque mentis ascensionem consecuti sunt, quomodo difficile non fuerit nobis, qui infra et circa terram limo involvimur de similibus perquirere, cum deberemus absque tot ratiocinationibus sanctorum Patrum decretis in communem utilitatem dogmatibus acquiescere, non vero eorum fiduciam et libertatem æmulari, quorum vitam non sumus imitati? Nihilominus, cum ex iisdem testimonia, uti polliciti sumus, in præsentia procedent, ob dictorum scripto traditorum uberem

A μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς διατρανῶσαι δυνάμει λόγου, καὶ παραστήσασθαι περὶ Θεοῦ τε καὶ τῆς ἀκηράτου καὶ πρώτης φύσεως ὄν, καὶ δεῖται τῶν τὴν ἀνωτάτω καὶ κρείττονα σοφίαν καθαρότητι πάλαι νοὸς κτησαμένων ἀνδρῶν, οἳ καὶ Πατέρων λόγον ἐπέχοντες ἡμῖν τοῖς πιστοῖς, ἅτε γεννῶντες ἀεὶ διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν τοὺς πάντας κατὰ Θεὸν, ἐπερωτήσασιν ὡσανεὶ κἀνταῦθα, καθάπερ ἡ Μωσαϊκὴ παραχέλευσις ὑποτίθεται διὰ τῶν οἰκείων καὶ πάλιν ἀναγγελοῦσι γραφῶν καὶ τοῖς ὅλοις πρεσβύτεροι τελοῦντες ἡμῶν, ἐροῦσιν εἰκότως καὶ περὶ τοῦ νῦν εἰς ἐξέτασιν προβεβλημένου διδάξουσιν, ὡς κἀν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ προφανῶς πεποιήκασιν, ἔνθα τὸ, *Δι' Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν. Πλὴν ἐκεῖσε μὲν τὴν δι' Υἱοῦ καὶ μόνον B ἐκ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν, ὅτι καὶ μέχρι τοσούτου τότε τὰ τῆς ἡμετέρας ζητήσεως· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχειν, τοῦτο γὰρ ὁ σκοπὸς, ἀρτίως μυσταγωγήσουσι, καὶ πολλῷ πλέον ἢπερ οἱ τοῖς τῶν γραμμάτων τύποις κατὰ σχολὴν ἑρμηνεύοντες· ἐπεὶ μηδ' ἅπαξ, μηδὲ δὶς, ἢ καὶ τρὶς ἕκαστος τῶν ἁγίων, καὶ πάντες ἁπλῶς εἰπόντες περὶ τοῦ τοιούτου δόγματος ἀπηλλάγησαν, πανταχοῦ δὲ τῶν ἰδίων λόγων σχεδὸν, ἔστι δ' οὗ καὶ θαμὰ κατὰ τοὺς τῶν ζωγράφων δεινοὺς, οἳ πολλάκις καὶ μεθ' ὑπερβολῆς τὰ χρώματα τοῖς πίναξιν ἐπιβάλλουσιν, ἐπειδὰν τὸ χαρακτηριζόμενον αὐτοῖς ἐναργέστερον εἰκονίσαι θελήσωσιν· οὕτως οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ τὸ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπάρχειν ἀτεχνῶς ἐν πάσαις ταῖς ἑαυτῶν διαλαβέσι γραφαῖς, κατά τινας τῶν οἰκείων ὁμιλιῶν ἐπιμόνως καὶ σὺν δαψιλείᾳ περιλοσοφήκασιν ἐξεπίτηδες, ὥστε καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε φιλοτιμότατα καὶ πλουσίως ἐξ αὐτῶν τὰ περὶ τούτου σοφίσουσιν.

β'. Καὶ δὴ λοιπὸν εἰς πρέπουσαν τὸν λόγον ἀναγαγόντες ἀρχὴν, ἐκεῖθεν ἐφαψόμεθα τοῦ κατὰ σκοπόν. Πρέπουσα δέ γε πάντως ἀρχὴ τὸ Θεῖον ἐφ' οἷς ἐγχειροῦμεν ἐξευμενίσασθαι. Τίνες γὰρ ἡμεῖς ἀληθῶς, ὅτι τοιαῦτα προθυμούμεθα πολυπραγμονεῖν, ὧν ἐφικέσθαι καὶ τῶν νοερῶν δυνάμεων ἁπασῶν ἡ τάξις ἀδυνατεῖ διὰ τὸ τῆς δόξης ἀπρόσιτον; ἐκτὸς εἰ μὴ τοὺς ἀμιλληθέντας τοῖς ἀσωμάτοις εἴποι τις μετὰ σώματος, οἷς καὶ ἑαυτὴν τούτου χάριν ὅσον D ἐχώρουν ἡ Τριὰς ἀπεκάλυψε. Τῶν δὲ τοιαύτην, ἀμυδρὰν δηλαδὴ καὶ μετρίαν, περὶ Θεοῦ δεδεγμένων τὴν ἔλλαμψιν, καὶ ταύτην τῶν οὐρανίων νόων ἐπέκεινα διὰ τὴν ἄϋλον ἐν σαρκὶ πολιτείαν, καὶ τὴν τοῦ νοὸς ἐντεῦθεν ἀνάβασιν, πῶς οὐ χαλεπὸν τοῖς κάτω καὶ περὶ τὴν γῆν ἰλυσπωμένοις ἡμῖν τὸ περὶ τούτου διερευνᾷν, δέον ἀσυλλογίστως ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκτεθεῖσιν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν δόγμασιν, οὐ μὴν μιμεῖσθαι τὴν παῤῥησίαν ὧν τὸν βίον οὐκ ἐζηλώσαμεν; Ὅμως ἐπεὶ τὰ τῆς μαρτυρίας ἐξ αὐτῶν τούτων ἡμῖν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἐν τῷ παράντι προβήσεται διὰ περιουσίαν χρήσεων γραφικῶν, ὧν εὐπορούμεν πολλῶν πρὸς ἀπόδειξιν, οὐκ ἔσται δυσχερὴς, δοκῶ μοι, παντάπασιν ἡ τῆς θεωρίας ἐξέτασις. Εἰ δ' ἄλλως ἄτοπον τοῖς πεπλα-

νημένοις τὰς ἔξωθεν αἰσθήσεις, δι' ὧν ταῖς ἔνδον ὁ πόλεμος τὸ ζητεῖν ὅλως περὶ Θεοῦ, καθάπερ οὐδ' εὐαγὲς, οὐδ' ὅσιον ὀπωσοῦν ἅπτεσθαι καθαροῦ τὸν μὴ καθαρόν· ἀλλ' ἡμῖν πλέως γένοιτο Κύριος, ἡ ἀδιαίρετος Τριὰς καὶ ἀχώριστος, τὸ ὁμοούσιον κράτος καὶ ταὐτοδύναμον, ὁ ἄναρχος, λέγω, Πατὴρ, ὁ συνάναρχος Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ συναΐδιον, ὅτι μὴ κατ' ἄγνοιαν ἑαυτῶν τοῖς ἀγιωτάτοις ἐμφιλοχωρεῖν ἀνάγνως πειρώμεθα, μήτε μὴν κατὰ περιφρόνησιν. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὅσων γέμομεν ῥυπασμάτων ἡμεῖς, καὶ τὸ τὰ θεῖα περιφρονεῖν ὅλεθρον ψυχῆς ἐπιστάμεθα. Τοιγαροῦν οὐκ ἐντεῦθεν εἰς τοῦτο καθυπαγόμεθα, μὴ φρενῶν οὕτω πόῤῥω που πέσοιμεν, ὑπὸ δὲ τῆς νῦν ἐπικρατούσης τοὺς πλείονας ἰδιορῥύθμου ῥοπῆς, ἣν εἰς τὸ θεολογεῖν οἰκοθεν ἀκαθέκτως ἐκδείκνυνται, καὶ τοῦ πιστεύειν αὐτῶν ὡς αὐτάρκων ἑαυτῷ τῶν ἱερῶν ἀλογοῦνται Γραφῶν, πολλὰ βιασθέντες, καὶ κατὰ Θεὸν ἴσως ζηλοτυπήσαντες, τοῖς τοιούτοις ἑαυτοὺς ἐμπαρέχομεν φέροντες, ἵνα μὴ καταχριθῶμεν δι' ὑποστολὴν προέμενοι, παρῳδητέον γὰρ ἐνταῦθα τὰ τῆς Γραφῆς, τὴν ἀλήθειαν. Οὗτος ὁ λόγος τῆς ἡμῶν πρὸς τὸ τοῖς ἀδύτοις ἐμβατεύειν ὁρμῆς, καὶ τὰς θείας ῥήσεις μετὰ τοῦ Πνεύματος διασκέπτεσθαι, καὶ οὐ φαῦλος ὡς πέπεισμαι. Διὸ συγγνώμην ἔχειν θαῤῥῶ καὶ παρὰ τοῖς τῶν ἀνθρώπων εὐγνώμοσιν. Ἡ μὲν οὖν ἐξαιτίασις τοιαύτη, καὶ οὕτως ἰσχυρά τε καὶ ἀναντίῤῥητος. Ἀπάρτι δὲ τοῦ καταπετάσματος εἴσω χωρητέον ἡμῖν, καὶ πρὸς αὐτὴν ἰτέον τὴν τῶν ἱερῶν λογίων διάσκεψιν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὑπὲρ οὗ καὶ δι' ὃ πολεμοῦμεν, καὶ πολεμούμεθα, τοῦ λόγου προστησαμένους, ὥσπερ εἰκὸς, ὅπως τῆς προθέσεως ἐπαξίως ἀγωνισάμενοι, τὴν ἀπόδειξιν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ τοῖς πᾶσιν ἀναμφήριστον ποιησώμεθα, τὰς τῶν ἁγίων θεοπνεύστους φωνὰς ἐχομένως κατὰ τάξιν ἐκθέμενοι.

A copiam, quibus iisque præmultis non destituimur, haud erit prorsus difficile, ut mihi videtur, præsentis speculationis examen. Quodsi aliter ineptum est illis, qui exterioribus sensibus, per quos interioribus bellum indicitur, hallucinantur, quæstiones omnino de Deo habere, quemadmodum neque pium neque sanctum utcunque non purum pura attingere : sed nobis propitius sit Deus, indivisa et inseparabilis Trinitas, consubstantialis idemque potens potestas, absque principio inquam Pater, coæternus Filius, et coæternus Spiritus sanctus, nos nostrimet ipsorum non ignari, neque rerum despectu cum sanctissimis consuescere impure præsumimus, namque plane scimus, quot nos sordibus inquinemur, et res divinas flocci facere animi exitium certum esse tenemus. Non inde ergo ad hoc promovemur, non ita delirare et mente capi contigerit, sed ab ea, quæ nunc plerosque occupat propriis opinionibus obsecundandi copia, qui ad res divinas pertractandas indesinenter ducuntur, et fidem adhibere, tanquam qui sua admirantur tantum modo, divinis Scripturis negligunt, multimode nec non et secundum Deum zelo coacti, nosmetipsos in eosdem impellimus, ne condemnemur, quod nos subducentes veritatem prodidimus ; Scripturæ namque verba hoc in loco per parodiam enuntianda sunt. Hæc ratio est nostri in adyta penetrandi impetus, et divina verba cum Spiritu examinandi, nec, ut reor, vili pendenda est. Propterea que veniam consecuturum me spero ab æquis rerum harum cognitoribus. Excusatio igitur hæc est, et adeo valida, ut illi contradici minime possit. Sed nunc tandem in velum ingrediendum nobis est, et progrediendum ad ipsum divinorum eloquiorum examen, Spiritum veritatis, de quo et cujus causa bellum nobis indicitur, et vicissim bellum indicimus, sermonibus nostris, uti par est, præponentibus, ut de proposito argumento digne decertantes, et sanctorum a Deo inspiratas voces ac stabilem, neque ulli dubiam demonstrationem peragamus.

γ'. Πρῶτα τοίνυν ὡς ἂν καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τῆς ὑποθέσεως εἰσβολὴν καθ' εἱρμὸν προΐῃ τὰ τῆς παρούσης πραγματείας ἡμῖν, ὅπερ ἐν τῷ προεκτεθέντι παρ' ἡμῶν λόγῳ ζητούμενον κατ' ἀρχὰς ὃν τέλος ἱκανῶς παρεστήσαμεν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, τοῦτο νῦν ὁμολογούμενον ἐσχηκότες κατὰ πρόδασιν ἔνθεν φαμὲν, ὅτι καθάπερ εὐσεβὲς διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι φρονεῖν, οὕτω δὴ καὶ τὸ πρεσβεύειν κἀκ τοῦ Υἱοῦ τυγχάνειν τὸν ὅμοιον τρόπον ὀρθόδοξον. Οὐ γὰρ ὡς καθ' ὑπηρεσίαν τινὰ νοοῦντες τελεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Υἱοῦ, τούτου δὴ χάριν τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ κατὰ τρόπον ἀπαξαπλῶς παντοῖον ἀπαναινόμεθα· μὴ πρὸς τοσαύτην δυσσέβειαν κατενεχθῶμέν ποτε, μηδὲ τὸ τοιοῦτον βλάσφημον ἡμῶν κατισχύσειεν! ὡς δ' οὐσιωδῶς ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα γινώσκοντες διὰ τοῦ Υἱοῦ, κατὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ πεφυκέναι κἀκῶς καὶ δεόντως δοξάζομεν. Ἐπειδὴ μὴ μόνον τὸ διά τινος δημιουργικῶς καθέστηκε τοιουτοτρόπως καὶ ἐξ αὐτοῦ, καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ τὰ πάντα, κατὰ τὸν

3. Primum igitur, ut in ipsa materiæ aggressione distincte et ordinate præsens hic tractatus procedat, quod in antea vulgata oratione sub initio quærebamus, et facultate Spiritus finem fecimus, id nunc certum atque indubitatum tenentes, indeque progredientes dicimus, quemadmodum pium per Filium Spiritum sanctum exsistere sentire, ita pari modo eumdem etiam ex Filio esse tenere orthodoxum est. Neque enim servili modo opinantes esse Spiritum sanctum per Filium, propterea illum etiam ex Filio modis omnibus rejicimus ; absit ut unquam ad impietatem similem prolabamur, neque similis blasphemia nos occupet ! sed uti essentialiter exsistere Spiritum sanctum agnoscimus per Filium, pari ratione et ex Filio esse, recte et uti addecet opinamur. Cum non solum quod per aliquem creationis modo substitit, eodem modo etiam ex illo est, quo significatu omnia evangelistæ Joannis dicto per Filium facta sunt. nam reliqua exempla cum multa sint ad manus, quod

res clara apertaque sit, omnia prætereo, hæc et ex Filio esse credimus, ab omnibus fere Patribus, quibus curæ fuit rectorum dogmatum examen, hoc edocti, quo per homines illos a Deo edoctos hæreticorum pessimis consiliis prespicue dejectis, nemo ullus apud omnes est, si accurate rem c'lemus, qui modo contra sese opponat et adversetur : sed etiam quod ex aliquo secundum essentiam est, similiter et ex ipso esse apparet. Hoc vero pro more sacræ et divinitus inspiratæ Scripturæ nec alia ratione dicitur, quemadmodum et quod ex aliquo est ratione causæ sive naturalis, sive efficientis, et præter has illius, quæ non est ad exsistentiam, pari modo invenitur etiam per ipsam multis in locis. Ut vero earum, quæ sunt ad utraque hæc auctoritatum brevi manu memoria inducta, proposito meo non diu post pro viribus adhæream, de eo nempe quod ex aliquo est secundum causam, quod et contiguum est, divinissimus Athanasius oratione contra Arianos prima, ait : *Cum igitur in eam ætatem homo progressus fuerit qua vires natura præstat, statim absque ullo impedimento homo pater filii, qui per ipsum est, evadit.* Et hoc quidem Athanasius de naturali causa ex propriis profert, qui prorsus vel solus satis instructus ad docendum ab illis, qui recte dijudicant reputabitur. Sed et in suprema et post Christum speculatione præcellens magnus et sapiens Basilius quinto ad sanctum Amphilochium capite de effectrice causa, et alia, quam ut lubet quilibet nominet, ex Veteri Testamento profert pro simili quæstione testimonia, satis aperte hunc in modum discernens : *Sed etiam ea, quæ ab his significantur sæpenumero invertuntur præpositiones* per *et* ex, *quoties altera alterius recipit significationem, veluti,* Possedi hominem per Deum, *idem dicens quasi dixisset,* ex Deo. *Et alibi :* Quæ præcepit Moyses Israeli per mandatum Domini. *Et rursum :* Nonne per Deum horum manifestatio est ? *Pro eo quod erat* ex Deo, per Deum *dixit.* Ad hæc in dogmatibus discernendis eximius summusque Cyrillus libro quinto ad Hermiam, *Nam quomodo videremus,* interrogat, *vitam exsistentem secundum naturam, et Filium ? Cur autem non et dicenti credendum :* « *Ego sum via et veritas et vita* [49] ? » *Cum articulo autem, et singulariter seipsum esse dicens vitam, annon Patrem et Deum suum negaverit esse vitam, nisi unius naturæ ambos esse dederimus, et per ambos ad nos æqualiter vitam venire, et non ex duobus, sed ex uno Deo nos vivificante ?* Hic interim consideret quicunque vult, quomodo cum antea dixisset *per ambos,* postmodum *ex uno* protulit. In sexto etiam ad eumdem : *Quodcunque fiet a Patre id prorsus erit recte factum et Filii : et quod dicetur perfici per Filium, illud prorsus etiam erit recte factum Patris. Omnia siquidem per ambos æquali ratione.* Expositione in Joannem in dictum illud : *Et testimonium perhibuit Joannes*

[49] Joan. XIV, 6.

bis omnibus antiquius cum sit, reliqua omnia quæcunque illa sint, resoluta in sese recipiat. Hoc procedere, uti reliqua alia resolutum in illud *est*, ab Ecclesiæ doctis præceptoribus in exsistentiam suo modo Spiritus desumitur, illius erga Filium differentiam indicans, et diversum erga eum exsistentiæ modum. Namque, *ut nomen generationis præteriret Scriptura, processionis nomen*, ut Joannes Chrysostomus tradit, *usurpavit*. Cum itaque sibi proponunt, Spiritus exsistentiæ modum exprimere, tum processionis vocem assumunt; cum de simplici solaque exsistentia illius sermonem faciunt, tum una excepta generatione, quæ propria Filii est, reliquis aliis verbis utuntur, et potissimum cum illum ex Filio prædicant, quod modus exsistentiæ tunc nulli dubius remanet. Quis enim unquam audiens Spiritum sanctum ex Filio, generationem esse comprehendet, quæ ex eo divina exsistentia est? Propterea que ut plurimum aliis eam dictionibus denotant, quibus omnibus consequenter modus illius exsistentiæ indicatur, processio scilicet, hoc si a quoquam ex iisdem concipiatur erit secundum alium modum generatio. Namque in causalis in sancta et divinitatis principe Triade hæc duo tantummodo sola modum exsistentiæ connotare apta nata sunt. Erit igitur illi, qui processionem in illis intelligere abnuet, Spiritus sanctus genitus, quo potestne excogitari absurdius? Sic verba, quæ per se stant, omnia pronuntiata de Spiritu, modis omnibus et necessario processio consequitur: idque scientes Patres, quibus a Spiritu sancto res theologicas pertractare datum est, de simplici exsistentia illa usurparunt; et multo promptius, ut jam diximus, cum Spiritum esse ex Filio aperte significarunt, quod illa ratione modus a nullo in dubio poneretur. Namque Spiritum sanctum asserentes ex Patre exsistere, sæpius procedere usi sunt, tanquam quod inter ipsum et Filium discrimen exprimat, qui et ipse inde ex Patre ortum agnoscit. Sæpe etiam hanc dictionem uti dictum evangelicum collocant, confirmare volentes Spiritus ex Patre divinam exsistentiam, quemadmodum et dictum alterum, *De meo accipiet*, assumunt, ut testimonium Dominicum, cum ostendere conantur, exsistentiam habere etiam ex Filio Spiritum sanctum. Illisque contradici minime posse, abunde probabunt inclytus Epiphanius, et admirabilis Cyrillus. Epiphanius enim in Ancyroto apertissime clarissimeque hæc profert: *Spiritus sanctus non frater fratris, non patris frater, sed ex eadem essentia Patris et Filii. Namque et ipse Unigenitus dicit:* « *Spiritus Patris, et, «Qui ex Patre procedit,» et, « De meo accipiet, » ne alienus reputaretur Patris et Filii.* Et multis additis dictum antea quoque a nobis allatum: *Uterque inhabitat in homine justo, Christus et Spiritus illius. Quodsi Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo, aut ab utroque, ut ait Christus, « qui a Patre procedit, » et, « hic de meo*

accipiet. » Et hæc quidem venerabilis Epiphanius. At vero vere admirabilis Cyrillus, in tractatu in Joannem evangelistam, quem ille probe elaboravit in credentium commodum, in illud : « *Ille me glorificabit, quod de meo accipiet,* » divinum dictum post nonnulla hæc de Spiritu profert : *Cum vero consubstantialis sit Filio et progrediatur, uti Deum addecet per ipsum, omnem illius rebus in omnibus perfectissimam habens operationem et virtutem, propterea ait :* « *De meo accipiet.* » *Subsistere enim ipsum secundum seipsum Spiritum credimus, esseque revera, quod est et dicitur. Inexsistens enim in essentia Dei prodit, et progreditur ex ipsa.* Cum antea dixisset de Spiritu : *Quandoquidem progreditur per Filium, propterea dicit Dominus noster,* « *De meo accipiet,* » illius progredi per Filium hanc postmodum probationem subnectit : *Uti inexsistens essentiæ Dei prorsus ex illa prodit et progreditur,* illud, *per Filium,* et illud, *ex essentia Dei,* necnon et illud, « *De meo accipiet,* » in eodem significatu assumens, in fine hujusce expositionis habet : *Nihil igitur detrahitur Spiritui, neque convitio subjacet, cum accipere dicitur ab Unigenito Spiritus illius ; namque cum progrediatur naturaliter per ipsum, ut proprius ejus, cum omnibus quæ absolute habet, accipere dicitur quæ sua sunt.* Ad hæc in dictum : « *Non enim loquetur a seipso,* » hæc ad verbum magis manifeste edisserit : *Propterea id adnexuit :* « *Futura annuntiabit vobis,* « *quod omnino ex mea essentia Spiritus, et quasi mens mea est, quod eloquetur ille futura, sicuti et ego. Namque antea dixi :* « *Etsi non potestis hæc omnia addiscere.* » Sic ex voce illa Domini, *De meo accipiet,* hic quoque argumenta sumens, confirmat, etiam ex Filio Spiritum sanctum exsistentiam habere : aliam vero *ex Patre procedere,* uti evangelicum testimonium ponit, ad ostendendum ex eo adorandi Spiritus divinam exsistentiam. Et huic Dominico dicto adamussim correspondere præcedens Salvatoris dictum, *Spiritus* nempe *veritatis,* et id idem nec aliud innuere, sapientissime probat, tantummodo sententiam a Patre in personam Unigeniti transferens. Hic enim veritas est. Quare illius verba in medium adducam, in illud : « *Cum igitur venerit Paracletus.* » *Ecce enim, ecce Spiritum dicit veritatis, suimetipsius nempe, Paracletum cum dixisset, a Patre eum procedere tradit. Quemadmodum enim est Spiritus proprius Filii, naturaliter in ipso exsistens, et per ipsum progrediens, ita et Patris.* Et post pauca ejusdem pericopes, rursus superioribus similia scribit : *Itaque in eodem loco et essentiæ unitatem ostendens, suimetipsius inquam, et Dei et Spiritum veritatis Paracletum esse asserens, a Patre eum dicit procedere.* Et præcedente oratione resumit : *Cum Spiritus veritatis, meus nempe, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* » *Perhibebit vero quomodo? Cum enim in vobis et per vos admirabilia operabitur, testis erit justus verusque meæ divinæ auctoritatis, et in virtute magnitudinis.*

A κεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ, ὁ Χριστὸς καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησὶν ὁ Χριστὸς, « Ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » καὶ, « Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Καὶ ταῦτα μὲν Ἐπιφάνιος ὁ σεπτός. Ὁ δέ γε θαυμάσιος, ὄντως Κύριλλος ἐν τῇ κατὰ Ἰωάννην τὸν Εὐαγγελιστὴν πραγματείᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ πονηθείσῃ καλῶς καὶ πρὸς ὠφέλειαν τῶν πιστῶν εἰς τὸ, « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » θεῖον ῥητὸν, μετά τινά φησιν οὕτω περὶ τοῦ Πνεύματος· Ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιόν τέ ἐστι τῷ Υἱῷ, καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ἐφ' ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ B τοῦτό φησιν ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Ὑφεστάναι γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ Πνεῦμα πιστεύομεν· εἶναί τε κατ' ἀλήθειαν τοῦθ' ὅπερ ἔστι τε καὶ λέγεται. Ἐνυπάρχον γε μὴν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ προκύπτει τε καὶ πρόεισιν ἐξ αὐτῆς. Πρώην εἰπὼν περὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς Ἐπεὶ πρόεισι διὰ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος ἡμῶν ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » τοῦ προϊέναι διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦτο, μεθύστερον ἐπιφέρει κατασκευήν, Ὡς ὑπάρχον τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ πάντως ἐξ αὐτῆς προκύπτει καὶ πρόεισιν, ἴσον τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ κεκτημένος· καὶ τὸ, « ἐκ τῆς οὐσίας γε τοῦ Θεοῦ, » κἀντεῦθεν δεχόμενος εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν, καὶ τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. » Λέγει δὲ πρὸς τὸ τέλος αὖ ταύτης τῆς ἐξηγήσεως· Ἀκατηγόρητον οὖν ἄρα παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κείσεται, τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ Μονογενοῦς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· προὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς, ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει τελείως, λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. Πρὸς τούτοις εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, » ταῦτά γε μὴν διέξεισι πρὸς ἔπος ἀριδηλότερον· Διὰ γάρ τοι τοῦτο προστέθεικεν, ὅτι « Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν, » ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οἷον ἐμός ἐστι νοῦς, τὸ ἐξεῖν αὐτὸν τὰ ἐσόμενα, καθάπερ ἐγώ. Προείρηκα γάρ, « Εἰ καὶ μὴ δεδύνησθε πάντα μαθεῖν. » Οὕτω περὶ τῆς, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τοῦ Κυρίου φωνῆς D καὶ οὗτος διαλαβών, ἔνθεν παρίστησιν ὅτι κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχει τὴν ὕπαρξιν. Τὴν δὲ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ῥῆσιν, ὡς εὐαγγελικὴν μαρτυρίαν τιθεὶς εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἐξ αὐτοῦ θείας ὑπάρξεως τοῦ προσκυνητοῦ Πνεύματος, τὸ αὐτὸ τῇ τοιαύτῃ Δεσποτικῇ ῥήσει, καὶ τὸ πρότερον παρὰ τοῦ Σωτῆρος λεχθὲν, τὸ Πνεῦμα δηλαδὴ τῆς ἀληθείας δύνασθαι καὶ δηλοῦν κατασκευάζει σοφώτατα, μόνην τὴν διάνοιαν μεταφέρων ἀντικρυς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Μονογενοῦς. Οὗτος γὰρ ἡ ἀλήθεια. Καὶ γοῦν ἵνα τῶν αὐτοῦ μνησθείην ῥητῶν, εἰς τὸ, « Ὁπόταν οὖν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος. » Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ λέγει Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. τουτέστιν ἑαυτοῦ, τὸν Παράκλητον εἰπὼν, παρὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαί φησιν. Ὥσπερ γάρ

ἐστιν Ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχον, καὶ δι' αὐτοῦ προϊόν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. Καὶ μετὰ βραχέα τινὰ τῆς τοιαύτης περικοπῆς εὕρηται πάλιν τοῖς προσέχουσιν οὕτω φθεγγόμενος· Ἐν ταυτῷ τοιγαροῦν καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἐνότητα παραδεικνὺς ἑαυτοῦ τε, φημί, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸν Παράκλητον εἶναι λέγων, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι φησι. Καὶ πάλιν παρακατιὼν ταῦτα κατ' ἐπανάληψιν, « Ὅταν τοίνυν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸ ἐμὸν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. » Μαρτυρήσει δὲ πῶς; Ἐνεργῆσαι γὰρ ἐν ὑμῖν τε καὶ δι' ὑμῶν τὰ παράδοξα, μάρτυς ἔσεται δίκαιός τε καὶ ἀληθὴς τῆς ἐμῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας, καὶ τῆς ἐν δυνάμει μεγαλειότητος. Ἐμὸν γὰρ Πνεῦμα τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν. Ὥσπερ δὲ ἐμὸν, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἐνταῦθα δείκνυται φανερῶς ὁ θεῖος καὶ σεπτὸς Κύριλλος εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὄντως ἔννοιαν συνάγων ἀμφότερα τὰ ῥητὰ, « τὸ Πνεῦμα, φημὶ, τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· » καὶ τοῦτο παρ' ἄλλου δεδίδακται θεηγόρου Πατρός. Τίς δέ ἐστιν οὗτος; Ὁ πολὺς τὴν σοφίαν Βασίλειος, ὃς ἐν μὲν τοῖς κατ' Εὐνομίου καὶ Ἀρείου λόγοις τρανότατα ταῦτά φησι· Τὴν μὲν πρὸς Πατέρα οἰκειότητα νῦν, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τὴν πρὸς Υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ ἀκούω, « Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Πρὸς δὲ τὸ τέλος τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων οὕτω διέξεισιν· Πῶς δὲ οὐ φανερὸν ἔχει τὸν κίνδυνον διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, τοῦτο μὲν τοῦ Ἀποστόλου συνημμένως ἡμῖν παραδιδόντος, καὶ νῦν μὲν Χριστοῦ λέγοντος, νῦν δὲ τοῦ Θεοῦ ἐν οἷς γράφει, « Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Ὑμεῖς δὲ οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβετε, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ. » Τοῦτο δὲ τοῦ Κυρίου τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας λέγοντος, ἐπειδὴ αὐτὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Πρόσεχε, ὁ νῦν ἀκροώμενος, πῶς ὁ μέγας Βασίλειος ταύτας τὰς ἀποστολικὰς ῥήσεις καὶ τὰς εὐαγγελικὰς συναθροίσας εἰς ἓν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' αὐτῶν οἰκεῖον καὶ ἀδιαίρετον τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ τοῦ Υἱοῦ σαφέστατα λίαν ἐγνωμοδότησεν. Ὡς ἂν δὲ καὶ Κύριλλον τὸν στερρὸν ὑπέρμαχον τῆς εὐσεβείας εἰδῇς, τίνα δὴ τρόπον τὰς εὐαγγελικὰς τοιαύτας φωνὰς ἐξηγήσατο, καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ὡσαύτως ἔχουσαν τῇ ἐκείνου καλῶς κατανοήσας, καὶ μὴ διαλλάττουσαν ὅλως καταλαβών· τὸ γὰρ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀχώριστον δι' αὐτῶν καὶ οὗτος, καὶ ὡς ἴδιόν ἐστι τούτοις ἡρμήνευσε, γνώσῃ πρὸς ἀκρίβειαν ἐν ταὐτῷ τὸν τῶν ἑκατέρων σκοπὸν, εἰς ὅ τι δηλαδὴ φέρει τὰ τῶν ἱερῶν τούτοις χρήσεων. Ἐπειπερ καθ' ὃν λόγον παρειλήφασιν εἰς μαρτυρίαν τὸ ἐκπορεύεσθαι παρὰ τοῦ

A *Meus enim est Spiritus qui operatur in vobis. Uti vero meus est, ita et Dei et Patris.* Hic perspicue divinus venerabilisque Cyrillus, in unam eamdemque sententiam utraque ex dicto, « *Spiritus*, inquam, *veritatis, et qui a Patre procedit*, » referre ostenditur, idque ab alio divinitoquo Patre edoctus. Quis vero hic est? Divinissimus Basilius, qui tum in sermone adversus Eunomium Arianumque hæc continet affirmanter : *Ergo Patrem conjunctionem intelligo, quia a Patre procedit, ergo Filium vero, quoniam audio ;* « *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus ;* » tum in fine orationis adversus Eunomium edisserit : *Quomodo vero non est manifesti periculi plenum, a Deo Spiritum dissociare, cum illum Apostolus conjunctum nobis*
B *tradat, nunc Christi vocans, nunc Dei, cum scribit :* « *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* » *Et iterum :* « *Vos vero non Spiritum mundi accepistis, sed Spiritum qui ex Deo est* [69]. » *Dominus vero veritatis Spiritum esse dicit, quoniam ipse est veritas et a Patre procedit.* Attendito qui nunc audis, qua ratione magnus Basilius hæc apostolica atque evangelica dicta in unum colligens, Spiritum sanctum per illa proprium atque indivisum a Patre esse et Filio manifestissime calculo suo manifestavit. Ut vero etiam Cyrillum validum pietatis propugnatorem perspicias, quonam modo dicta similia evangelica interpretatur, et sententiam hujusce pariter Basilianæ concordem nec minimum
C distantem recte deprehendas : cum Spiritum a Patre et Filio non separari per hæc eadem et ipse, uti illis proprium est, explanans, exquisite cognoscito amborum in addueta materia propositum, quid nempe sacra hæc dicta apud illos innuant, quandoquidem qua *procedere a Patre* in testimonium assumpserunt, illa eadem ratione et sequentem dictionem, *Spiritum* nempe *veritatis* intelligi tradiderunt. Si itaque a Patre exsistentiam divini adorandique Spiritus primum notat, secundum item significat, modis omnibus etiam ex Filio Spiritum sanctum exsistentiam habere, quemadmodum et illud, *De meo accipiet*, divinum dictum, ut oratio non multo antea demonstravit. Quare quantum ad Spiritus simplicem exsistentiam,
D quid amplius importat decantatum adeo ab adversariis nostris *procedit*, quo vel solo hi omnes significatum exsistentiæ adorandi Spiritus circumcludere conantur? Sed quod mea in ipso sui exordio assumpserat oratio, hic plane apertissimum universis remanet, venerandos Patres sæpenumero *procedendi* vocem uti vocem Dominicam usurpasse, ad comprobandam ex Patre divinam sancti et vitæ auctoris Spiritus exsistentiam, uti et vocem illam, *De meo accipiet*, veluti testimonium evangelicum accipiunt ; namque quod in medio adjacet Dominicum aliud dictum, *Spiritus*, inquam, *veritatis*, nunc prætereo. Spiritum nempe sanctum etiam

[69] I Cor. II, 12.

ex Filio divinam suam exsistentiam vere possidere. Propterea *procedendi* dictione nonnulli ex Patribus certo tempore utuntur, cum scilicet Spiritum sanctum ex Patre decernunt.

καὶ τὸ δεύτερον πάντως καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐμοῦ λήψεται, θεῖον ῥητὸν, ὡς ὁ λόγος μικρὸν ἄνωθεν προφθάσας ἀνέδειξε. Καὶ λοιπὸν, ὅσον πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος ἁπλῶς ὕπαρξιν, τί πλέον αὐχεῖ τὸ πολυθρύλλητον παρὰ τοῖς ὑπεναντίοις ἡμῶν, ἐκπορεύεται, πρὸς ὃ μόνον ἅπαντες οὗτοι σπεύδουσι περικλείειν κακῶς τὴν σημασίαν τῆς ὑπάρξεως τοῦ προσκυνητοῦ Πνεύματος; Ἀλλ' ὅ μοι κατ' ἀρχὰς ὁ λόγος διέλαβεν ὁρμηθείς, ἐνταῦθα μάλιστα φανερὸν τοῖς πᾶσι καθέστηκεν, ὅτι τὸ ἐκπορεύεσθαι πολλάκις οἱ σεπτοὶ Πατέρες τιθέασιν ὡς χρῆσιν Κυριακὴν εἰς παράστασιν τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς θείας ὑπάρξεως τοῦ ἁγίου καὶ ζωαρχικοῦ Πνεύματος, ὥσπερ καὶ τὴν, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, φωνὴν, ὡς μαρτυρίαν εὐαγγελικὴν δέχονται. Τὸ γὰρ λεχθὲν διὰ μέσου Δεσποτικὸν ἄλλο ῥητὸν, τὸ Πνεῦμα, φημὶ, τῆς ἀληθείας, ἰδοὺ παρίημι τοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὴν θείαν αὐτοῦ τῷ ὄντι πλουτεῖν ὕπαρξιν. Διὰ τοῦτο τῷ ἐκπορεύεται χρῶνταί τινες τῶν ἁγίων κατὰ καιρὸν, ἡνίκα δηλαδὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς δογματίζουσιν.

30. Quodsi quia apud illos, ut opinantur adversarii, vox ista procedendi nulla est, cum etiam ex Filio Spiritus exsistentiam enuntiant, ideo non opinantur quodammodo Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere, quid inquient, si quis contra rem examinans ab ipsis petat : Vos vero, o viri optimi, creditis Spiritum sanctum a Patre accipere quamcunque illam acceptionem animo concipiatis? Non discordabunt a nobis de hac, quod non opportuna veniat, cum neque in divinis litteris inveniatur ex Patre Spiritum sanctum accipere. Plane statim respondebunt, si quid eos pietatis amor concitat : Neque a Deo accipiat salutem corporis et animæ, quisquis non tenet, Spiritum sanctum a Patre accipere. Postmodum qua ratione fatentur se tenere Spiritum sanctum a Patre accipere, et potissimum cum id a nullo sancto, ut ipsi cate sciunt, ullo modo asseratur : Spiritum vero sanctum adorandumque procedere etiam ex Filio, quod dictio hæc, ut ipsi existimant, nominatim non inveniatur, quam longissime pellunt, licet per alia verba idem pollentia eaque multa ab omnibus Patribus edoceantur? Et si apud alios, apud me certe non sunt ambarum harum vocum multum ad pietatem conferentium justi et integri cognitores. Sententiam etenim, quæ haud est integra adversariis, piam esse præsens hæc oratio æquis lectoribus jam antea demonstravit, et non multo post clarius perfectiusque demonstrabit. Nihilominus major pars divinoloquorum Patrum, quemadmodum et aliam, ita et hanc taciti præterierunt, non eam reprobantes, nequaquam, absit hoc! sed conservantes *processionis* vocem, uti Dominicum testimonium approbandum ex Patre datoris vitæ ac principis Spiritus exsistentiam, quemadmodum rursus *acceptionis* sartam tectamque custodientes, ut dictum Dominicum, ad demonstrandum etiam ex Filio Spiritus sancti exsistentiam.

31. Et nihilominus nonnulli sancti, rursus adversarii replicant, contra nos opponentes, aliquando Spiritum sanctum ex solo Patre procedere decreverunt. Qua igitur ratione contenditis, eosque non improbare asseveratis, etiam ex Filio Spiritum sanctum procedere? Et similis additionis

A Πατρὸς, κατ' ἐκεῖνον καὶ τὴν λοιπὴν ῥῆσιν αὐτὴν, τὸ Πνεῦμά φημι τῆς ἀληθείας, παραδεδώκασιν. Εἰ τοίνυν τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὕπαρξιν τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος τὸ πρωτον δηλοῖ, σημαίνει τὸ ἅγιον ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, καθάπερ καὶ τὸ, Ἐκ τοῦ

B λ'. Εἰ δ' ὅτι παρ' αὐτοῖς ἡ λέξις οὐχ εὕρηται κατὰ τοὺς ἀνθεστηκότας ῥητῶς, ἡνίκα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὴν τοῦ Πνεύματος θεολογοῦσι τελεῖν ὕπαρξιν, τούτου δὴ χάριν οὐ δοξάζουσιν οἱ τοιοῦτοι ποσῶς ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τί φήσουσιν, εἴ τις ἔροιτο πρὸς αὐτοὺς κατὰ λόγον ἀντιπαρεξετάσεως· Ὑμεῖς δ' οὐ πρεσβεύετε λαμβάνειν, ὦ βέλτιστοι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἥντινα νοεῖν βούλεσθε λῆψιν; Οὐ διοίσονται νῦν περὶ ταύτης διὰ τὸ ἄκαιρον· ἐπεὶ μηδ' εὑρίσκεται παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ λαμβάνειν ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πάντως ἀποκριθήσονται παρευθὺς, εἰ κατ' εὐσέβειαν ζῆλον ἔχουσι, Μὴ δὴ λάβῃ παρὰ Θεοῦ μὴ σωτηρίαν σώματος, μὴ ψυχῆς, ὅστις μὴ φρονεῖ

C λαμβάνειν παρὰ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἶτα πῶς τὸ μὲν λαμβάνειν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογοῦσι φρονεῖν, καὶ ταῦτα παρ' οὐδενὸς τῶν ἁγίων, καθὼς ἐπίστανται καὶ αὐτοὶ, μηδόλως λεγόμενον, τὸ δέ γε τὸ ἅγιον Πνεῦμα καὶ προσκυνητὸν ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ μὴ τὴν λέξιν κατ' αὐτοὺς ἐκείνους εὑρίσκεσθαι ῥητῶς ἀποπέμπουσι, τὸν νοῦν δι' ὀνομάτων λοιπῶν ταυτοσημάντων πολλῶν, παρὰ πάντων ἁπλῶς τῶν Πατέρων μυσταγωγούμενοι; Κἂν ἄλλοις, ἐμοιγε τέως οὐ δίκαιοι τῷ ὄντι διαιτηταὶ τῆς τοιαύτης περὶ τὰ εὐσεβεῖ, ἄμφω φωνὰς διακρίσεως. Ὅτι γὰρ καὶ ἡ τοῖς ἀνθισταμένοις ἀπόστοργος εὐσέβης, ἔδειξε μὲν ὁ λόγος οὗτος καὶ προλαβὼν τοῖς εὐγνώμοσι· δείξει δὲ καὶ εἰσέτι μετ' οὐ πολὺ τρανότερόν τε καὶ τελεώτε-

D ρον. Πλὴν οἱ πλεῖστοι θεόφθογγοι Πατέρες ἡμῶν, ὥσπερ τὴν λοιπὴν, οὐδὲ ταύτην εἰρήκασιν, οὐχ' ἁθετοῦντες αὐτὴν, οὐ τοῦτο, μὴ γένοιτο, τηροῦντες δὲ τὴν ἐκπορεύεται λέξιν, ὡς ἂν μαρτυρίαν Κυριακὴν εἰς παράστασιν τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑπάρξεως τοῦ ζωαρχικοῦ Πνεύματος, καθάπερ αὖθίς γε τὸ λαμβάνειν παραφυλάττουσιν ὡς χρῆσιν Δεσποτικὴν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχειν τὴν ὕπαρξιν.

λα'. Καὶ μὴν ἔνιοι τῶν ἁγίων, οἱ μαχόμενοι πάλιν φασὶν, ἀντιπροτείνοντες πρὸς ἡμᾶς, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔστιν ἐν οἷς ἐδογμάτισαν. Πῶς τοίνυν διισχυρίζεσθε, μὴ τούτους λέγοντες ἀθετεῖν τὸ ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Καὶ ταύτης παράγουσι

τῆς προσθήκης γεννήτορας, οἱονεὶ τόν τε σεπτὸν Γρηγόριον τὸν Νύσσης καὶ τὸν κλεινὸν Κύριλλον, τοῦτον μὲν δῆθεν ἔν τινι λόγῳ τρανῶς εἰπόντα καὶ καθαρῶς, ὡς· *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, καὶ τὸν λόγον οὐκ ἐμφανίζουσι μὲν πολλάκις ζητούμενον παρ' ἡμῶν, ἐπιγράφεσθαι δὲ περὶ Τριάδος πανταχοῦ διακωδωνίζουσι· τὸν δὲ Νύσσης Γρηγόριον ἐν βίβλῳ τινὶ τῇ Θεογνωσίᾳ, φημὶ, γνώριμος δὲ πᾶσι καθέστηκεν ἡ βίβλος, καὶ αὐτὸν οὕτω φάμενον· *Πνεῦμα τὸ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκπορευόμενον, τοῦθ' ἕνεκα γὰρ καὶ Πνεῦμα στόματος, ἀλλ' οὐχὶ Λόγον στόματος εἴρηκεν. Ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πατρὶ μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται.* Τούτων τὸ μὲν πλασάμενοι, τὸ δὲ παραφείραντες τῶν ῥητῶν, ἔχειν τι δικοῦσι τῶν ἰσχυρῶν, καὶ γενναῖον πρὸς ἄμυναν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ὅπερ πλασάμενοι προσῆψαν τῷ σοφωτάτῳ Κυρίλλῳ κακῶς, διὰ τὸ ψεῦδος τελεῖν, ὡς ἀνυπόστατον παντελῶς, αὖραι φερέτωσαν. Δέλτους καὶ γὰρ τοῦδε τοῦ Πατρὸς οὐκ ὀλίγας ἀνελίξαντες καὶ ἡμεῖς τὸν ἀδόμενον λόγον ἐν οὐδεμιᾷ τούτων εὑρεῖν ἠδυνήθημεν, εἰ μὴ τὸ ῥητὸν καὶ μόνον γυμνὸν μετὰ τῆς λεχθείσης ἐπιγραφῆς ἐν χάρτοις τισὶ κατὰ Ῥωμαίων γραφεῖσι περιφερόμενον. Καὶ οὗτοι δὲ τὸν τοιοῦτον ἀπαιτούμενοι παρ' ἡμῶν οὐκ ἔχουσι νῦν, οὐδ' οὐ μήποτε παρασχεῖν ἔξουσιν. Πόθεν; ὃν οὐκ ἐκδοθέντα παρά τινος οἴκοθεν αὐτοὶ τυγχάνειν ἐπλάσαντο. Τὸ δὲ τοῦ θεηγόρου καὶ θεόφρονος Γρηγορίου ῥητὸν οὐ χρεία τις λόγων ἐμοὶ τούτους νῦν ἐλέγξαι νοθεύσαντας, οὓς κάλλιστα φθάσας ἤλεγξεν ἀνήρ τις πρὸ ἡμῶν τὰ θεῖα σοφὸς, καὶ τὴν τοῦ τοιούτου ῥητοῦ νοθείαν τρανῶς ὑπ' ὄψιν παρέστησεν. Ὅμως δ' οὖν ἐπείπερ εἰκὸς μὴ τοῖς ἐκείνου συγγράμμασιν ἐντυχεῖν ἅπαντας τοὺς ἐντευξομένους τῷ καθ' ἡμᾶς παρόντι συντάγματι, τῶν τοιούτων ἕνεκεν, ἵνα μὴ δόξωμεν αὐτοῖς πόρρω που τῆς ἀληθείας τελεῖν, καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοῦ πράγματος, ὡς ἐνὸν, ἀναβάλλεσθαί τε καὶ ὑπερτίθεσθαι, περὶ μόνης τῆς παραφθορᾶς τοῦ λεχθέντος ῥητοῦ, δηλῶσαι καὶ αὐτὸς διὰ βραχέων πειράσομαι. Σκοπὸς τῷ μεγάλῳ κατὰ τὸ διαληφθὲν τοῦτο ῥητὸν τοῦ παναγίου Πνεύματος παραστῆσαι τὴν πῶς ὕπαρξιν. Λέγει γοῦν· *Πνεῦμα τὸ τῆς Πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκπορευόμενον*, καὶ θέλων ἐπαγαγεῖν τοῦ ἐκπορεύεσθαι τούτου κατασκευὴν, τὸν προφητάνακτα Δαυὶδ διδάσκαλον ποιεῖται φθεγξάμενος· *Τοῦθ' ἕνεκα γὰρ* « *καὶ Πνεῦμα στόματος*, » *ἀλλ' οὐχὶ* « *Λόγον στόματος* » *εἴρηκε*, καὶ τὴν ἑρμηνείαν συνεχῶς ἄριστα τούτοις ἐπήνεγκεν· *Ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα δηλαδὴ τῷ Πνεύματι μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται.* Τοῦτο μὲν οὕτω Γρηγόριος εἶπεν, ὁ λαμπρὸς τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ, προσαρμόσας τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα μόνῳ τῷ Πνεύματι, μὴ μέντοι τῷ Υἱῷ καὶ Λόγῳ κατ' αὐτὸν τὸν θεσπέσιον ἱεροψάλτην Δαυὶδ, ὅστις γε « *Πνεῦμα στόματος*, » *ἀλλ' οὐχὶ* « *Λόγον στόματος*, » ὁ μέγας φησὶν, *εἴρηκεν*. Ἐπείπερ

auctores proferunt, venerandum Gregorium Nyssenum, et inclytum Cyrillum, hunc quidem in quadam oratione plane aperteque asserentem, *Spiritum sanctum ex solo Patre procedere.* Et orationem quidem non commonstrant, licet multa cupiditate expetita sit, eam vero de Triade inscribi ubique locorum perstrepunt. Nyssenum vero Gregorium de Dei cognitione nemini non noto libro ita scribentem : *Spiritus ex paterna hypostasi procedens; propterea que Spiritum oris, non autem Verbum oris David dixit, ut procedendi proprietatem Patri soli inhærentem confirmaret.* Dum ex his unum confinxerint, aliud corruperint, rentur aliquid validum robustumque ad se tutandum obtinere. Sed confictum a se sapientissimo Cyrillo appinxerunt, quod cum plane mendacium sit, nec prorsus subsistat, ventis dissolvendum committatur: Cum enim hujusce Patris volumina eaque plurima evolverimus nos ipsi, præcantatam tantumdem orationem in nullo invenimus, nisi dictum solum nudum cum dicta præscriptione in chartulis quibusdam adversus Romanos concinnatis circumvolutum. Et hanc eamdem, si nunc exigatur a nobis, neque in præsentia, neque in futurum unquam exhibere poterunt. Quam ob causam? Quod eam confictam ex propriis assumentis in publicum ediderunt. At diviniloqui, et divina mente præditi Gregorii dictum eosdem adulterasse, non est opus mihi pluribus demonstrare, cum eos quam optime vir quidam sapiens ante nos deprehendit, et hujusce dicti corruptionem palam sub oculis posuit. Nihilominus itaque cum non inverisimile sit, illius scripta ad manus eorum pervenire non posse, qui præsens hoc nostrum commentarium legunt, eorum causa, ne videamur ipsis longe a veritate aberrare, propterea que rem differre, et in aliud tempus remittere, de sola corruptione dicti similis aliquid insinuare, brevi tamen uti potero oratione conabor. Magno huic viro propositum est in hoc dicto sanctissimi Spiritus processionis modum manifestare. Quare dicit : *Spiritus ex paterna hypostasi procedens*, et hujusce processionis probationem superaddere intendens, vate item et rege Davide magistro utitur dicens : *Id enim propter* « *et Spiritum oris*, » *sed non* « *Verbum oris* » » *dixit*; et interpretationem continuo optime his adnexuit : *Ut procedendi proprietatem, nempe Spiritui solo adhærentem confirmaret.* Hoc quidem hac ratione protulit Gregorius, præclarum Ecclesiæ lumen, procedendi proprietatem soli Spiritui adaptans, non vero Filio et Verbo, uti divinus sacerque cantor David egerat, qui « *Spiritum oris*, » *non vero* « *Verbum oris*, » magnus ait, *dixit.* Quandoquidem, ut a Deo edocti Patris sententiam magis ac magis aperiam, licet Verbo oris Domini Dei, parens David assereret firmatos fuisse cœlos, prorsus erat unde confirmaret Filio et Verbo hanc procedendi proprietatem, quo-

[10] Psal. XXXII, 6.

niam quæ oris sunt, dubio procul procedentia vocare suescimus : *Quæ enim procedunt ex labiis meis non irrita faciam* [71], concinens alio in loco David pronuntiat. Nunc vero hic a Spiritu motus, *Spiritu oris*, non vero *Verbo oris* enuntians, citra omnem controversiam confirmavit soli Spiritui adhærere procedendi proprietatem. Et hoc quidem hac ratione, ut supra exposui, Gregorius in dogmatibus eximius dixit. Qui vero contraria tenent, dictum simile ad sibi complacita, non absque fraude immutarunt, dictionem *Spiritui* in vocem *Patri* invertentes, contrarium intentarunt alteri dicto. Namque in uno ex supra digestis beati Epiphanii dictis *Patris* in *Spiritus* dictionem detorserunt, ut ibi ostendimus. Sed ut inter seria aliquid jocer eorum gratia, qui dicta integra continuo immutare intendunt, prorsus lusus est unius immutabilis immutatio in aliam et ipsam unam immutabilem litteram. Sic circa cultum divinum pii similes sunt, ut veneranda sacraque dogmata cubis paria faciant, eorumque voces immutare, et jacere prorsus facile et quam expeditissimum reputent, dummodo quod sibi allubescit, sibique proponunt, corroborent. Sed suis ipsi technis hic etiam decepti sunt, tum quod sententiam integri dicti non perceperunt, tum quod majus est, quin imo maximum, quasi aliud agentes, quæ subsequitur, orationem, ut videtur, percurrerunt, quandoquidem si addecenti consideratione mentem illi applicassent, hujusce dicti corruptionem non intentassent. Namque magnus hic vir procedendi proprietatem procedente oratione Spiritus esse notam propriam facit his ipsissimis verbis : *Ut per Verbum ex mente divina paternaque nulli passioni obnoxiam et ineffabilem Filii generationem excipieremus, quod vero dicit Spiritus oris, sanctificantem et essentialem virtutem, et vitæ auctricem Spiritus hypostasim intelligeremus, procedendi proprietatis nomine designatum.* Et sanctus Pater Anastasius proprietatem divini Spiritus optime callens esse *procedere*, in sexto decimo capite libri, cui nomen *Odego* est, aperte clareque pronuntiat : *Neque enim ingenita Patris persona carnem assumpsit, neque procedens sancti Spiritus hypostasis.* Et hac ratione procedendi proprietatem Spiritus esse ostendens, multis modis supra laudati dicti corruptionem manifestissime palamque refellit. Quibus admodum perspicue inclarescit, ipsum divinum Gregorium Spiritum sanctum non ex solo Patre procedere neque in dicto jam apposito decrevisse, neque in aliis suis dictis, in quibus de Spiritu pertractavit. Quare contradicentium nobis instantia prorsus eversa prostrataque est.

ὡς ἂν τοῦ θεοσόφου Πατρὸς λευκότερον ἀπαγγεί ω τὴν ἔννοιαν, εἰ καὶ τῷ Λόγῳ τοῦ στόματος Κυρίου διηγόρευεν, ὁ θεοπάτωρ Δαυὶδ στερεωθῆναι τοὺς οὐρανοὺς, πάντως ἂν ὑπῆρχε προσμαρτυρῶν ἐντεῦθεν καὶ τῷ Υἱῷ καὶ Λόγῳ ταύτην τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα · διότι τὰ τοῦ στόματος ἀτεχνῶς ἐκπορευόμενα καλεῖν οἴδαμεν. « *Τὰ γὰρ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω,* » Δαυὶδ ὁ ψάλλων ἀλλαχοῦ καὶ τοῦτό φησιν. Νῦν δ' ὁ πνευματοκίνητος οὗτος τῷ « *Πνεύματι τοῦ στόματος,* » οὐ μὴν καὶ τῷ *Λόγῳ τοῦ στόματος* εἰρηκώς, ὁμολογουμένως ἐπιστώσατο, μόνῳ τῷ Πνεύματι προσεῖναι τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα. Τοῦτο μὲν οὕτω, καθὼς ἄνωθεν ἔφθην διαλαβών, Γρηγόριος εἶπεν, ὁ διαπρεπὴς ἐν τοῖς δόγμασιν. Οἱ δ' ἐναντίως ἔχοντες τὸ τοιοῦτον ῥητὸν πρὸς τὸ τούτοις δοκοῦν κακοσχόλως ἠλλοίωσαν, μεταβαλόντες τὴν *Πνεύματι* λέξιν εἰς τὴν *Πατρὶ* πάνυ πάλιν, οὗ κατ' ἄλλο ῥητὸν πεποιήκασιν. Ἐν γὰρ ἑνὶ τῶν ἄνωθεν προτεθέντων τοῦ μάκαρος Ἐπιφανίου ῥητῶν, μετέβαλον τὴν *Πατρὸς* εἰς τὴν *Πνεύματος*, καθὼς ἐκεῖσε παρεδηλώκαμεν · ἵνα δὲ σπουδάζων καὶ προσπαίξω τι μεταξὺ τοῖς ὅλα ῥητὰ μεταβάλλειν ἀεὶ σπεύδουσι, πάντως παίγνιον ἑνὸς ἀμεταβόλου μεταβολὴ, πρὸς ἕτερον καὶ αὐτὸ στοιχεῖον ἓν ἀμετάβολον. Οὕτω κομιδῇ περὶ τὰ θεῖα τυγχάνουσιν εὐλαβεῖς, ὡς κύβοις τὰ σεπτὰ παρεικάζειν καὶ ἱερὰ δόγματα, καὶ τὸ μεταπεττεύειν καὶ μεταῤῥιπτεῖν τὰς τούτων φωνὰς ῥᾴδιον παντελῶς καὶ τῶν εὐχερεστάτων λογίζεσθαι, μόνον ὡς ἂν τὸ κατὰ γνώμην αὐτοῖς καὶ ὅπερ ἂν αἱροῖντο συστήσωσιν. Πλὴν ἠπάτηνται κἀνταῦθα, τὸ μὲν οἷα μηδαμῶς συνιδόντες τὴν διάνοιαν τοῦ ὅλου ῥητοῦ, τὸ δὲ μεῖζον, ἢ μᾶλλον μέγιστον, οἷα παροδικῶς διελθόντες τὸν ἑξῆς λόγον, ὡς ἔοικεν, ἐπείπερ, εἰ μετὰ διασκέψεως πρεπούσης τὸν νοῦν προσεῖχον αὐτῷ, τοῦ τοιούτου ῥητοῦ τὴν νοθείαν οὐκ ἂν οὐδ' ἐπεχείρουν ἐργάσασθαι. Καὶ γὰρ οὗτος αὐτὸς ὁ μέγας τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα παρακατιὼν ἀριδήλως τοῦ Πνεύματος λέγει χαρακτηριστικὴν, ταῦτα ῥητῶς ἐκτιθέμενος· *Ἵνα διὰ μὲν τοῦ Λόγου εἰπεῖν τὴν ὡς ἐκ νοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπαθεστάτην καὶ ἄῤῥητον τοῦ Υἱοῦ παραδεξώμεθα γέννησιν, διὰ δὲ τοῦ εἰρηκέναι Πνεῦμα στόματος τὴν ἁγιαστικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν καὶ ζωαρχικὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ὑπολάβωμεν, τῷ τῆς ἐκπορευτικῆς ἰδιότητος ὀνόματι δηλονότι χαρακτηριζομένην.* Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Πατὴρ Ἀναστάσιος, εἰδὼς ἰδίωμα τοῦ θείου Πνεύματος εἶναι τὸ *ἐκπορευτικὸν* ἐν ἑξκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τῆς αὐτοῦ βίβλου τῆς Ὁδηγοῦ κεκλημένης παρίστησι, τρανῶς ἄγαν φάμενος · *Οὐ γὰρ τὸ ἀγέννητον τοῦ Πατρὸς πρόσωπον ἐσαρκώθη, οὔτε μὴν ἡ ἐκπορευτικὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπόστασις.* Οὕτω μὲν ὁ λόγος τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα δείξας τελεῖν τοῦ Πνεύματος πολλαχῶς ἐντεῦθεν τὴν παραφθορὰν τοῦ διαληφθέντος ῥητοῦ σαφέστατα καὶ προδήλως διήλεγξεν. Ἐξ ὧν λίαν ἀναπέφανται καθαρῶς ὅτι μηδ' αὐτὸς ὁ θεῖος Γρηγόριος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι κατ' αὐτὸ διεδογμάτικεν, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς λοιποῖς οἰκείοις ῥητοῖς, ὅσοις εἶπεῖν ἔφθη περὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ λοιπὸν τὰ τῆς ἐνστάσεως τῶν ἀντιλεγόντων ἀνετράπη ἡμῖν παντάπασιν, κἀνταῦθα καταβέβληται.

[71] Psal. LXXXVIII, 35.

Αβ'. Τέως ἡμεῖς, χαριζόμεθα ταύτην φιλοτιμότατα A
τὴν προσθήκην αὐτοῖς. Ἔστω, φαμὲν, ὡς τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· τί καὶ
οὕτω δυνήσονται τὸν λόγον λυμήνασθαι τὸν ἡμεδα-
πόν; Εἰ; ἀναίρεσιν ἁπλῶς φθέγξονται τοῦ κάκ
τοῦ Υἱοῦ τοῦτο λέγεσθαι. Καὶ μὴν οἱ Πατέρες, ἡ
Ἀλήθεια δὲ πρὸ τούτων, ἧς κήρυκες οὗτοι καὶ ὁ
κατ' ὀρθὴν διάνοιαν λογισμὸς οὐ τοῦτον οἶδασι τὸν
τρόπον ἐκδέχεσθαι τὴν τοιαύτην φωνὴν, ὅταν ἐπὶ τοῦ
Πατρὸς κειμένην εὑρήσουσιν, ἢ κατὰ τὰς λήρους
αὐτῶν ὑποθέσεις. Ἐπεὶ πρὸς τὸν Πατέρα φησὶν ἐν
Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος· *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν
μόνον ἀληθινὸν Θεόν*. Οὗτος αὐτὸς, ἀλλὰ τὸ βλάσ-
φημον εἰς τὰς κεφαλὰς τρέποιτο τῶν ἡμᾶς ἐξερεύ-
γεσθαι τοιαῦτα τοῦ στόματος καταναγκαζόντων,
Θεὸς ἄρα ψευδώνυμος. Καὶ πῶς τοῦτο δόξειεν ἂν ἡ B
κυρίως ἀλήθεια; Πάλιν δ' ἐπὰν ἀκούσωμεν Χριστοῦ
λέγοντος· « *Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς
ὥρας οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ μόνος ὁ Πατήρ*, » οὐ δώ-
σομεν καὶ αὐτῷ τῷ τοῖς ἀποστόλοις καὶ μαθηταῖς
τὰ πρὸ αὐτῶν τε καὶ μετ' αὐτοὺς πάντα γνωρίσαντι
ταύτην τὴν εἴδησιν; Πρὸς τούτοις εἰ καὶ τὰς ἀποστο-
λικὰς θεοπνεύστους φωνὰς, αἵτινες διαῤῥήδην περὶ
τοῦ Πατρὸς καταγγέλλουσι, πῇ μὲν ὅτι *μόνος σο-
φὸς Θεὸς*, πῇ δὲ *μόνος ἔχων ἀθανασίαν*, φῶς
οἰκῶν ἀπρόσιτον, καὶ ἀλλαχοῦ, *βασιλεὺς τῶν
αἰώνων, ἄφθαρτος, ἀόρατος, μόνος Θεὸς σοφὸς*,
εἰ καὶ ταύτας ἐκλαβώμεθα, καθὼς βούλεται τούτοις
ὁ νοῦς, πάντων αὐτῶν τἀναντία τοῦ Υἱοῦ καταψηφι-
σόμεθα, καὶ δηλώσομεν τῇς μὲν σοφίας Θεοῦ κατηγο- C
ροῦντες τὸ παντελῶς ἄσοφον, τῆς ζωῆς θάνατον,
τοῦ πρώτου φωτὸς σκότος ἔσχατον, τοῦ τῶν αἰώνων
δεσπόζοντος, ὡς αὐτοῦ τούτων δημιουργοῦ, δουλείαν
ὑστερογενῆ, καὶ χρόνων τινῶν δευτερεύουσαν, τοῦ
πρὸς τὸν κόλπον τὸν πατρικὸν ὄντος Μονογενοῦς
ὕλην σωματικὴν καὶ πάχος αἰσθητῆς φύσεως, ἐξ
ὧν ὅλως ἀθετήσομεν καὶ τὸ Θεὸν τοῦτον τελεῖν·
ὅπερ ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τῶν εἰρημένων κεφάλαιον,
τῆς τούτων τῶν ὑποφυῶν αὐχημάτων ἀλλοτριότητος,
καὶ θεοπρεπῶν προξενούσης, ὡς εἰκὸς, ἀλλοτρίωσιν
καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς θεότητος, ὡς εἶναι κενὸν τὸ
κήρυγμα τὸ κατὰ Χριστὸν, ματαίαν δὲ καὶ τὴν πί-
στιν ἣν παρειλήφαμεν. Ἀλλ' ἐπείπερ ἄνωθεν τὴν
μαρτυρίαν ἔχοντες παρὰ τοῦ Πατρὸς, *Οὗτος γὰρ*,
φησὶν, *ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· D
αὐτοῦ ἀκούετε*, περί τε τὸ κήρυγμα καὶ τὴν πί-
στιν ἡμῶν πεπληροφορήμεθα, Θεὸς ὁμολογούμενος
πέφυκεν ὁ Θεὸς Υἱὸς, καὶ τῆς τοῦ γεννήτορος οὐ-
σίας καὶ φύσεως. Τούτου δὲ φανέντος καὶ τὰ λοιπὰ
πάντως ἐστὶν, ἅπερ ἀπηριθμησάμεθα, νῦν καθέκα-
στον τοῖς πᾶσιν ἁπλῶς, ἀόρατος δηλαδὴ, τῶν αἰώνων
βασιλεὺς, ἤτοι Κύριος, φῶς ἀπρόσιτον κατοικῶν,
ἀθανασία; πέλαγος, προσέτι σοφὸς, καὶ τῆς σοφίας
ὁτοὴρ πάντα πλουτῶν ταῦτα τὰ τοῦ γεννήτορος,
ἀπὸ τῶν τελευταίων αὐτῶν ἐπὶ τὰ πρότερα πρὸς τὸ
παρὸν ὁ λόγος ἐπανιὼν οὕτως ἵσταται, καλῶς ἔχων,

32. Nos nihilominus cum ipsis humanissime agentes hanc illis additionem concedimus. Esto, dicimus Spiritum sanctum ex solo Patre procedere, in quo etiam hoc dato nostrum sermonem lædere poterunt? Dicent tum omnino everti, etiam ex Filio illum dici. Et nihilominus Patres, et ante eos Veritas, cujus ipsi præcones, et recta mentis consideratio non sinunt similem vocem hoc connotare, cum de Patre eam pronuntiari inveniunt, ni stultæ eorumdem hypotheses admittantur. Quandoquidem ad Patrem ait Dominus in Evangelio: *Ut cognoscant te solum Deum verum* [73]. Hic ipse ergo, sed blasphemia in eorum capita convertatur, qui cogunt nos similia ore profari, falso sibi Dei nomen assumit. Et quo modo id fuerit, quæ proprie veritas est? Rursus cum audimus Christum dicentem: *De die autem illo, sive hora nemo novit nisi solus Pater* [74], negabimusne ipsi, qui apostolis et discipulis omnia quæ ante illos gesta sunt et postmodum futura cognita fecit, similem cognitionem? Ad hæc si voces apostolicas a Deo dictatas, quæ perspicue de Patre enuntiant, *Solus sapiens Deus* [75]; nunc, *solus habens immortalitatem; lumen habitans inaccessibile* [76]; et alibi: *Rex sæculorum immortalis, invisibilis, solus Deus sapiens* [77]: si has, inquam, voces interpretemur, ut verba sonant, opposita illis omnia de Filio determinabimus, et palam de divina Sapientia omnimodam inscitiam, de vita mortem, de primo lumine pessimas tenebras, de sæculorum Domino eorumque opifice postmodum enatam servitutem, et temporum ipsorum pedissequam, de Unigenito in ulnis paternis existente materiam corpoream et naturæ sensui subjectæ crassitiem prædicabimus, quibus prorsus eum Deum esse non agnoscemus, quæ est jam dictorum summa hujus supernaturalis et Deo addecentis gloriæ alienatio, quæ ab essentia et Deitate quam longissime eum pellat, adeo ut de Christo prædicatio inanis sit, vanaque fides a nobis recepta. Sed cum desuper testimonium habeamus a Patre: *Hic enim*, ait, *Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite* [78], de prædicatione fideque nostra certi, nihil addubitamus: Deus, nemine id improbante, Filius est et genitoris essentiæ ac naturæ. Id cum clarum appareat, et reliqua omnia quæ commemoravimus plane est apud omnes, invisibilis nempe sæculorum rex sive Dominus, lumen habitans inaccessibile, immortalitatis pelagus; præterea sapiens, et sapientiæ dator, his omnibus paternis ditatus, ex his postremis ad anteriora nunc oratio remeans sic firmatur, bene sese habens, et in tuta firmaque basi innixa. Quare solus Pater hæc esse dicitur, et revera est, non ad destructionem Filii, ut suspicantur, sed ad absolutam eversionem deorum non exstantium, et eorum qui dii esse reputantur; qui

[73] Joan. xvii, 3. [74] Matth. xxiv, 36. [75] Rom. xvi, 27. [76] I Tim. vi, 16. [77] I Tim. i, 17. [78] Matth. xvii, 5.

cum nihil sint, a pestiferis et superstitiosis hominibus in deorum numerum relati sunt, et quæ Dei sunt propria, ab iisdem constituti sunt vocari nuncuparique, secundum hunc sensum Salvator solum verum Deum Patrem appellavit, universos alios per hanc dictionem falso deos dictos a vero Deo longe repellens. Illud porro : *De die autem illo, sive hora nemo novit nisi solus Pater*, secundum aliam mentem ad destruendam omnem creatorum cognitionem dictum est, tanquam quæ in similibus plane cæca sit, neque valeat futurorum sibi scientiam vindicare. Hæc itaque de dictione *solus* non citra veritatem examinata sunt, sed quæ probis æquisque auditoribus ad illius intelligentiam abunde sufficerint. Quod si nonnulli hæc animis alienis fastidiunt, hos persuadebit dictio *solus*, cum nude illa prolata de Filio agnoscetur. Neque enim tum quispiam poterit contradicere, cum per ea quibus decertat, Patrem destruet. Et quonam in loco id positum sit ? inquiunt. In propheticis illis verbis : *Hic Deus, et non reputabitur alius præter ipsum* [70]. Hic illud : *Et non reputabitur alius præter ipsum*, solum indicat. De Filio vero sermonem esse, quod sequitur manifestissime ostendit. Namque subditur : *In terra apparuit hominibus, et cum hominibus conversatus est* [71]. Cum itaque satis pateat, id dictum esse de Filio, de quo nullum apud ullum vel minimum dubium est, cum hic ipse sit, qui in carne in terra apparuit et cum hominibus in corpore conversatus est, de dictione *solus* per nos explicatis quicunque suadebitur, nisi mente deperdita voluerit damno non tolerando Patrem afficere apud sanos prudentesque homines, et quibus Filio favit, illis iisdem periculum omnium, quæ unquam fuere, atrocissimum ac miserabilissimum Patri intentare. Possum etiam ex alio Scripturæ a Deo inspiratæ loco *solum* de Filio dictum demonstrare, quod dum quam proxime propositum scopum attingat, validius bellum nobis inferentes impetet, et illis fortiter resistet. Idque apud sano modo res intelligentes, Patrem neutiquam vulnerabit, et summam Christi gloriam omnibus sonore deprædicabit. Sed jam scriptura recitanda est, et dicti auctor, et effatum ipsum, ut inde quoque nobis de re proposita fidem comparemus. Prima adversus Arianos oratione, orbis terrarum lumen Athanasius scribit : *Filius vero vice versa Deus cum sit, et imperio Patris semper regnans, et Spiritus sancti solus dator.* Quo sensu *solus* illud accipietur hic, erga vos orationem meam in præsenti converto. Spoliabimusne Patrem Spiritus datione, ut soli illi processio lucrifiat? Absit ! et si multa atque ingentia quæ inde exoriuntur absurda, et magno prolixoque sermone indigent, prætereunda a nobis essent. Hæc vero omnia nemini non nota patent omnibus. Ne, quæso, erga Patrem, Spiritus, inquam, fontem, tantumdem improbi negotiatores simus, ut primum illius

A καὶ πρὸς ἀσφαλῆ βάσιν καὶ βεβαίαν ἐπερειδόμενος. Ὥστε τοιγαροῦν μόνος ὁ Πατὴρ ταῦτα λέγεται καὶ ἔστιν, οὐ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ Υἱοῦ, καθάπερ ὑπολαμβάνουσι, πρὸς δὲ τελείαν ἀνατροπὴν τῶν οὐκ ὄντων μὲν, νομιζομένων δὲ τυγχάνειν θεῶν, οἵτινες τὸ μηδὲν ὄντες ὑπὸ λοιμῶν καὶ δεισιδαιμόνων ἀνδρῶν ἀνεπλάσθησαν, καὶ τὰ τοιαῦτα θεοπρεπῆ παρὰ τούτων αὐτῶν ἐτάχθησαν κακῶς καλεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι. Κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν ὁ Σωτὴρ καὶ μόνον ἀληθινὸν ἔφησε τὸν Πατέρα Θεὸν, πάντα τινὰ διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ψευδώνυμον Θεὸν τοῦ ὄντος ἀποπεμπόμενος. Τὸ δὲ, « Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ μόνος ὁ Πατὴρ, » τοῦτο κατὰ νοῦν ἕτερον ἐπ' ἀναιρέσει λέλεκται πάσης τῆς τῶν γεννητῶν γνώσεως ὡς ἐξαργούσης αὐτῆς ἐν τοῖς τοιούτοις ὁλοσχερῶς, καὶ μὴ δυναμένης αὐχεῖν ἐπιστήμην τοῦ μέλλοντος. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ *μόνος* ἡμῖν μετὰ τῆς ἀληθείας ἐξήτασται, πάντως δὲ τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀκροατῶν ἀποχρῶντα πρὸς τὴν αὐτοῦ κατανόησιν. Εἰ δέ τινες τῶν ἄλλως ἐχόντων εἰσὶν ἀποδυσπετοῦντες πρὸς τὰ λεγόμενα, δυσωπήσει πρὸς πειθὼ τούτους αὐτὸ τὸ *μόνος* γυμνὸν ἡνίκα κείμενον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ γνωρισθήσεται. Καὶ γὰρ οὐχ ἕξει τις τηνικαῦτα τὸ σύνολον ἀντειπεῖν · ἐπείπερ ἀπολεῖ τὸν Πατέρα δι' ὧν ἀγωνίσεται. Καὶ ποῦ τοῦτο τέθειται ; ζητοῦσι μαθεῖν. Ἐν ἐκείνοις τοῖς προφητικοῖς ῥήμασιν, « Οὗτος ὁ Θεὸς, καὶ οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. » Ἐντεῦθα τὸ, « Οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν, » τὸ *μόνος* δηλοῖ. Τὸ δ' εἶναι περὶ τοῦ Υἱοῦ τὸν λόγον τὸ ἑξῆς τρανότατα δείκνυσι. Μετὰ τοῦτο γάρ φησιν · « Ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. » Φανεροῦ τοίνυν ὑπάρχοντος, ὅτι τὸ λεγόμενον περὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦτο μηδενὸς τῶν ἁπάντων μηδοπωσοῦν ἀμφιβάλλοντος, ἐπείπερ αὐτὸς οὗτος ὁ σαρκικῶς κάτω φανεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφεὶς μετὰ σώματος, τοῖς περὶ τοῦ *μόνος* παρ' ἡμῶν ἐγνωσμένοις πεισθήσεται πᾶς, εἰ μὴ μέλλοι φρενοβλαβῶς τὸν Πατέρα ζημιωθήσεσθαι ζημίαν οὐ φορητὴν τοῖς τέως γε νοῦν ἔχουσι, καὶ δι' ὧν κατεσκεύασε τοῦ Υἱοῦ, κίνδυνον τοῦ Πατρὸς ὑποστήσεσθαι, κινδύνων τῶν πώποτε γενομένων τισὶν ἐλεεινότερόν τε καὶ ἀθλιώτερον. Ἔχω καὶ ἄλλαχοῦ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὸ *μόνος* ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ δεῖξαι κείμενον, ὅπερ ὡς ἔγγιστα τοῦ προκειμένου σκοποῦ βάλλον ἰσχυρότερον ὂν ἀντιστρατεύσει τοῖς ἡμᾶς πολεμοῦσι, καὶ κραταιῶς ἀντιστήσεται. Πλὴν οὕτε λυμανεῖται τὸν Πατέρα τοῖς αὐτὸ δεχομένοις ὀρθῶς, καὶ τὴν ἄκραν τοῦ Χριστοῦ δόξαν τρανῶς ἀναντρύξει τοῖς ἅπασι. Καὶ δὴ λεκτέον τὴν γραφὴν, τὸν εἰπόντα, καὶ τὸ ῥητὸν, ὅπως ἂν καὶ περὶ τούτου τὸ πιστὸν ἔχειν δόξωμεν. Ἐν τῷ πρώτῳ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ φησὶν ὁ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ Ἀθανάσιος · Ὁ δὲ Υἱὸς τὸ ἔμπαλιν Θεὸς ὤν, καὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς ἀεὶ βασιλεύων, τοῦ τε Πνεύματος τοῦ ἁγίου αὐτὸς ὢν χορηγὸς μόνος. Πῶς τὸ *μόνος* νοήσωμεν κἀνταῦθα, πρὸς ὑμᾶς τοὺς

[70] Baruch III, 36. [71] ibid. 38.

ἀντιδιατιθεμένους, ὦ οὗτοι, φθέγγομαι τὸ παρόν. Στερήσομεν τὸν Πατέρα τῆς τοῦ Πνεύματος; χορηγίας, ὡς ἂν μόνῳ κερδήσωμεν αὐτῷ τὴν ἐκπόρευσιν; Μὴ, κἂν εἰ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα παραδραμεῖν ἄτοπα προσῆκον ἡμᾶς, ἅπερ ἀνακύπτουσιν ἐντεῦθεν, οἷς μεγάλου καὶ πολλοῦ λόγου δέονται. Τὰ τοιαῦτα δὲ πάντα καὶ περιφανῆ καὶ γνώριμα τοῖς ὅλοις καθεστηκε. Μὴ δὴ γενοίμεθα κακοὶ τοσοῦτον ἔμποροι περὶ τὸν Πατέρα, τὴν τοῦ Πνεύματος λέγω πηγὴν, ὡς τὸ πρῶτον καὶ τελεώτατον τῶν τούτου καλῶν προδόναι, καὶ παρεχωρεῖν εἰς ἀφαίρεσιν, ἵνα παρέξωμεν μόνῳ, τοῦ Υἱοῦ δηλονότι χωρὶς, ὅπερ μετ' αὐτοῦ κεκτημένος οὐδὲν ἧττον πεπλούτηκεν. Τὸ γὰρ *μόνον*, ὡς ἀποδέδεικνυσιν ἐν διαλέξει τῇ πρὸς τὸν Ἄρειον ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος, ὁ σχεδὸν τῶν δογμάτων πατὴρ, *Οὐκ ἐξ ἀνάγκης διαίρεσίν τινα ποιεῖται τῶν τῆς ἁπλῆς καὶ ἀδιαιρέτου σεπτῆς Τριάδος θεαρχικῶν ὑποστάσεων.* Οὕτως οὐδ' εἰ καί τινες ἦσαν τῶν ἐκπαλαι θεολογησάντων ἀνδρῶν, ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς φάσκοντες, οὐδὲ τότε τὸ προκείμενον οὐδὲν, οὐδὲ τὸ κωλύον ἡμᾶς τοῦ πρεσβεύειν ἐκπορεύεσθαι καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

A ac omnium bonorum absolutissimum prodamus, tradamusque aliis ad destruendum, ut concedamus soli, absque Filio scilicet, quod cum illo possidens Filius non minus abundat. Namque *solum*, ut demonstrat in colloquio cum Ario idem Athanasius, qui fere dogmatum parens est, *non necessario divisionem aliquam simplicis et indivisibilis Triadis deitatis principum hypostaseon importat.* Pari modo licet nonnulli ex illis, qui antiquitus res theologicas pertractarunt, procedere Spiritum sanctum ex solo Patre dixerint, non est quod obstet atque impediat, ne nos asseramus et teneamus Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere.

λγ'. Νῦν δ' οὐχ ὅπως ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς οὐκ εἴρηκε τῶν ἁπάντων οὐδείς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔνιοι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ Υἱοῦ λέγουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὧν πάντων εἰ καὶ νῦν ὧδε προσκομίσομεν τὰ ῥητὰ, λυθήσεται τὰ τῆς ἀπορίας τοῖς ἀντιλέγουσιν. Αὐτίκα γοῦν ὁ τὴν ἁγιωσύνην πολὺς Ἀναστάσιος τάδε φησὶν, ἔνθα περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων διέξεισι· *Καὶ Πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ.* Στίξουσιν, οἶδα, τῶν ἐριστικῶν οἱ πλείους εἰς τὸ *ἐκπορευόμενον*, καὶ οὕτως ἀναγνώσονται τὸ λοιπὸν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποστέλλειν οἱονεὶ καὶ μόνον τῷ Υἱῷ μετά γε τοῦ Πατρὸς ἀπονέμοντες. Ἐλέγξει δὲ πάντως αὐτοὺς τὸ μετά τινα τοῦτο ῥηθὲν, ὅπερ φθάσαντες ἄνω τοῦ ἡμῶν λόγου προδιελάβομεν, ὅτι *Καὶ μὴν ὁ Κύριος ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς αὐτὸ ὑπάρχειν ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε*, « *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.* » Τοῦτο καὶ γὰρ θεολογῆσαι κἀκεῖ συνίστησι τὸν αὐτὸν καὶ ἐκπορευόμενον κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὁ τὰς τῶν ἁγίων δὲ πολιτείας καὶ τὰς αὐτῶν ἀθλήσεις ἀφηγησάμενος μεταφραστικῶς, εἰς τὸ τοῦ Ἀρεοπαγίτου μαρτύριον Διονυσίου, φημὶ τοῦ τῶν ἀποῤῥήτων ἐκφάντορος, δεῖσαν εἰπεῖν περὶ τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ πρὸς τὸ τέλος ἐπὶ λέξεως οὕτως ἐφθέγξατο· *Καὶ εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐμὸς Χριστὸς ἀναφέρεται, καὶ πρὸς τὸν πατρικὸν ἐπάρεισι θρόνον, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ Πνεῦμα ἐπὶ τῇ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίᾳ.* Κἂν εἰ μὴ πρότερον, τὸ γοῦν νῦν ἔχον ἐχρῆν παντάπασι πεισθῆναι τοὺς ἀντιλέγοντας· ἐπειδήπερ τὸ διὰ παντὸς ζητούμενον τούτοις καὶ πανταχοῦ, τὸ ἐκπορεύεσθαι λέγω κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤδη καὶ κηρυττόμενον τρανῶς ἐπ' Ἐκκλησίας εὑρήκασι κατ' ἐνιαυτὸν, οὐ μόνον ὡς τὰ πολλὰ τῶν δογμάτων γραφόμενον, πρὸς δὲ καὶ παραδιδόμενον. Οἱ δὲ τῆς μάχης

B 33. Verumtamen nunc nemo ex Patribus dixit, ex solo Patre Spiritum sanctum procedere; quin imo nonnulli etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum asserunt. Quorum omnium si dicta huc adducamus, dubia contradicentium omnia dissolventur. Primus itaque sanctitate præcellens Anastasius hæc habet, tractatu De rectis quæ secundum nos sunt, veritatis dogmatibus : *Et Spiritus rursus qui ex ipso procedit et mittitur non solum a Patre sed etiam ex Filio.* Puncto distinguent, sat scio, potior contentiosorum pars illud, *qui ex Patre procedit;* postmodum reliquum legent, missionem scilicet Spiritus sancti solam Filio cum Patre attribuentes; sed eos redarguet, quod non post multa verba adnectitur, et quod supra in hac C eadem oratione digessimus, nempe, *Et tamen Dominus ex semetipso esse ostendens, insufflans discipulis dicebat :* « *Accipite Spiritum sanctum* [89]. » Namque inde decernitur et confirmatur, eumdem ipsum Spiritum sanctum ex Filio quoque procedere. Et qui vitas et res gestas sanctorum eorumque certamina mutato stylo enarravit, in Dionysio Areopagita, qui melius diceretur, secretorum revelator, cum de œconomia Christi sermo incidisset, in fine hæc ipsissima verba usurpat : *Et in cœlum ascendit meus Christus, et ad sedem paternam revertitur, et qui ex ipso procedit Spiritum demittit discipulis, ut essent duces gentium infidelium.* Etsi non antea, certe nunc prorsus suadendi essent adversarii, quandoquidem quod D ipsi continuo et ubique investigant, procedere, inquam, etiam ex Filio Spiritum sanctum, jam tandem perspicue in Ecclesia pronuntiatum, editumque singulis annis, non tantum ut cætera dogmata scriptum, sed etiam traditum inveniunt. Qui vero simultatibus ac turbis addicuntur, hic quoque sed improbe veritatem oppugnant, contendunique potius etiam in hoc dicto maligne ad-

[89] Joan. xx, 22.

θείη, πανταχοῦ τῶν θεοπνεύστων αὐτῶν ῥημάτων κατεσπαρμένον, ὁ θεοειδὴς τῶν Νυσσαέων ποιμὴν ἐνταῦθα πιστώσαιτο, πρὸς Ἀβλάβιον οὕτω θεολογῶν· « Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν· τῷ τὸ μὲν αἴτιον εἶναι πιστεύειν, » τὸν Πατέρα λέγων, « τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, » τὴν δυάδα τῶν προσώπων Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ἐξ ἑνὸς τοῦ Πατρός· εἶτα δι' ἑτέρου τὸ ἕτερον, ἐπάγων, « καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν· » κατ' ἐπανάληψιν αὖθις φάσκων, *ἐκ τοῦ ἑνός*· εἶτα τὴν διαφοράν. « Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, » τὸ Πνεῦμα δηλαδὴ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ πρώτου. Καὶ καθεξῆς, « Ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. » Εἰ γοῦν ταῦτα δῆλα, καὶ λίαν ἐμφανῶς οἱ θεηγόροι « τὸ ἓν ἐξ ἀμφοῖν, » καὶ « ἐξ ἑνὸς ἄμφω » σαφῶς διδάσκουσι, καὶ πεπλατυσμένως ταῖς σφῶν θεηγορίαις κηρύττουσι, καὶ τῆς αὐτῆς σημασίας καὶ διανοίας διασαφοῦντες θεσπίζουσι, τί τὸ κέρδος, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια παραλογισμοῖς τοῖς ἀπὸ κοιλίας πρὸς ἄλληλα τάδε δεικνύναι θέλειν μαχόμενα καὶ δι' ἑτέρου τὸ ἕτερον ἀναιρεῖν, καὶ ταῖς κειμέναις πατρικαῖς ἐννοίαις, καὶ τοῖς κειμένοις πατρικοῖς θεσπίσμασιν ἀντιφέρεσθαι, τοῦ τε μεγαλωνύμου Βασιλείου τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον μυσταγωγοῦντος, « Ἡ γὰρ δι' Υἱοῦ φωνὴ τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει, » καὶ τοῦ ὁμοψύχου τούτου, καὶ πρὸς ἅπαν ὁμόφρονος θεολόγου βοῶντος, « Εἰ καὶ πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὰ τοῦ Μονογενοῦς, ὡς καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος ἀναφέρεται, » ἵν' ἀκροθιγῶς ἅψωμαι τῶν εἰς ἔλεγχον, διαρχίας ἀτοπίαν εἰσάγει ἐξ ὧν οἱ πρόβολοι τῆς εὐσεβείας παραδιδόασιν; Ἀλλ' ἐρωτήσεως τῆς κατὰ τὸ διλήμματον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους τοιαύτης ἀναφανείσης, καὶ τῶν πρὸς κατασκευὴν τῆς ἁπλῆς, καὶ τῶν πρὸς ἀποσόβησιν ἐπιφερομένων αὐτῇ κακοσχόλως ἀποφανθέντων, πάντως ἐκ τῶνδε μέρους ἐκ θατέρου τὰ τῆς διπλῆς ἀνατέτραπται· τοιαῦτα γὰρ τῶν ἀντιθέτων αἱ συζυγίαι. Τὸ φῶς ὁ εἰσοικισάμενος, τὸ σκότος ἀπετινάξατο· καὶ ὁ τὸ ἁπλοῦν κατασκευάσας, τὸ διπλοῦν ἀπεπέμψατο. Πλὴν καὶ ἄλλων πολλῶν ἐνόντων ἡμῖν καὶ λόγων καὶ νοημάτων, ταῖς τῶν ἱεροκηρύκων ἐκφαντορίαις ἐνηδρασμένοις εἰς ἀπορράπισιν τῆς διπλόης ἐνὶ τῶν ἐκ τούτων παραδειγμάτων ὁρκεσθησόμεθα τῷ τοῦ ἡλίου, τῆς ἀκτῖνος, καὶ τοῦ φωτός. Οὗτοι γὰρ εἰς ἐμφέρειαν ἀμυδρὰν τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων ταῦτα λαμβάνοντες, ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς ἀκτῖνος, ἤγουν ἐκ τοῦ πεφωτισμένου δίσκου διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς ἤτοι τὴν ἔκλαμψιν ἁπλῆν ἀναφαίνουσι· τίς γὰρ ἡ διπλόη τῇδε; οὕτως ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα θεολογοῦντες πάσης διπλόης ὑπερκείμενον παριστάνουσι. Καί τοι ἡ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος ἁπλότης ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα, ὡς καὶ ἡ ἀμέρεια ὑπὲρ πᾶ-

firma atque stabilis est : utraque enim divinitus tradiderunt, uti ex ambobus unum, ex Patre nempe per Filium Spiritum, sic ex uno duo, et horum unum per aliud, ex Patre nempe per Filium Spiritus, secundum divisionem personarum divinarum decernentes, sic etiam quod in similitudine numeri præscribitur, non admittitur. Qui vero illud, *ex uno duo*, quod apud omnes in confesso est, astruunt, quomodo illud secundum distinctionem de sua propria imagine, et iis quarum imago est, supersubstantialibus tribus personis confirmare poterunt, et non potius secundum compositionem, neque illud ex Filio, neque illud per Filium acceptantes? Sed ut illud *ex uno duo*, divinis Patrum scriptis, ita se habere, ut diximus, firmitatem acquirat, cum ubique in divinis eorumdem scriptis disseminatum sit, divinus Nyssenorum pastor ad Ablabium ita decernens corroboravit : « Immutabilem et per omnia similem naturam confitentes, discrimen causæ et effectus non inficiamur, in quo solum disjungi alterum ab altero deprehendimus : cum credamus hoc quidem causam esse, » Patrem innuens, *illud ex causa*, duas nempe personas Filii et Spiritus ex uno Patre : tum alterum ab altero, subducens, « et illius quod ex causa est, aliud rursus discrimen comprehendimus; » secundum resumptionem rursus inquiens, *ex uno*, postmodum differentiam. « Namque hoc quidem est immediate a primo, hoc vero ex contiguo a primo, » Spiritus nempe per Filium ex primo. Et sequitur : « Adeo ut unigenitum indubitatum maneat in Filio, et ex Patre esse Spiritum, Filii mediatione, sibi ipsi unigenitum conservante, et Spiritum a naturali ad Patrem habitudine non arcente. » Si itaque hæc palam et perquam perspicue divinitoqui, « unum » scilicet « ex ambobus, » et « ex uno ambo » enuntiant, et prolixis suis divinis sermonibus prædicant, et eamdem esse eorumdem sententiam et significatum divinitus definiunt, quis usus, aut quæ utilitas fuerit, perversis ratiocinationibus ex ventre natis hæc sibi mutuo repugnare demonstrare contendere, et per unum aliud destruere, et jam positis Patrum sententiis decretisque adversari, cum magni nominis Basilius ad Amphilochium docet : « Per Filium enim vox originariæ causæ confessionem continet, » et qui unis animis cum eo vixit, et in omnibus eadem tenuit Theologus, clamat : « Licet ad primam causam quæ Unigeniti, et ea quæ Spiritus sunt, referantur; » ut leviter refutationem attingam eorum qui duorum principiorum absurditatem inferre conantur, ex iis quæ pietatis propugnatores tradiderunt? Sed cum interrogatione per dilemma facta ex una parte in hunc modum redarguatur ad simplicis probationem, et refutationem eorum quæ ipsi objici poterant, temere adducta dignoscantur. Et prorsus hujus utraque ex parte duplicis interrogationis dicta subvertentur : tales siquidem sunt oppositorum conjugationes. Qui solem introduxit, tenebras dissipavit, et qui simplex probavit, duplex

removit. Nihilominus cum et aliæ multæ nobis suppetant et rationes, et notiones sacrorum præconum rerum reconditarum enarrationibus subnixæ ad duplicitatem hanc refellendam, uno tantum ex iisdem exemplo petito contenti erimus, solis nempe radii et luminis. Hi siquidem in exilem Deitatis principum hypostaseon similitudinem ista desumentes, uti ex sole et radio, ex illuminato nempe orbe per radium, lumen sive effulsionem simplicem commonstrant; quæ enim hujus duplicitas? sic ex ambobus, ex Patre duntaxat per Filium Spiritum decernentes, omni duplicitate superiorem constituunt. Licet supersubstantialis Triadis simplicitas super omnem simplicitatem est, quemadmodum et individuitas super omnem individuitatem. Sicut enim Pater neque dividuus est, neque compositus, quod generet Filium, et Spiritum producat, licet aliud generare et producere consideratur, ex ambobus item egressus idem est et unus quod istæ partes non sunt, sed proprietates, neque secundum aliquam recisionem, utriusque progressus cognoscitur: pari ratione neque Spiritus dividuus est, neque compositus, quod ex Patre et Filio, ex simplicibus est, nempe ex simplice per simplicem simplex, et ex individuis individuus, et ejusdem naturæ cum iis qui ejusdem naturæ cum ipso sunt. Qui itaque ex uno ambo, et ex ambobus unum asserunt, quemadmodum ita tenere dictis Patrum confirmamur, sic eorum quoque exemplis corroboramur, non tantum proxime apposito, uno siquidem, sed cum id sermonis series cogat alia quoque addam, quod erit radicis, rami, et fructus; ex radice enim fructus per ramum; verum ex ramo eum etiam dicere nihil vetat. Hinc ex ambobus, ex radice scilicet per ramum. Similiter et illud oculi, fontis, et fluvii. Qui porro illud ex ambobus oppugnant, uti verbis ac notionibus e ventre enatis ad sibi complacita deferuntur, non testimoniis scripto traditis, sic ad ea quæ ad imaginem divinitatis principis Triadis Patrum dictis apponuntur, non advertentes animum, viri atque mulieris prolem ex congressu motibus animi obnoxio, et generationem ignis ex violenta ac vehementi fricatione, ex rebus alterius naturæ atque essentiæ inter sese mutuo conjunctis, et luti compositionem ex rebus natura diversis simili modo ex propriis producunt, quasi demonstrarent adversarios in similitudinem ex ambobus Spiritus progressus similia assumere, quæ quidem cum admittenda minime sunt, illis tamen scopum suum comprobantes, quod intendunt, sibi videntur absolvere, quæ non tantum voce proferre, sive scripto tradere, sed vel solummodo mente agitare dæmones ipsi horruerunt. Mens quidem evigilans, theologiæ apex, quibusdam similitudinibus supra omnem infinitatem constitutam Triadem ostendens, « Similitudinum tenuitatem indicari, et quod plus est fugere, » ingenti voce testatur, « et infra nos una cum exemplo manere » decernit, licet res ejusdem inter se naturæ atque essentiæ ad

σαν ἀμέριστον. Ὥσπερ δὲ οὐ μεριστὸς ὁ Πατὴρ οὐδὲ σύνθετος, ὅτι τὸν Υἱὸν γεννᾷ, καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται, καίπερ ἄλλου καὶ ἄλλου θεωρουμένων τοῦ γεννᾶν καὶ προβάλλεσθαι, ἡ δὲ ἐξ ἀμφοῖν πρόοδος ἡ αὐτὴ καὶ μία, ὅτι μὴ ταῦτα μέρη ἀλλ' ἰδιότητες, οὐδὲ κατά τινα τομὴν ἡ ἑκατέρου γνωρίζεται πρόοδος· οὕτως οὔτε τὸ Πνεῦμα μεριστὸν, οὔτε σύνθετον, ὅτι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐδὲ τὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὸ ἁπλοῦν, ὅπερ ἐστὶν ἐκ τοῦ Πατρός ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἐξ ἁπλῶν, ἤγουν ἐξ ἁπλοῦ δι' ἁπλοῦ, καὶ ἐξ ἀμερῶν ἀμερὲς, καὶ ὁμοφυὲς ἐξ ὁμοφυῶν. Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἑνὸς ἄμφω, καὶ τὸ ἓν ἐξ ἀμφοῖν φάσκοντες, ὡς τὸ οὕτω γωνεῖν φθέγμασι πατρικοῖς ἔχομεν στηριζόμενον, οὕτω καὶ παραδείγμασι τοῖς αὐτῶν ἐδραιούμενον, οὐ μόνον τῷ προσχῶς τεθειμένῳ, ὡς πρὸς τῷ ἑνὶ πλέον ἀρῶν, οἷον ἑλκόμενος, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς ῥίζης, καὶ τοῦ κλάδου, καὶ τοῦ καρποῦ. Ἐκ τῆς ῥίζης γὰρ ὁ καρπὸς διὰ τοῦ κλάδου, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ κλάδου λέγειν τοῦτον ἀκώλυτον. Ὅθεν καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ἐκ τῆς ῥίζης δηλονότι διὰ τοῦ κλάδου. Ὡσαύτως καὶ τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ, τῆς πηγῆς καὶ τοῦ ποταμοῦ. Οἱ δὲ πρὸς τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἀντικαθιστάμενοι, ὡς ῥήμασι καὶ νοήμασι τοῖς ἀπὸ κοιλίας πρὸς τὸ κατὰ βούλησιν φέρονται, οὐ ταῖς ἐκ Γραφῶν μαρτυρίαις οὐδοπωσοῦν, οὕτω τῶν εἰς εἰκόνα τῆς ἀρχικῆς Τριάδος παραθέσεων πατρικῶν μὴ ἐπιστρεφόμενοι, ἀποτέλεσμα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς ἐξ ἐμπαθοῦς συνελεύσεως, καὶ πυρὸς γένεσιν ἐκ βιαίας προστρίψεως ἑτεροφυῶν πρὸς ἄλληλα καὶ ἑτεροουσίων, καὶ πηλοῦ σύνθεσιν ἐξ ἑτεροειδῶν ὡσαύτως οἰκοθεν παρεισάγουσιν, ὡς ἐμφήναντες ταῦτα τοὺς ἀπεναντίας λαμβάνειν εἰς ἐμφέρειαν τῆς ἐξ ἀμφοῖν προόδου τοῦ Πνεύματος τῷ ἀπαραδέκτῳ τούτων τὸ κατὰ σκοπὸν κατασκευάσαντες ἀπαρτίσωσιν, ἅτινα μή τοί γε ὅλως ἐρεῖν, ἢ γραφῇ δοῦναι, ἀλλὰ καὶ μόνως ἐννοῆσαι ψιλαῖς ἐπινοίαις κἂν δαίμονες ἔφριξαν. Ὁ γρήγορος μέντοι γε νοῦς, ἡ τῆς θεολογίας ἀκρότης, ἐξ ὁμοιώσεών τινων τὴν ὑπεράπειρον Τριάδα δεικνὺς, « ἀμυδρὸν τὸ τῆς εἰκασίας δηλοῦσθαι, » καὶ τὸ, « τὸ πλέον φεύγειν » μεγαληγόρως μαρτύρεται, « καὶ κάτω μένειν ἡμᾶς ἐᾷν μετὰ τοῦ ὑποδείγματος » ἀποφαίνεται, καὶ ταῦτα ὁμοουσίων καὶ ὁμοφυῶν τὰς παραθέσεις πρὸς ἀλλήλας τιθέμενος. Ἔχει καὶ γὰρ οὕτως ἐκ τοῦ ἡλίου· τῆς ἀκτῖνος, καὶ τοῦ φωτὸς τὸ ἀχώριστον ἀλλήλων ἀεὶ σημαίνεται τῶν θεαρχικῶν προσώπων, καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς προόδου, καὶ τῆς ἐκφάνσεως, εἰ καὶ μὴ τὸ τῶν τριῶν ἰδιοϋπόστατον. Ἐν γὰρ τῇ τοῦ περωτισμένου δίσκου ὑποστάσει ἡ ἀκτὶς καὶ τὸ φῶς πέφυκεν ὑφιστάμενα, καὶ μὴ καθ' αὑτὰ ἰδιοϋπόστατα· ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ, τῆς πηγῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ τὸ συνημμένον ἐμφαίνεται καὶ ἀχώριστον, εἰ καὶ τούτων ἕκαστον τῷ τόπῳ διακέκριται καὶ τῇ θέσει, τόπον ἴδιον ἔχον καὶ ἰδίαν περιγραφὴν, κἂν οὕτω τὸ συνεχὲς ἀδιάπτωτον Ἐκ τῆς ῥίζης, τοῦ κλάδου καὶ τοῦ καρποῦ τὸ διακεκριμένον τῶν ὑποστάσεων, εἰ καὶ χρόνος ἐν τούτοις μεσολαβεῖται, καὶ πλείων ἡ ἐν τῇ ῥίζῃ δύναμις καὶ ἐνέργεια ἢπερ ἐν τῷ κλάδῳ καὶ τῷ καρπῷ. Ἐν δέ γε τῇ σεπτῇ Τριάδι

μία καὶ ἡ αὐτὴ δύναμις καὶ ἐνέργεια, ἐκ τῆς μονάδος, τῆς δυάδος καὶ τῆς τριάδος τὸ τῶν προσώπων διωρισμένον, κἂν μὴ καθ' αὑτὰ ταῦτα μηδὲ ἰδιοϋπόστατα, ἀλλ' ἐννοηματικὰ, καὶ ἐν ἄλλοις θεωρητά· ὃ τοῦ ἠρωτηκότος παράδειγμα δεκτὸν, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, εἰ καὶ δι' ἄλλου καὶ ἄλλου τῶν εἰκονισμάτων, ἄλλο καὶ ἄλλο τῶν ἐν τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι θεωρουμένων δηλοῦται, ἢ καὶ τὸ αὐτὸ διὰ πλειόνων. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τοῦ εἰκαζομένου τὸ εἰκάζειν ἐξικνεῖσθαι δι' ὅλου, ὡς αὐτὸς ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ διαγορεύει. Ὅμως διὰ πάντων τῶν προτεθέντων καὶ λοιπῶν ἐμφερῶν ἡ τάξις τρανοῦται, καὶ σχέσις, καὶ τὸ πρῶτον, καὶ μέσον, καὶ τρίτον καὶ τὸ μὴ δύο αἴτια εἶναι, ἐπεὶ καθαρῶς ἐστιν ἀνηγορευμένον ὁρᾷν ἐξ ἡλίου τὴν ἀκτῖνα καὶ φῶς, ἐξ ἑνὸς ἄμφω, καὶ πάλιν ἐξ ἀμφοῖν ἡλίου τε καὶ ἀκτῖνος τὸ φῶς, ἑκατέρων ῥητῶν τὸ αὐτὸ διαγγελλόντων, ἐκ τοῦ πρώτου διὰ μέσου τὸ τρίτον· κἀντεῦθεν τὸ ἓν καὶ ἀρχικὸν αἴτιον τὸ πρῶτον ἔχειν διασαφούντων, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ῥίζης τὸ ἓν τῆς αἰτίας αὐτῆς ἐχούσης. καὶ τῶν ἐκ τῆσδε δύο, τοῦ μέσου, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τρίτου εἰς αὐτὴν, ὡς εἰς αὐτῶν ῥίζαν ἀναγομένων, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐκ μονάδος τὰ δύο, καὶ ἐκ δυοῖν τὸ τρίτον κατὰ διορισμὸν, ὑβμενουν κατὰ σύνθεσιν, ἦγουν τῆς πρώτης μονάδος τὴν δευτέραν, καὶ δι' αὐτῆς τὴν τρίτην, ἀμφοτέρων τῆς μέσης, καὶ δι' αὐτῆς τῆς τρίτης εἰς μονάδα τὴν πρώτην, ὡς εἰς ἀρχικὴν ἀναφερομένων αἰτιαν καὶ ῥίζαν. Ὅθεν ὁ θεολογικώτατος Νύσσης ἐπὶ τῆς ἀκτίστου Τριάδος ταῦτα διευκρινῶν, εἰρηκώς τε, ὡς ἀνωτέρω προὐθέμεθα, καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας, καὶ ἀμφότερα σημάνας αἰτιατὰ, δι' ἑτέρου τὸ ἕτερον διασάφησε, φήσας· « Τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, » τὸν Υἱὸν δηλαδὴ, τουτέστιν ἀμέσως· ἄμφω γὰρ ἐπ' αὐτοῦ ταῦτα πεπλατυσμένως ταῖς ἱεραῖς συγγραφαῖς τῶν Πατέρων ἐμπεριείληπται· τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου Πνεῦμα τὸ θεῖον, κἀντεῦθεν ἀμφοῖν, τοῦ μὲν ἀμέσως, τοῦ δὲ διὰ τοῦ μέσου, θεολογήσας μίαν αἰτίαν τὴν ἀρχικὴν, ἣν οἱ λοιποὶ θεηγόροι μὲν ἡνωμένως, οὗτος δὲ διαλελυμένως πρώτην αἰτίαν ὠνόμασαν. Ὃς δῆτα καὶ τῆς *διὰ* καὶ τῆς ἐκ τὸ σύνδρομον ἐχουσῶν, ἐπὶ τοῦ μέσου καὶ ταυτοδύναμον, καθὼς εἰς πλάτος αἱ ἱερογραφικαὶ τῶν θεοφορήτων μαρτυρίαι παραδιδάσιν, εἰ καὶ ἀμυδρῶς ὥδε διήγγελται τὴν *διὰ* δογματίσας ἐνταῦθα, τὴν ἐκ ἐν ἄλλοις, ἐν οἷς φησιν, « Ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ὀνομάζεται· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, » τεθεολόγηκε. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον κεφάλαιον οὕτως ἔχον τεθέαται· τοῦ λοιποῦ δὲ τὸ δεύτερον θεατέον, οὕτω κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνον· « Ἔτι ἡ μὲν μονὰς ταυτότητός ἐστιν αἰτία, ἡ δὲ δυὰς ἑτερότητος. Ὅθεν καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἡ τὸ ἅγιον, ὡς μὲν ἐξ ἑνὸς τοῦ Πατρὸς ὄντα, τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἀλλήλοις καὶ τῷ Πατρὶ ἔχουσιν, ὡς δὲ δύο πάλιν ὄντα, ἕτερά ἐστιν ἀλλήλοις καὶ τῷ Πατρὶ κατὰ τὰς ὑποστάσεις, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν. Οὐ γὰρ ἐνῆν ταυτὰ τὴν φύσιν ὄντα καὶ ἕτερα πάλιν κατὰ φύσιν εἶναι. Εἰ μὲν οὖν

A comparationem adduceret. Nec enim aliter res se habet. Ex sole et radio et lumine, divinitatis principum personarum inter sese indivisum semper connotatur, et absque ulla passione progressus atque effulsio, etsi non trium propria hypostasis: namque illuminati orbis hypostasi radius et lumen cum sua ipsa hypostasi, et non separata in seipsis hypostasi adhærent. Ex oculo, fonte, et fluvio conjunctum inseparabileque apparet, licet hoc unum quodque loco situque sejungatur, locum proprium habens propriamque præscriptionem, etsi eorum continuitas nunquam intercipitur. Ex radice, fructu, et ramo hypostaseon sejunctio, licet tempus inter hæc medium sit, et major in radice vigor et actio, quam in ramo et fructu conspiciatur. Attamen in B veneranda ipsa Triade una et eadem facultas et actio, ex unitate, et dualitate, et trinitate personarum distinctio, licet neque ipsa per se, neque in propria hypostasi, sed intellectu tantum et in aliis considerentur: quod interrogantis exemplum, licet non uti illi complacet, assumendum est, nisi per aliam atque aliam similitudinem aliud et aliud ex iis quæ in consubstantiali Trinitate speculamur, aut idem per plura significatur. Neque enim fieri potest, ut assimilatum modis omnibus id quod assimilat exæquet, ut idem, cui a theologia nomen est, in eadem oratione tradit. Nihilominus his omnibus aliisque similibus indicatur et ordo, et relatio, et primum, et medium, et tertium, et duas causas non esse, cum plane definitum sit, conspici C ex sole radium et lumen, cum utraque dicta id inferant, ex primo per medium tertium; indeque unam et primariam causam primas obtinere declarent, uti quoque ex radice unam causam in se continente, et ex ipsa duo, medium et per illud tertium in ipsam, tanquam quæ in suam propriam radicem referantur, et in numero ex unitate duo, et ex duobus tertium segregatione, non compositione, nempe ex prima unitate secunda, et per ipsam tertia, cum ambarum media sit et per ipsam tertia in primam unitatem, uti primariam causam, et originem referantur. Unde in rebus theologicis præcellentissimus Nyssenus hæc de increata Triade explanans, dicensque, ut supra adnotavimus, et D illius quod ex causa est, et utraque causata significans, si quæ ex causa sunt, causata nuncupanda veniunt, per aliud aliud significavit, scribens· *Hoc quidem continue est ex primo*, Filius nempe, et absque medio; utraque enim satis diffuse in sacris commentariis Patrum de eodem accepta continentur. « Hoc vero per illud quod continue est ex primo, » Spiritus sanctus, indeque ambo, hoc quidem immediate, illud per medium decernens, unam causam primariam, quam alii diviniloqui Patres conjunctim, hic vero separatim primam causam appellavit. Qui præterea præpositionum *ex* et *per* unam eamdemque cum medio applicantur concordiam, et æquales vires, uti fuse sacra scripto mandata divinorum Patrum testimonia tradiderunt, licet subob-

scure hic *per* apponere enuntiavit, in aliis tamen *ex* usurpavit, cum dicit : « Filius quidem ex Patre a divina Scriptura dicitur. Spiritus vero ex Patre dicitur, et ex Filio esse astruitur. » Et primum quidem caput ita se habere conspeximus; nunc secundum considerandum est, his ipsissimis verbis expositum : « Præterea unitas identitatis causa est, dualitas diversitatis. Hinc Filius et Spiritus sanctus, uti ex uno Patre exsistentes, inter sese idem naturæ cum Patre possident : uti vero rursus duo sunt inter sese alia sunt, et a Patre quoque, sed secundum hypostases, non secundum naturam; neque enim fieri poterat, ut quæ eadem natura sunt, diversa rursus natura essent. Si itaque ex uno, solo scilicet Patre, Spiritus progreditur, unus erit et idem cum seipso; si autem ex duobus, Patre nempe et Filio, alius erit ipse a seipso, tanquam qui alius est a Patre, alius ex Filio. Quandoquidem enim aliud est Pater, aliud vero Filius, necesse est et Spiritum, qui ex Patre et Filio est, aliud atque aliud esse. Hoc vero absurdum est. Quodsi quis dixerit, Et quomodo ex alio atque alio Patre matreque enatus fœtus, non est aliud atque aliud, sed unum? respondemus non esse simpliciter unum, sed ex semine patris et sanguinibus matris compositum. » Quæ hic quoque proponuntur mendacii prehenduntur manifesto modo, tantum abest ut vera sint. Attendatur. Cum enim per ea auctor pronuntiasset unitatem identitatis, dualitatem diversitatis esse causam, probavisseque Filium et Spiritum sanctum, quod ex uno Patre exsistunt, idem naturæ inter sese et cum Patre possidere, uti vero duo rursus inter sese, et cum Patre secundum hypostases alia esse : tum deinceps et illius, quod contra opponi poterat, solutionem adjunxisset : *Et non secundum naturam : neque enim fieri poterat, ut quæ eadem natura sunt, diversa rursus natura essent*, aperte demonstrat, hac divisione sese affirmare, unum nullo modo diversitatis causam esse. Id vero fidei universæ fundamenti eversio est. Namque Ecclesiæ et doctrinæ principum, quæ pietatis fundamentum est, opinio illa certa atque indubitata est, tria esse quæ adorantur, quorum alterum, Patrem scilicet, ex nullo suam exsistentiam neque subsistentiam consequi, sed absque causa esse; ex ejusdem vero essentia duo, sed diverso progressu subsistere : alterum, quæ ex essentia Patris sunt, idem essentiæ inter se et cum Patre possidere, secundum vero progressus diversitatem, diversitatem consequi. Ex hoc enim ingenitum Patris astruitur, et absque causa, et ex Patre generatio Filii, et productio Spiritus sancti, quibus hypostaseon proprietates, et trium diversitas agnoscuntur. Si itaque ex uno, et cum illo, et inter sese duo eadem sunt, et aliud et aliud et cum illo et inter sese separantur, illud, « Unitas quidem identitatis causa est, dualitas diversitatis, » in quanam dogmatum certa firmitate et fundamento sistetur? Sed rectus veritatis cognitor plane cognoscit mendacium, quo vel ex sola prolatione verbo-

A ἄρα ἐξ ἑνός, τουτέστι μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα προέρχεται, ἓν ἔσται καὶ ταυτὸν αὐτὸ ἑαυτῷ· εἰ δὲ ἐκ δύο, τουτέστι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἕτερον ἔσται αὐτὸ ἑαυτοῦ, ὡς ἂν ἄλλο μὲν ὂν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ἄλλος μὲν ὁ Πατὴρ, ἄλλος δὲ ὁ Υἱὸς, ἀνάγκη καὶ τὸ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα ἄλλο καὶ ἄλλο εἶναι. Τοῦτο δὲ ἄτοπον. Εἰ δὲ λέγει τις, Καὶ πῶς τὸ ἐξ ἄλλου καὶ ἄλλου τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς τέκνον, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐστὶν, ἀλλὰ ἓν; ἐροῦμεν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἐστιν ἓν, ἀλλὰ σύνθετον ἔκ τε τοῦ σπέρματος τοῦ πατρὸς καὶ τῶν αἱμάτων τῆς μητρός. » Κάνταῦθα τοῦ ψεύδους, οὐ τῆς ἀληθείας τὰ τῆς προτάσεως. Προσεκτέον καὶ γάρ. Εἰπὼν ὁ συνθέμενος δι' αὐτῆς, ὡς ἡ μὲν μονὰς ταυτότητός ἐστιν αἰτία, ἡ δὲ δυὰς ἑτερότητος, καὶ κατα-
B σκευάσας, ὡς μὲν ἐξ ἑνὸς ὄντα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ταυτὸν ἔχειν τῆς φύσεως ἀλλήλοις καὶ τῷ Πατρὶ, ὡς δὲ δύο πάλιν ἀλλήλοις ἕτερα εἶναι καὶ τῷ Πατρὶ κατὰ τὰς ὑποστάσεις, εἶτα καὶ τοῦ ἀντιπίπτοντος λύσιν ἐπαγαγὼν, « Ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν· οὐ γὰρ ἐνῆν ταυτὰ τὴν φύσιν ὄντα καὶ ἕτερα πάλιν κατὰ φύσιν εἶναι· » δείκνυσι καθαρῶς ἐκ τοῦ τοιοῦδε μερισμοῦ φάσκειν, μὴ καὶ τῆς ἑτερότητος αἴτιον εἶναι τὸ ἕν, τοῦτο δὲ θεμελίου τοῦ τῆς πίστεως ὅλης ἀνατροπή. Δόξα γὰρ ἡ κειμένη τῆς Ἐκκλησίας, καὶ διδαγμάτων τῶν ἀρχηγῶν τῆς εὐσεβείας ἡ βάσις, τρία εἶναι τὰ προσκυνούμενα, καὶ τὸ μὲν ἓν τὸν Πατέρα ἐκ μηδενὸς μήτε οὐσιοῦσθαι, μήτε ὑφίστασθαι, ἀλλ' ἀναιτίως·
C ἐκ τῆς αὐτοῦ δὲ οὐσίας τὰ δύο κατὰ τρόπον ὑφεστάναι πρόοδου διάφορον. Καθὸ μὲν οὖν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ ταυτὸν αὐτῆς ἔχουσιν ἀλλήλοις καὶ τῷ Πατρὶ, κατὰ δὲ τὸ διάφορον τῆς προόδου τὰς ἑτερότητας κέκτηνται. Ἐκ τούτου γὰρ τὸ ἀγέννητον ὁμολογεῖται καὶ ἀναίτιον τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννητὸν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ τοῦ Πνεύματος προβλητὸν, καθ' ἃ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων, καὶ τὸ τῆς ἑτερότητος τῶν τριῶν. Εἰ γοῦν ἐκ τοῦ ἑνὸς καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ καὶ πρὸς ἄλληλα τὰ δύο ταυτίζεται, καὶ τὸ ἄλλο καὶ
D ἄλλο καὶ πρὸς αὐτὸ καὶ πρὸς ἄλληλα εἶναι, ὁ μερισμὸς τὸ, « Ἡ μὲν μονὰς ταυτότητός ἐστιν αἰτία, ἡ δὲ δυὰς ἑτερότητος· » ποῦ τοῦ τῆς δογματικῆς θέσεως θεμελίου, ποῦ στήσεται; Ἀλλ' ὁ ἀρρεπὴς ὅδε τῆς ἀληθείας διαιτητὴς τὸ ψεῦδος ὅπως καὶ προσφορᾶς ἐξ αὐτῆς τοῦ λόγου αὐτὸ ἑαυτὸ στηλιτεύων ἀνακαλύπτει. Τούτου γε εἰρηκεν ὁ Πατὴρ, ὡς « ἡ μονὰς ταυτότητός ἐστιν αἰτία, ἡ δὲ δυὰς ἑτερότητος, » ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς εὐθέως τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως κατεσκεύασε πρὸς ἄλληλα τοῖς δυσὶ, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς εἶναι καὶ αὐτῷ τῷ ἑνί· ὡς δὲ δύο ὄντων Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, τὴν ἑτερότητα ἔδειξεν ἀλλήλων κατὰ τὰς ὑποστάσεις, καὶ τοῦ ἐξ οὗ ταῦτα ἑνὸς τοῦ Πατρός· ἀλλὰ καὶ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως τοῖς τρισὶν ἐντεῦθεν συνελαυνόμενος ὡμολόγησεν. Ἡ τοίνυν τῆς δυάδος καὶ τὸ ταυτὸ καὶ τὸ ἕτερον, ὡς ἡ ἐγγὺς ὁμολογία διατρανεῖ, ἡ μονὰς τὸ ταυτὸν λαλοῦσα, καὶ μέχρι τοῦδε ἐκφωνηθεῖσα, καὶ κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἕξει τοῦτο καὶ οὐ δήπου τὸ ἕτερον, ὡς ἰδίωμα τηρηθῇ τὸ τῆς διαιρέσεως, καὶ τὸ δύσφημον ὅσον οὐκ

ἀφανὲς, ἢ εἴπερ ἐξ ἀνάγκης καὶ αὕτη πρὸς τῷ ταυτῷ καὶ τὴν ἑτερότητα κατὰ τὰς ὑποστάσεις φαίνειν ἀνομολογηθῇ, καὶ τὰ τοῦ ψεύδους οὕτω τὴν ἀνακάλυψιν λάβῃ, ἀμφοτέρων τῆς μονάδος καὶ τῆς δυάδος τὸ ταυτὸν καὶ τὸ ἕτερον δεικνυμένων, πόσου θαυμασμοῦ οὐκ ἀξιωθείη ὁ λογικαῖς ἐν ἐπιστήμαις τοσοῦτος, ἐκ τοιῶνδε προτάσεων συμπεραίνων τὸ σπουδαζόμενον; Ὅμως ἐφεξῆς τὴν οὕτω προταθεῖσαν διαίρεσιν ἐπαναλαβὼν φάσκει· « Εἰ μὲν οὖν ἐξ ἑνὸς, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα προέρχεται, ἓν ἔσται καὶ ταυτὸν αὐτὸ ἑαυτῷ. » Τὸ δὲ ἕτερον εἰς τὸ ἐκ τῶν δύο ταμιεύει κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς διερμηνεύων ὡς βούλεται· καθ' ὧν ἡ τοῦ λέγειν τούτου ῥοπὴ, δόξα δέ γε ἡ ἀληθὴς ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεσθαι τὸ Πνεῦμα μυσταγωγοῦσα, καὶ τὸ ταυτὸν ἐντεῦθεν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τὸ ἕτερον ἔχειν ἀνακηρύττει, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀμφοῖν θεολογοῦσα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ταυτότητα πρὸς ἄμφω καὶ τὸν Πατέρα καὶ ἑτερότητα καταγγέλλει. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸ γεννήτωρ, ἀλλ' οὐδὲ γέννημα. Ὁ δὲ τούτων ἀφιστάμενος, εἰσάγων δὲ, εἰ ἐκ τῶν δύο τὸ Πνεῦμα λέγοιτο, ἕτερον σὑτὸ ἑαυτοῦ εἶναι, καὶ συνθέσεις εἰς τοῦτο ἐπινοῶν, ὡς ἄλλο μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄν, ἄλλο δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐ καινολογῶν ἐστιν οἷς φθέγγεται; Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἀγέννητος ὢν, γεννήτωρ ἐστὶ καὶ προβολεὺς, τὸ μὲν τοῦ Υἱοῦ, τὸ δὲ τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ μὲν Υἱοῦ γεννήτωρ, οὐχὶ προβολεὺς, τοῦ δὲ Πνεύματος προβολεὺς, οὐχὶ γεννήτωρ, ἕτερον αὐτὸς ἑαυτοῦ ὁ Πατὴρ, καὶ σύνθετος ἐντεῦθεν. Καίτοι ἡ ἐξ ἀμφοῖν τοῦ Πνεύματος πρόοδος μία καὶ ἡ αὐτὴ, τὸ δὲ γεννητικὸν καὶ προβλητικὸν τοῦ Πατρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο. Ἀλλ' ὥσπερ οὐ μεριστὸς ἐντεῦθεν ὁ Πατὴρ, οὔτε μὴν σύνθετος, ὅτι μὴ τῆς θεότητος ταῦτα μέρη, οὔτε δὴ σύνθεσις, ἁπλῇ γὰρ ἡ θεότης ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα καὶ ἀμερὴς ὑπὲρ πᾶσαν ἀμέρειαν, ἀλλ' ἰδιότητες περὶ αὐτὴν θεωρούμεναι· οὕτως οὐδὲ ἡ ἐξ ἀμφοῖν τοῦ Πνεύματος πρόοδος ἐξίστησιν αὐτὸ τῆς ταυτότητος ἑαυτοῦ, ἢ σύνθετον παριστάνει, ἀλλ' ἐκ Πατρός ἐστι καὶ Υἱοῦ, ἢ γοῦν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἁπλοῦν ἐξ ἁπλῶν, τουτέστιν ἐξ ἁπλοῦ δι' ἁπλοῦ κατὰ τοὺς Θεόφρονας. Ἵνα δὲ καὶ παράδειγμα τὸ ἐξ ἐμπαθοῦς δυοῖν προόδου τὴν σύνθεσιν κατασκευάζον, ὡς ἐντεῦθεν ἀνατραπείη τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ Πνεῦμα, καταργηθῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀνεξετάστου τὸ κατηργημένον ἔχον τῆς προφορᾶς, ἐκ τῶν τοῖς Θεοφόροις παραδεδομένων εἰς ἀπεικόνισιν τῆς ἀρχιφώτου Τριάδος τὸ τοῦ ἡλίου τελεώτερον αὖ ἀντιπαραθήσομεν, συνωθοῦντος ἡμᾶς εἰς τοῦτο καὶ πάλιν τοῦ περὶ τὰς αὐτὰς συνθέσεις τολμηρᾷ στρεφομένου καὶ γλώσσῃ καὶ διανοίᾳ. Ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς τρανοῦται καὶ τοῖς μὴ εἰδόσι σχεδὸν, ἦγουν ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος ἡ Ἐλλαμψις. Καὶ ποῦ τῆσδε διπλόη; ποῦ σύνθεσις; Ὅτι μηδὲ τὰ ἐξ ὧν αὐτὴ διπλόην εἶδεν, ἢ σύνθεσιν, οὔτε τὸ ἐν τῇ ἀκτῖνι φῶς, οὔτε τὸ ἐν τῷ δίσκῳ, καὶ οὐ μᾶλλον τῷ ἑνὶ ἡ ἁπλότης, ἢ τοῖς δυσί. Καὶ ποῦ τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι σύνθετον; Καίτοι ἡ ἐπὶ τῆς εἰκονιζομένης ὑπερφώτου Τριάδος ἁπλότης τὴν ὑπέρθεσιν ἀσύγκριτον ἔχει τῆς ἐν τῇ εἰκονιζούσῃ Τριάδι θεωρουμένης;

A rum sese palam ac manifesto infamet. Et hujus gratia « Pater, » asseruit, « uti unitas identitatis, dualitatem esse diversitatis causam, » et ex inductione statim idem naturæ inter sese duorum, quod ex uno sunt, et cum ipso uno probavit: cum vero duo sint Filius et Spiritus, inter eos diversitatem et eum, ex quo sunt, Patre scilicet, diversitatem secundum hypostases demonstravit, sed et idem naturæ in tribus inde coactus affirmavit. Aut igitur, cum dualitas et idem et diversum, ut proxime jam confessi sumus, exprimat, unitas hoc idem eloquens, et hactenus prolata, secundum hypostases id possidebit, et nullo modo diversum, ut proprietas distinctionis conservari possit, et quænam hæc sit blasphemia, cui non innotescit? aut si necessario B et ipsam cum identitate diversitatem etiam secundum hypostases commonstrare fatebimur, et hac ratione mendacium aperte patescet, cum ambo et unitas et dualitas idem diversumque connotent, quanam admiratione dignus non fuerit, qui tantum in dialectica scientia sibi vindicat, et similibus propositionibus intentum comprobat? Nihilominus postmodum sic propositam divisionem repetens infit: « Si itaque ex uno Patre Spiritus progreditur, unus erit idemque cum se ipso. » Diversum vero servat in eo, quod ex duobus est, uti in principio interpretatur, et ut sibi arridet, contra quos sermonis illius impetus confertur, non obstante quod sententia vera sit, quæ ex Patre progredi Spiritum instruit, idemque inde erga Patrem diversumque habere prædicat, sed etiam ex ambobus, Patre nempe et Filio, asseverans, erga utrosque, et Patrem idem diversumque denuntiat. Neque enim ipse genitor C est, neque fœtus. Qui porro ab his recedit, et introducit, si ex ambobus Spiritus dicitur, diversum a seipso eumdem esse, et compositiones in hoc comminiscitur, quasi alius sit a Patre, alius ex Filio, quomodo hic suis sermonibus res certas firmasque non innovat? Namque si Pater ingenitus cum sit, genitor est et productor, hoc quidem Spiritus, illo Filii, et Filii quidem genitor est, non productor, Spiritus vero productor et non genitor, alius atque alius a se ipso Pater erit, indeque etiam compositus. Et nihilominus ex utroque Spiritus pro- D gressus unus idemque est, sed facultas generandi, et producendi Patris alia et alia. Sed quemadmodum propterea Pater nullo modo in partes scinditur, neque compositioni subjicitur, quod illa deitatis partes minime sunt, et consequenter neque compositio, simplex enim supra omnem simplicitatem Deitas est, et supra omnem indivisionem indivisa, sed proprietates circa ipsam consideratæ: pari modo neque qui ex duobus est progressus Spiritus ab illius identitate eum exterminat aut compositum constituit, sed ex Patre est, et ex Filio, ex Patre nempe per Filium simplex ex simplicibus, ex simplici scilicet per simplex, ut divinorum Patrum sententia est. Ut vero exemplum quod ex affectibus obnoxio congressu, progressionis compositionem

probans, ut inde ex ambobus esse Spiritum refellatur, evertamus, licet ipsa sola pronuntiatione, sine ullo examine allata eversum remaneat ex iis quæ a divinis Patribus ad assimilandam luminis principem Triadem traduntur, magis accommodatius illud solis contra opponemus, cum nos in hoc rursus compellat, qui circa easdem compositiones non minus lingua temeraria, quam cogitatione circumvolvitur. Ex sole et radio lumen effulget, quod fere etiam cæcis innotescit. Ex sole nempe per radium illuminatio. Et ubinam hujus duplicitas est ? ubi compositio? Cum nec unde ipsa est duplicitatem sive compositionem agnoscat, neque quod in radio est lumen, neque quod in orbe est, nec minus est in uno vel in duobus quam in uno simplicitas. Eadem igitur est et in duobus. Et ubinam est ex ambobus esse compositum ? Et tamen quæ in assimilata supra omne lumen Triade simplicitas est, absque ulla comparatione eam, quæ in assimilante Triadem simplicitate consideratur exsuperat. Uti itaque ex uno, ita et ex duobus Spiritus assertus supra omnem duplicitatem est. Licet tantum quantum, parva ista assimilatio, ut assimilantis sententia est, exprimet. Primum quidem divinorum hypostaseon progresssionem nulli passioni obnoxiam, tum lumen esse Patrem, lumen Filium, lumen Spiritum sanctum, trinum lumen et individuum, uti lumen quod est in orbe solari, lumen radius, lumen quæ ex illis egreditur illuminatio. Unum indivisumque deitatis principis Triadis essentiæ, et discernens, secundum ordinem personarum effulsionem. Quemadmodum et ipse sol radius, et lumen unum ostenduntur, tanquam quæ unam essentiam complent, et discreta quod ex sole per radium lumen est : sic indicatur mutua cohærentia, et simul deitatis principes hypostases, et indivise exsistere : neque enim absque Filio Pater est, neque absque Spiritu Filius, neque defuit unquam Patri Filius, neque Filio Spiritus. Sicuti neque sol est absque radio, neque radius absque effulsione. Et hoc in exemplum ad luminis datricis Triadis rationem denotandam a diviniloquis Patribus affertur. Cum vero hi multis in locis ac sæpissime in suis divinis dictis ex essentia Patris et Filii conjunctim, et rursus ex essentia Patris, et essentia Filii divisim, sonora voce Spiritum sanctum decernant, et divinus Cyrillus in secundo *Thesaurorum* orationem concinnat. cujus inscriptio : « Ex essentia Patris et Filii Spiritum sanctum esse » et rectorum dogmatum fulcrum in rebus divinis præcellentissimus Epiphanius in Ancyroto scribit : « Ex eadem essentia Patris et Filii Spiritus. » Et postmodum infert : « Et ipse enim Unigenitus dicit : *Spiritus Patris, et qui ex Patre procedit ; et : De meo accipiet.* » Indeque demonstrat eamdem sententiam inferre, et, « Qui ex Patre procedit ; » et, « De meo accipiet, » quid dicent, qui ea subsequi sibi autumant, « si Spiritus ex duobus dicatur ? » Num quod est ex eadem amborum essentia, aliud ipsum a seipso dicent ? sive, diversum

A ἁπλότητος. Ὡς οὖν ἐξ ἑνὸς, οὕτως ἐξ ἀμφοῖν τὸ Πνεῦμα θεολογούμενον διπλόης ἁπάσης ὑπέρκειται. Καί γε τὸ ἐμφερὲς ὅσον καὶ οἷον ἡ μικρά τις αὐτῇ ὁμοίωσις κατὰ τὸν παραδόντα παρίστησι, τὸ ἁπαθὲς πρῶτον τῆς προόδου τῶν θεϊκῶν ὑποστάσεων, εἶτα τὸ φῶς εἶναι τὸν Πατέρα, φῶς τὸν Υἱὸν, φῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ τρισσὸν, φῶς καὶ ἀμέριστον, ὡς φῶς τὸ ἐν τῇ ἡλιακῇ δίσκῳ, φῶς ἡ ἀκτὶς, φῶς ἡ ἐκ τούτων ἔλλαμψις, τὸ ἑνικὸν τῆς θεαρχικῆς οὐσίας καὶ ἀδιαίρετον, καὶ τὸ διακριτικὸν τῆς κατὰ τὴν τάξιν τῶν προσώπων ἐκφάνσεως· ὡς καὶ αὐτὰ ὁ ἥλιος, ἡ ἀκτὶς, καὶ τὸ φῶς ἐνιζόμενα δείκνυνται, ὡς οὐσίας μιᾶς συμπληρωτικὰ, καὶ διακρινόμενα κατὰ τὸ ἐκ τοῦ ἡλίου διὰ τῆς ἀκτῖνος εἶναι τὸ φῶς, τὸ ὁλληλουχεῖσθαι, καὶ τὸ ἀχωρίστως συνυπάρχειν τὰς θεαρχικὰς ὑποστάσεις. Οὐ B γὰρ χωρὶς Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ χωρὶς τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός· οὐ γὰρ ἐνέλιπέ ποτε τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα, ὡς οὐδὲ ἥλιος τῆς ἀκτῖνος χωρὶς, οὐδὲ ἡ ἀκτὶς χωρὶς τῆς ἐλλάμψεως. Καὶ παραδειγματικῶς ὁ περὶ τῆς φωτοπαρόχου Τριάδος λόγος οὕτω τοῖς θεορρήμοσιν εἰκονίζεται. Ἐπεὶ δ' οὗτοι πολλαχοῦ καὶ συχνάκις ἐν ταῖς σφῶν θεοσόφοις θεολογίαις ἐκ τῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ συνημμένως, καὶ πάλιν ἐκ τῆς οὐσίας Πατρὸς ἰδίᾳ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας Υἱοῦ μεγαληγόρως Πνεῦμα τὸ ἅγιον δογματίζουσι, καὶ Κύριλλος ὁ θεσπέσιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Θησαυρῶν λόγον συντίθησιν, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, « Ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· » καὶ ἡ ἄγκυρα τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἐπιφάνιος ἐν τῷ Ἀγκυρωτῷ C φησιν· « Ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα· » καὶ καθεξῆς ἐπάγει· « Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Μονογενὴς λέγει, *Τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον*, καὶ, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται*· κἀντεῦθεν τῆς αὐτῆς διανοίας ἐκ τῆς κατασκευῆς ἀριδήλως δεικνύει τὸ, « ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, » καὶ τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· » τί ἐροῦσιν οἱ τοιαῦτα φάσκοντες ἕπεσθαι, « εἰ τὸ Πνεῦμα ἐκ δυοῖν λέγοιτο ; » Ἆρα τὸ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἀμφοτέρων ἕτερον αὐτὸ ἑαυτοῦ εἶναι φήσουσιν ; ἢ τὸ ἕτερον ἑαυτοῦ εἶναι φάναι τὸ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας αἰδεσθέντες, καὶ συγκεχωρηκότες τὸ αὐτὸ καὶ ἐν ὑπάρχειν, καὶ μὴ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἄλλο, τὸ εἰς ἀναίρεσιν τούτου παραχθὲν σφίσιν αἱρήσονται, τὸ ἐξ D ἀμφοῖν ἑκατέρων συνελεύσεως σύνθετον, ἐπείπερ ἀνάγκη ἐκ τῶν προτεινομένων, καὶ κατασκευαζομένων αὐτοῖς ; Ἀλλ' ὅπερ ἑκατέρωθεν ἀπάγεσθαι συνελαύνονται, ὁποῖον ἂν ἕλωνται, προφανὲς, Πλεῦς δ' εἶ, Κύριε. Οὐ γὰρ ἡμεῖς ταῦτα, οἱ δέ γε τῆς ἀληθείας σου ἐπηρέασται. Ταύτης γε μὴν τὸ ἀπισχοινισμένον ἄρα πρὸς τούτοις, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, ἐνταῦθα γράμμασιν ἐγκεχάραχται τὸ τοσοῦτον θρίαμβον ἐσχηκὸς, ὡς μηδαμῇ μηδαμῶς εὑρισκόμενον τῶν ἱερογραφικῶν δογμάτων, καὶ παραδόσεων ὁπουδήποτε. Οἱ τοῦτο συστῆσαι σπουδάσαντες ; ἐν τῇ καταρχὰς κινήσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως καινοτρόπῳ νεογραφίᾳ παρίδοσαν διασπείραντες, καὶ ἐαλωκότες τὸ τῆς συσκευῆς ἐκκαλύψαντες ὡμολόγησαν. Τοῦτό γε μὴν τοῦτον τὸν τρόπον τῆς ἀλη-

θείας ἔχον τὴν ἐκπτωσιν εἰδόσιν οἱοισδήτισι θριαμβεύεται. Πλὴν καὶ θεοφόρων ἡ δυὰς ὁμωνύμων, ὧν ὁ μὲν τῶν Νεοκαισαρέων, ὁ δὲ τῶν Νυσσαέων φωστὴρ ἀνεφάνη, τοῦ Υἱοῦ τὸ ἐκ μόνου εἶναι βεβαιουμένη διασαφεῖ. Ὁ μὲν γὰρ ὁ φερωνύμως Θαυματουργὸς ἐκ θειοτέρας ὀπτασίας τὴν ἀληθῆ πίστιν ἐμυήθη παρὰ τοῦ ἐπιστηθίου καὶ Εὐαγγελίστοῦ Θεολόγου, μεσιτευούσης τῆς Θεομήτορος· ὁ δὲ ὁ θεόληπτος Νύσσης τὸν τοῦ ὁμωνύμου συγγραφόμενος βίον, εἰς ἀνάγνωσιν ἐπ' Ἐκκλησίας κατ' ἔτος προτεθειμένον, τά τε τῆς ὀπτασίας διηγεῖται, καὶ τὰ τῆς ἀποκαλυφθείσης ἐκτίθεται πίστεως ἐν ᾗ μετὰ τὸ ἐκτεθῆναι, « Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, » καὶ ὅσα ἑξῆς περὶ τοῦ Πατρὸς, περιλαμβάνεται τὸ, « Εἷς Κύριος μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, Λόγος ἄναρχος. » Καὶ μετά τινα, « Υἱὸς, ἀλήθεια ἀληθινοῦ Πατρός. » Ὁ αὐτὸς Νύσσης ἐν τῇ εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν ὁμιλίᾳ φησίν· « Ὁ γὰρ μονογενὴς Λόγος ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ὀνομαζεται· καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. *Εἰ γάρ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησὶν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.* Οὐκοῦν τὸ μὲν Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Πνεῦμά ἐστιν· ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὢν, οὐκέτι καὶ τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀκολουθία αὕτη. » Ὅ γοῦν ἐκεῖσε τὸ « μόνος ἐκ μόνου, » τοῦτο ἐνταῦθα τὸ « μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα, » τὸ αὐτοῦ δηλαδὴ ὑπάρχειν ἐκ μόνου Πατρός· καὶ δῆλον ἔτι μᾶλλον ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς, ἧς ἐπάγει ὁ εἰρηκώς, « Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, » τουτέστιν ἐξ ἀμφοῖν. Οὕτω δὴ καὶ κεφαλαίου τοῦ δευτέρου ἐπισκεφθέντος τὸ τρίτον ἤδη ἐπισκεψώμεθα, κατ' ἔπος οὕτω διεξιόν· « Ἔτι εἰ λέγουσιν ἐλεγχόμενοι, ὅτι μὴ δεῖν παρὰ τὰ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κείμενα ὁμολογεῖν, ἀποκρίνονται, ὅτι καὶ τὴν τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν μὴ εὑρισκομένην ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐν τῷ Συμβόλῳ οἱ Πατέρες τεθείκασιν, φαμὲν, ὡς ἐκεῖ μὲν εἰ μὴ τοῦτο ἐλέγετο, κίνδυνος ἦν τοῦ Πατρὸς ἐλάττονα τὸν Υἱὸν νομισθῆναι. Καίτοι καὶ εἰ μὴ αὐτῇ φωνῇ ἐν τῇ Γραφῇ κεῖται, ἀλλ' οὖν τὸ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, ταυτοδύναμόν ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ τίς ἡ ἀνάγκη ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, μὴ εὑρισκόμενον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ; τί κινδυνεύει παρὰ τοῦτο ἡ παραδοθεῖσα θεολογία; Πάντως οὐδέμια. Μᾶλλον μὲν οὖν ἐκ τῆς προσθήκης ταυτησὶ καὶ πολλὰ ἀνακύπτει τὰ ἄτοπα, οἷον ἡ διαρχία, καὶ τὸ σύνθετον δοκεῖν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἕτερα μυρία. » Πρῶτον μὲν εἰς τὸ καθ' ὧν φησι μὴ δεῖν παρὰ τὰ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κείμενα ὁμολογεῖν, εἰ λέγουσιν ἀποκρινόμενοι, ὅτι καὶ τὴν *ὁμοουσίου* φωνὴν μὴ εὑρισκομένην ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, τεθῆναι τοῖς Πατράσιν ἐν τῷ Συμβόλῳ, οὕτινα τῶν πρὸ ἡμῶν τῶν ἡμετέρων οἶδα κινήσεσιν αὐθορμήτοις ἔγγραφον ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἀγῶνα ποιησαμένων. Εὑρηνται γὰρ ἔνιοι τούτων οὕτω διατεθέντες καὶ μάλιστα τῶν πολυθρυλλήτων τοῦτο δὴ τὸ *ὁμοούσιον* εἰς τὸν λελεγμένον

esse a seipso affirmare illud ex eadem essentia reveriti, ideoque concedentes unum et idem exsistere, et non esse aliud, quod ex ambobus est, quod ad hoc evertendum attulerunt ex utriusque nempe passioni obnoxio congressu compositum eligent, quandoquidem id necessario concluditur ex iis quæ ipsi proponunt, aut comprobant? Sed quodcunque ex his duobus compulsi elegerint, clarum remanet, sed sis nobis propitius Domine, neque enim nos similia, sed qui veritati tuæ insidiantur. Hinc inter alia sejunctum a reliquis, ex Patre solo, litteris incisum, tantumdem apud ipsos traductum, quod nunquam nec ullo in loco inter sacra dogmata scripto tradita, et traditiones ubicunque gentium sint, reperitur. Qui id probare incubuerunt, in primo hoc ecclesiastici argumenti motu, de novo adinventum scriptioni demandarunt, et in varias partes insinuarunt, et deprehensi postmodum detecta fraude, rei molitionem fassi sunt. At hæc veritatis abolitionem in se continere apud eos qui vel minimum sapiunt, proclamatum est. Præterea quæ divinorum Patrum cognomines bini, quorum alter quidem Neocæsariensium, alter Nyssenorum lumen illuxit, Filium ex solo esse confirmantes, aperte sane explanant; namque qui cognomine Thaumaturgus audit, divino visu fidem rerum ab Evangelista theologo et qui in pectus Domini recubuit, Dei Matre interventrice edoctus est. Et lumine afflatus Nyssenus sibi cognominis vitam et res gestas scribens, visum singulis annis in ecclesia legi solitum enarrat, et fidem revelatam prosequitur, in qua post illud : « Unus Deus Pater Verbi viventis, » et quæ de Patre subsequuntur, habentur : « Unus Dominus solus ex solo, Deus ex Deo, Verbum absque principio. » Et paucis additis : « Filius, veritas veri Patris. » Idem Nyssenus, homilia in orationem Dominicam inquit : « Verbum enim unigenitum ex Patre a divina Scriptura nuncupatur : nec ultra oratio proprietatem illius extendit, Spiritus vero sanctus, et ex Patre dicitur et ex Filio esse astruitur. *Quisquis enim*, ait, *Spiritum Christi non habet, hic illius non est.* Itaque Spiritus qui ex Deo est, et Christi Spiritus est, Filius vero ex Deo exsistens, Spiritus neque est, neque dicitur, neque contra vertitur habitualis ista sequela. » Quod igitur ibi est, « solus ex solo, » hoc in hoc loco, « nec ultra oratio proprietatem illius extendit, » hunc nempe ex solo Patre exsistere quod ex ipsa inductione, quam ipse subjungit manifestius deprehenditur : « Spiritus vero sanctus et ex Patre dicitur, et ex Filio esse astruitur, » ex ambobus scilicet. Hoc modo capite secundo examinato, tertium jam invisamus hisce verbis digestum : « Adhuc dum redargnuntur, non esse asserenda alia præter ea quæ in divinis Litteris continentur, respondent, vocem consubstantialis nullam esse in divina Scriptura, et tamen Patres eam in Symbolo apposuisse. Dicimus, quod si ibi ea non apposita fuisset, periculum fuisse, ne Filius minor Patre reputaretur. Et licet non eadem voce in Scriptura

exprimatur, attamen illud : *Ego et Pater unum sumus*, id idem connotare. Hic vero quæ necessitas est, dicere Spiritum ex Filio procedere, quod in divina Scriptura non reperitur? quodnam in hoc periculum subit nobis tradita theologia? Plane nullum. Quinimo ex additione simili multa enascuntur absurda, nempe duplex principium, et compositum videri Spiritum, et innumera prope alia. » Primum quidem in id quod adversus eos dicit, non esse afferenda alia præter ea quæ in divinis litteris continentur, si respondeant, etiam consubstantialis vocem nulla cum sit in divinis litteris, tamen Patres eam in Symbolo apposuisse, nullum ex omnibus nostris, qui nos præcesserunt et motibus propriis ducti suum studium de ecclesiastica unitate scripto consignarunt (ex his enim nonnulli ita affecti, et præcipue qui commendationis fama laudabiles fuere), hoc *consubstantiale* ad proprium propositum confirmandum, in hanc sententiam accepisse : neque in quorum favorem similia afferuntur, quicunque illi sint, quantum ipse cognoverim, proposuisse, neque ex nostris quemquam qui facile numerari possunt, et adversus quos improbitatis summa longe lateque effusa est, suis commentariis insinuasse. Qua enim ratione cum sexcenta propemodum ad manus sint, quæ *ex Patre et Filio* in omnibus divinis scriptis rebus theologicis exponendis illustrium Patrum necnon *ex Filio et per Filium* aperte edicunt Spiritum sanctum? Quod si *procedere* contra opponunt, palam oppositionem evertunt, tum proxime positum dictum cœlesti mente præditi Epiphanii, quod eumdem nec alium inferre significatum « procedere ex Patre, » et « De meo accipiet » decernit, tum reliquæ divinorum Patrum in primi capitis examine laudatæ voces aliæ quæ « ex Patre et Filio » intonant, et ad id ipsum magis perspicue declarandum concurrerunt, nec non etiam, quæ Deum ipsum Verbum testantur in divino Evangelio dixisse, *progreditur* et *effunditur*, quod illud dixerat *procedit*, et tandem quæ nos in similibus, quorum syllabæ eamdem sententiam tinniunt, divinos nostros Patres audientes, in medium attulimus, contentionibus vero deditis, et dissensionibus studentes illis non suadentur, sed palam adversantur. Postmodum illud quoque considerandum est, capitis hujusce auctorem, cum fassus sit, ex eodem vocum divinæ Scripturæ significatu Patres *consubstantiale* tradidisse, et ex Arianorum tempestate periculum imminens depellentes, ea quæ erant Scripturæ et ex Scriptura decrevisse ; his quantum res nostra confirmetur, nemini non notum est. Tum deinceps e ventre deprompta promit : « Hic vero quæ necessitas est? » et quæ sequuntur. Ad hæc cum multa suppetant dicere, nempe improbitatis periculum, ex illo etiam theologicorum dictorum « ex Filio et per Filium » iidem Patres procul amoventes, et qui eos subsecuti sunt in universalibus congressibus præclarissimi, instar speculi evidenter alios illuminarunt, impedior, cum in

A νοῦν εἰληφότες ἐπὶ συστάσει τοῦ σκοπουμένου, οὔτε τῶν δι' οὓς ταῦτα ὁποιουσδήτινας, ἐφόσον ἔφθασε γνῶναι, προβαλλομένους, οὔθ' ἡμῶν τινα τῶν εὐαριθμήτων ὁπουδήποτε τῶν ἡμετέρων λόγων εἰσενεγκόντα, καθ' ὧν ὑπερεξετάθη τῆς κακίας ὁ κολοφών. Πῶς γὰρ ἂν μυρίων αὐτόχρημα προκειμένων, τῶν « ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ » ἐν ἁπάσαις θείαις Γραφαῖς τῶν θεολογίᾳ διαπρεψάντων, καὶ τῶν « ἐξ Υἱοῦ καὶ δι' Υἱοῦ » διατρανούντων Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ δὲ τὸ *ἐκπορεύεσθαι* λαμβάνουσιν εἰς ἀντίθεσιν, ταύτην ἀποτρέπουσιν ἐμφανῶς ἥ τε προσεχῶς τεθεῖσα ῥῆσις Ἐπιφανίου τοῦ οὐρανόφρονος, ἡ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο κατὰ σημασίαν πσριστῶσα, τὸ « ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Πατρός, » καὶ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » λοιπαί τε τῶν θεηγόρων τῇ τοῦ πρώτου κεφαλαίου

B ἐπισκέψει διειλημμέναι, καὶ φωνῶν διαφόρων ἐν τοῖς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φωνουμένων, καὶ τὸ ταυτὸν εἰς συνδρομὴν σαφηνείας δεικνύμεναι, καὶ αἱ τὸν Θεὸν Λόγον αὐτὸν τῷ θείῳ μαρτυροῦσαι Εὐαγγελίῳ, *πρόεισιν* εἰπεῖν, καὶ *προχεῖται*, οἷς εἴρηκεν, *ἐκπορεύεται*, καὶ τέλος οἷς ἡμεῖς ἐν τούτοις, ὧν εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι, στέργοντες μὴ ζυγομαχεῖν, πειθόμενοι τοῖς θεοφορήτοις ἐσμέν. Οἱ δ' ἐν τοῖσδε τὸ ζυγομαχεῖν ᾑρημένοι ἀπειθεῖς αὐτοῖς ὁρῶνται, καὶ περιφανῶς ἀντικαθιστάμενοι. Ἔπειτα κἀκεῖνο θεωρητέον, ὡς ὁ τοῦ κεφαλαίου γενήτωρ ὁμολογήσας ἐκ τοῦ ταυτοδυνάμου τῶν φωνῶν τῆς θείας Γραφῆς παραδοῦναι τοὺς Πατέρας τὸ *ὁμοούσιον* καὶ ὡς τὸν ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς ζάλης κίνδυνον ἀναιροῦντες παραδεδώκασι, καὶ τὰ τῆς Γρα-

C φῆς καὶ ἐκ τῆς Γραφῆς, ἀφ' ὧν ὅση τις ἡμῶν ἡ συγκρότησις δήλη. Εἶτα καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίας ἐπάγει· « Ἐνταῦθα δὲ τίς ἡ ἀνάγκη; » καὶ τὰ ἑξῆς. Πρὸς γοῦν αὐτὰ πλεῖστα ἔχων ἐρεῖν, οἷον κίνδυνον κακίας καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς « καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ δι' Υἱοῦ » θεολογίας οἱ αὐτοὶ Πατέρες ἀποδιοπομποῦντες, καὶ οἱ καθεξῆς ἐν ταῖς παγκοσμίοις συνελεύσεσι διαλάμψαντες, διαφανῶς ἐνοπτρίζονται, εἴργομαι διὰ βραχέων φάναι προθέμενος. Εἰ καὶ οὕτω δὴ μὴ τῆς προθέσεως διαπίπτω, ἐκ τῶν εἰς ἕκαστα τοῦ ζητήματος πολυαρίθμων ὄντων ἑλκόμενος κατ' ἀνάγκην ἕνια παρατίθεσθαι, κἀντεῦθεν ὁπωσοῦν ἐμπλατύνεσθαι, ὅμως ἐκ τῶν τοῦ σύνεγγυς διαληφθέντος ἐξ

D ὀνόματος θείου Πατρὸς, ἤ καί τινων κατ' αὐτὸν ἐστενωμένως ληφθησομένων φανήσεται τὸ λεγόμενον. Οὕτω καὶ γὰρ τὴν ἀγχοῦ τεθειμένην ῥῆσιν, οὕτω τίθησιν ἐντελῶς, « Πνεῦμα ἅγιον οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, » καὶ ἑφεξῆς ὡς κατέστρωται. Τῶν γὰρ Πνευματομάχων σπευδόντων ἀποφῆναι κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ λεγόντων, Εἰ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἄμφω, δύο ἀδελφοὶ, καὶ δύο Υἱοὶ, καὶ πῶς Μονογενής; μονονουχί φησιν ὁ θεῖος μυσταγωγὸς, Οὕτως ἐκ τοῦ Πατρὸς ἄμφω, ὡς καὶ ἐξ ἑτέρου εἶναι τὸ ἕτερον, καὶ τούτου περ εἰς κατασκευὴν λαμβάνει τῶν ἐκ τῆς θεοφθόγγου Κυριακῆς φωνῆς ῥήσεων εὐαγγελικῶν τὸ διττὸν τῆς, Ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, λεγούσης, καὶ τῆς, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » τῆς αὐτῆς ἐννοίας παριστῶν ἑκατέρας, καὶ τὸ συνάδελφον, καὶ

πατράδελφον ἐντεῦθεν ἀποβράπιζει, καὶ τὸ μονογενὲς συνιστᾷ, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν διαῤῥήδην ἀνακηρύττει· διὸ καὶ μετά τινα ἐπιφέρει λέγων· « Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Οὐκοῦν φαμεν δύο εἶναι Υἱοὺς, καὶ πῶς Μονογενής; Μενοῦνγε σὺ τίς· εἰ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ; Εἰ γὰρ τὸν Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων. » Καὶ ὁ Νύσσης ἔνθεος ἱεράρχης τὰ αὐτὰ διδάσκει ἐν οἷς ἐκ τοῦ πρώτου καὶ τῆς αἰτίας τὸν μὲν Υἱὸν προσεχῶς, τὸ δὲ Πνεῦμα διὰ τοῦ προσεχῶς δογματίζει, διὰ τοῦ Υἱοῦ δηλονότι, ἐπάγων ἑξῆς, « Ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. » Εἰ ταῦτα τὸ βέβαιον ἔσχηκε, ποῦ τὸ συνιστάμενον ἕξει κατὰ τοὺς τῆς εὐσεβείας προβόλους, καὶ μὴ τὸ σφῖσιν ἀντίῤῥοπον τὸ μὲν ὁμοούσιον τεθεῖναι λέγειν, κίνδυνον ἀφανίζον, τοῦ λέγεσθαι τὸν Υἱὸν ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς, ἐνταῦθα δὲ μηδένα κίνδυνον ἀντεπάγειν ὑπάρχειν τῆς ἐξ Υἱοῦ καὶ δι' Υἱοῦ θεολογίας ἀπούσης; αφ' ἧς ἀνίστασθαι, καὶ μᾶλλον ἀνακύπτειν μυρία τὰ ἄτοπα, εἴπερ ὡς ἐκεῖσε τὸ *ὁμοούσιον* εἰς ἀποσόβησιν ἐῤῥέθη τοῖς Πατράσι τῶν βλασφημούντων εἰς τὸν Υἱὸν, οὕτως ἐνθάδε τὸ « ἐξ Υἱοῦ τε καὶ δι' Υἱοῦ » εἰς καταστροφὴν τῆς γλωσσαλγίας ἐθεολογήθη τοῖς θεοφόροις τῶν δυσφημούντων εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ποῦ δὲ καὶ παράδοσις ἡ « ἐκ Πατρὸς μόνου » νέα νομοθεσία, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τοῖς θείοις διδασκάλοις ἀντιπαράταξις; Ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς τοῦτ' αὐτὸ τὸ μὲν μηδὲν λυμαντικὸν εἶναι τῆς ἐκ τοῦ Υἱοῦ θεολογίας ἀποπεμπομένης φωνοῦντος, ἐνίων δὲ τῆς αὐτῆς μοίρας παραδιασθῆναι τοὺς ἁγίους; φάναι ταύτην λεγόντων εἰς αἱρέσεων ἀπορράπισιν, καὶ δεῖ παρατρέχειν, καὶ μὴ κατέχειν, ἡ πρὸς τοῦτ' αὐτὸ τοῖσδε δευτέροις ἀπολογία κατὰ χειροῦς ἡμετέρα, καὶ τῷ ἑτέρῳ δὲ νῦν, ὡς ἡ τῆσδε παρόρασις καὶ ἀθέτησις τῶν ἐξ αὐτῆς ἀπωθουμένων αἱρέσεων ἀνανέωσις ἔσται κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην καὶ ἀναγόρευσις· πῶς τῇ τῆς ἀληθείας; ἁπλότητι ὡς στοιχοῦσα οὐχὶ τὸ κατάδηλον ἐπιφέρεται; Πρὸς δέ γε τὸ *σύνθετον* καὶ τὸ *τῆς διαρχίας*, ἃ καὶ τῷδε παρενείρει τῷ κεφαλαίῳ, καὶ καθεξῆς ἃ φησι « τῶν ἀτόπων ἕπεσθαι μυρία » κατὰ παράλειψιν, ἐπεὶ καθ' ὧν ἄρα ἐπινενόηται πρότερον κατὰ τῶν Πατέρων ἐναποτείνεται, οἳ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο τὸ, « Ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » καὶ τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » κατὰ διάνοιαν δογματίζουσι, καὶ ὅσα τῆς αὐτῆς θεολογίας ἀνωτέρω καθαρῶς διειλήφαμεν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἡμεῖς ἐξ αὐτῶν κατὰ τὸ ἐνὸν ἀπολελογήμεθα, αὐτοῖς ἀρκούμεθα τούτοις, καὶ εἰ μυριάκις ἐπινοηθεῖεν μυρία, ἐξ αὐτῶν ὁ ἀπόλογος ἔσται.

